CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM VINDOBONENSIS.

VOL. LXVI.

HEGESIPPI QVI DICITVR
HISTORIAE LIBRI V.

EDIDIT

VINCENTIVS VSSANI.

VINDOBONAE.
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY A.G.

LIPSIAE.
AKADEMISCHE VERLAGS-GESELLSCHAFT M. B. H.

MCMXXXII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK / LONDON

HEGESIPPI QVI DICITVR HISTORIAE LIBRI V.

RECENSVIT

ET PRAEFATIONE, COMMENTARIO CRITICO,

INDICIBVS INSTRVXIT

VINCENTIVS VSSANI.

PARS PRIOR:

TEXTVM CRITICVM CONTINENS.

VINDOBONAE.
HOELDER-PICHLER-TEMPSKY A.G.

LIPSIAE.
AKADEMISCHE VERLAGS-GESELLSCHAFT M. B. H.

MCMXXXII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION

NEW YORK / LONDON

KIRCHENVÄTER-KOMMISSION
der Österreichischen Akademie der Wissenschaften
Wien I., Dr. Ignaz Seipel-Platz 2

OMNIA IVRA RESERVATA.

First reprinting, 1960, Johnson Reprint Corporation

Printed in Germany

Anton Hain K. G., Meisenheim/Glan

HEGESIPPI QVI DICITVR HISTORIAE LIBRI V

CONSPECTVS SIGLORVM.

M = codicis Ambrosiani C 105 inf. pars uetustior s. VI
M^2 = eiusdem codicis Ambrosiani pars recentior s. VII
T = codex Taurinensis D IV 7 s. X
H = codex Leidensis Voss. Lat. fol. 17 s. X
B = codex Bernensis 180 s. IX
B^s = supplementa codicis Bernensis
Z = codex Vesontionensis 833 s. X—XI
C = codex Cassellanus theol. fol. 65 s. VI—VII
A = codex Augiensis LXXXII s. IX
α = consensus codicum C et A
V = codex Vaticanus Palatinus 170 s. IX—X
P = frustulum in codice Parisino Latino 13367 s. VI—VII
I = membranae Aenipontanae s. VIII—IX
BI = Iosephi Bellum Iudaicum Graecum ed. Niese
AI = Iosephi Antiquitates Iudaicae ed. Niese
IS = Iosephus Slavus
$ZNTW$ = Zeitschrift für Neutestamentliche Wissenschaft
TuU = Texte und Untersuchungen
NF = Neue Folge

COMPENDIA PRAETER SOLITA ADHIBITA.

a.c. = ante correcturam
p.c. = post correcturam
a.r. = ante rasuram
p.r. = post rasuram

⟨PROLOGVS.⟩

Quattuor libros Regnorum quos scriptura complexa est 1
sacra, etiam ipse stilo persecutus usque ad captiuitatem
Iudaeorum murique excidium et Babylonis triumphos histo-
riae in morem composui. Macchabaeorum quoque res gestas
propheticus sermo paucis absoluit; reliquorum usque ad in-
cendium templi et manubias Titi Caesaris relator egregius
historico stilo Iosephus, utinam tam religioni et ueritati
attentus quam rerum indagini et sermonum sobrietati. con-
sortem se enim perfidiae Iudaeorum etiam in ipso sermone
exhibuit, quem de eorum supplicio manifestauit, et quorum
arma deseruit eorum tamen sacrilegia non dereliquit: de-
plorauit flebiliter aerumnam, sed ipsius causam aerumnae
non intellexit. unde nobis curae fuit non ingenii ope fretis 2
sed fidei intentione in historia Iudaeorum ultra scripturae
seriem sacrae paulisper introrsum pergere, ut, tamquam in
spinis rosam quaerentes, inter saeua impiorum facinora, quae
digno impietatis pretio soluta sunt, eruamus aliqua uel de
reuerentia sacrae legis uel de sanctae constitutionis mira-
culo, quae malis licet heredibus uel in aduersis obtentui fue-
rint uel honori in prosperis; simul, quod est indicium do-
mesticae improbitatis, liqueat uniuersis quod ipsi sibi pro-
priae cladis auctores fuere, primum quod alia curantes Ro-

INCIPIT LIBER EGESIPPI I T INCIPIT LIBER (*sequitur rasura in qua m2* HIST. B. EGESIPI : *a. r.* IOSIPI HI . . . . .) TRANSLATVS AB ABROSIO EPO H IN HOC CORPORE CONTINENTVR EGESIPPI HYSTORIAE LIBRI NVMERO QVINQVE B INCIPIT TRACTATVS SANCTI AMBROSII EPISCOPI DE HISTORIA IOSIPPI (IOSEPPI Z) CAPTIVI TRANSLATVS (TRANSLATA V) AB IPSO EX GRECO IN LATINVM ZV INCIPIT SANCTI CIPRIANI PRAEFATIO SVPER QVINQUE LIBROS HISTORIAE IOSEPPI DE BELLO IVDAICO A; *inscriptio deest in MC, quorum prior incipit a uocibus* sed cum adhuc (*I 15, 2 = p. 23 l. 30*), *alter a uoce* at (*I 13, 2 = p. 20 l. 5*)

CVM DI AVXILIO quattuor regnorum libros B 2 stilo *s.l.* AV, breui *add.* B pers.] *add.* sum et Z prosecutus sum B 4 Macch.] *de scripturis uocis huius et sequentium* Caes., Ioseph. *cf. Praef.* 9 etiam *om.* A 13 freti THA, *Va.c.m2* 14 historiam $BZAV$ 17 eruamus (*s.* ul dicamus) Z uel *om.* B 18 sanc.] *add.* religionis BZ constitutionisque BZ 19 ostentatui Z 20 honor BZ posteris A 22 aliud A

manos in se conuerterint et ad cognitionem regni sui inuitauerint, quibus ignorari satius fuit, rogauerint amicitiam fidem non seruaturi, pacem uiolauerint uirtute impares, postremo bellum intulerint quibus spes omnis in moenibus non in uiribus erat, cum sit omnium miserabile claudi obsidione, quae etiam si bene procedit, augere saepius quam minuere pericula solet. ac ne quis uacuum fidei et superfluum putet nos suscepisse negotium, ideo per principes ductum Hebraeorum genus omne consideremus, ut liquido clareat, utrum a f e m o r i b u s Iudae nusquam generationis eius successio claudicauerit, an uero offenderit in principum serie, sed manserit in eo cui r e p o s i t a manebant omnia e t i p s e erat s p e s g e n t i u m. hinc igitur sumam exordium.

LIBER PRIMVS.

I. Bello Parthico, quod inter Macchabaeos duces gentemque Medorum diuturnum ac frequens uariaque uictoria fuit, incentiuum dedit sacrilegii dolor, quia rex Antiochus cui nomen Illustris, Antiochi regis filius, ubi Aegyptum quoque suo imperio adiunxit, in superbiam elatus, quod ei incerta bellorum prosperauissent, ritus Hebraeorum neglegi mysteriaque eorum profanari iusserat, idque postulantibus plerisque Iudaeis statuere ausus. quod factum Matthathias sacerdos perpeti nequiuit, nec solum ipse temperauit a sacrilegio regalique edicto non obtemperauit, uerum etiam immolantem simulacris hostias de popularibus suis nanctus gladio transuerberauit. et congregata manu atque Asidaeis in socie-

I § 1 cf. BI. I 31—35 (I Mach. 1, 11—12. 20—21. 43. 46) § 2 cf. BI. I 36—37 (I Mach. 2, 15—24. 42—44. 31—41. 49 sqq.)

9 sqq. cf. * Gen. 49, 10 16 cf. Sall. Iug. 5, 1

2 rogauerunt *THBZ, Va.c.m2* 3 uiolauerunt *BZ* uiolarint *Va.c.m2* 5 maxime *ante* omnium *T* cludi *Aa.c., V* includi *Vp.c.m2* 7 fide *B* 13 gent.] *add.* HVC VSQ. PRAEFATIO DEHINC (DEINDE *Z*) HISTORIAE ORDO *ZA* sumamus *Z, Vp.c.m2* exord.] *add.* Explicit Prologus Textus libri sequentis *B* 17 incent.] *add.* principium *BZAV* anthioch. *hic et fere semper BZ* 20 ministeriaque *BZ* 22 matthathias (*alt.* h *s. l.*) *A* mathathias *cet.* sacerd. *suppl. mg. m2V* 24 obtemp.] *add.* mathatias sacerdos instituit sabbato pugnari a iudeis *A* immolantes *TZ* 25 nactus *Bp.c., TVp.c.m2* 26 adsideis *H* iudeis *A* adsc. in soc. *A*

tatem adscitis ipse cum filiis suis temerantes usum patrium et iustitias legis alios necauit, plerosque expulit bellique sabbato adoriendi auctor fuit, ne simili arte ipsi quoque deciperentur, sicut iam plerique eorum, dum sabbato bellum suscipere detrectant, inruentibus in se hostibus inulti occubuere. potentiam prosperi actus dederunt, et perseuerauit in uiro usque ad exitum uitae studium defensionis et pietatis uigor. sed cum sibi supremum diem adesse intellegeret, uocatis ciuibus atque adsistentibus liberis hortatus est, ut tuerentur patriam templique religionem, ducemque his Iudam Macchabaeum curae ac sollicitudinis suae successorem reliquit. qui bello strenuus, consilio bonus ac prae ceteris fide 3
promtus quam frequenter innumeras hostium copias parua manu fuderit, persequi non est negotii praesentis. quod tamen breui colligere datur, saepe prosperis usus successibus excitauit in se magnam hostium multitudinem, qua circumfusus undique, dum cedere pudori existimat, refugientibus sociis in proelium ruit. caesisque quos aduersum ierat, a latere circumuentus sed tamen ultus propriam mortem occiditur. huic successit Ionatha non minus uirtutis similitudine 4
par quam naturae germanitate. qui post multa in bellicis rebus opera, in rebus sacris officia, quae circa templi purificationem spectata ac probata sunt, praetenta per dolum amicitiae fide intra urbem hostium clausus nec longo post interuallo necatus est. Iohannes etiam senior natu frater et Eleazar iunior ceteris pro religione mortem non recusarunt. post hos rei summam Simon recepit, ad quam non 5
rudis sed iam probatus fraternae societatis triumphis adpropinquauit, utinam et ipse tam perspicax ad fraudes cauendas quam manu ualidus bellandique artibus satis spectatus.

I § 3 cf. BI. I 47 (I Mach. 9, 4 sqq.) § 4 cf. BI. I 48. 42—44. 47 § 5 cf. BI. I 54 (I Mach. 13—15)

2 cf. Rom. 2, 26 8 cf. Sall. Iug. 9, 4 12 cf. Sall. Iug. 7, 5 13 cf. Sall. Cat. 7, 7 18 cf. Sall. Iug. 101, 8

1 patrum *T* 3 adoriendo *TH* 4 bella *A* 5 sese *HBZ* 14 prosequi *AV* presentis negotii *BZAV* 17 pudoris *BZAV* 19 propria morte *ZA* 20 ionathas *BZ,Ap.c.* 22 sacr.] *add.* et *Z* 25 Iohan.] *de scripturis uocabuli cf. Praef.* natus *H* 26 et *om. H* eleazer *A* 30 spectatis *Ta.c.m2* probatus *Z*

etenim cum uirtutis ope Romanorum ducibus regibusque gentium amicitiam foederauisset, Ptolomaei dolo generi sui rogatus ad conuiuium inter mensas et pocula cum duobus filiis qui aderant circumuentus atque exutus armis impiae
6 neci traditur. sane praeuenit insidias Iohannes ortus ex Simone cui nomen Hyrcanus et properauit ad uicinae urbis moenia, ubi a populo propter egregia patris merita, odio quoque hostilis sceleris expectabatur. uix denique ingressus urbem est, et iam Ptolomaeus aderat. sed cum per aliam portam ingredi uellet, repulsus multitudini cedendum existimauit. adsumsit ilico Ionathes paterni sacerdotii munus et a cultu rerum diuinarum profectus statim pietatis officia curamque seruandae necessitudinis exsequebatur, matrem
7 cupiens fratresque periculo auferre. congressuque superior factus iustae passionis adfectu superabatur, quominus castro potiretur, in quo clausi adtinebantur. nam Ptolomaeus ubi se urgueri uidebat, matrem eius atque germanos in muris locabat praecipitandos ilico, nisi Ionathes bello quod inferebat desisteret. uincebatur iuuenis pietatis metu, qui uincebat fortitudinis adsumtione, et iracundiam excitatam in hostem reuocabat suorum misericordia. mater tamen parata ad tormenta tendebat manus obsecrans non salutis auxilium sed ultionis solatium. uerebatur enim ne filius plus matri metueret quam paternae uindictae impenderet. sibi mortem illam loco immortalitatis futuram, qua maritus uindicaretur et gener impius pro scelere immani poenam exsolueret. sed iuuenis plus intra ipsum se quam in hostem proeliabatur; nam quotiens patrem cogitabat, accendebatur, rursus cum matrem uerberari atque ad necem aptari uideret, molliebatur. reuocabat impetum, referebat gradum, quia retrahebat passio. inter obsidionis moras feriatus ex lege super-

I § 6 cf. BI. I 54—56 § 7 cf. BI. I 57—60

2 ptholomei *ZA* phtolomei *V* 3 uocatus *H* 4 *an* impie? 7 odia *Va.c.m2* 8 hostili *Vp.c.m2* hostili (is *s. l.*) quoque hodio (*exp.* h) *A* 9 etiam *ex* et iam *Tm2* 10 uelit *H* 11 ionathas *BZ,Ap.c.m3* 14 congressusque *TA, Va.c.m2* 16 obtinebantur *Ap.c.m3* 18 ilico *om. H* ionathas *Bp.c.m2* 22 manum *T'* 24 impediret *Ta.c.m2* 27 se ipsum *B,Vp.c.m2,* ipsum *om. A* 28 quotie(n)scumque *A, Vp.c.m2* rursum *V*

uenit annus qui erat septimus. cessit pietas religioni, soluta obsidio. sed eo magis Ptolomaei excitata immanitas, ut quorum obiectu pestem euaserat eos iugulari iuberet. qui continuo se ultioni exemit ad Zenonem, cui nomen Cotylae, Philadelfiae regem confugiens, ut eius ope sese tueretur. nec 8 Antiochus quieuit qui Simoni patri Ionathae ludibrio suos fuisse exercitus indignabatur, cupiensque adsurgentes adhuc Ionathae primitias extinguere, cum magna ueniens manu, Hierosolyma Hyrcanumque obsedit. reppulit Hyrcanus auro, quem ferro nequibat, reseratoque, ut Iosephus auctor est, Dauid sepulchro tria milia auri talenta eruit, ex quibus trecenta adnumerauit Antiocho, ut obsidionem relinqueret, pretio emtus abiret. atque ut facti inuidiam leuaret, fertur ea pecunia Hyrcanus instituisse primus xenodochia, quibus aduentum susciperet pauperum peregrinorum. aucupatus etiam 9 Antiochi necessitatem, qua Medis bellum inferebat, ultus dispendium plurimasque urbes Syriae sibi adiunxit. Samariam quoque, ubi postea Sebastia condita est, circumdedit munitionibus, cuius expugnationem Aristobolo et Antigono filiis suis mandauit, quorum lenta obsidio usque ad diram famem et tetra alimenta humanorum cadauerum clausos coegit. qua impulsi necessitate opem ab Antiocho, cui nomen Aspondius, petendam arbitrati ferentem adiumenta aerumnae societate implicauere. uictus enim a fratribus proelio fuga sese eripuit neci. Samaritani autem repentina obsidione captaque

I § 8 cf. BI. I 61 § 9 cf. BI. I 62—67

8 sqq. cf. Isid. Etym. XV 3, 13 20 cf. Verg. Aen. III 256

1 resoluta *Z* 2 obs.] *add.* est *BZ,Am2* eo *s. l. A* 3 poenam (*s. l* pestem *m2*) *B* 4 eximit *H* genonem *Z*, *Va.c.m2* cotilae *HA* 5 filadelfiae *THBV,Zp.c.* filadelfae *Za.c.* phyladelfiae *A* 6 ludibrio- ionathae *suppl. mg. Vm2* suis *ex* suus *Tm2* ludibriosos *A* 7 exsurgentes *B* adhuc surgentes *A* 9 Hier.] *de accusatiuo casu et de scripturis huius uocis et adiectiui* Hierosolymitanus *cf. Praef.* -que *om. BA* hircanumq. *TZ,Ap.c.* hircanus *ZA* 14 xenodocia *A* 15 paup. susc. peregr. *A* occupatus (auc. *mg.m3*) *A* 16 ultus] *add.* iohannes *Z* disp.] est *add BZA,Vm2* 18 sebastea *A* 19 aristh. *Ap.c.* antigono *s. l. Tm2* 22 ab *om. H* anthiocho *BA* 23 adiumentum *Ap.c.m2* societatem *TH* societati *B,Ap.c.m2,Va.c.m2* 24 inplicauerunt *A, Vp.c.m2* 25 neci] morti exemit *add. A,(s. l.) Vm2* nece *A*

et euersa urbe seruitio dati. quo rerum secundarum processu exciti Aristobolus atque Antigonus impetum non refrigebant, sed adiungere sibi finitimos bello coactos [hautquaquam dissimulandum arbitrabantur]: donec inuidia oborta bellum immane exarsit conspirantibus locorum incolis et coacta ualida manu. quae tamen uicta profundam in reliquum tranquillitatem Iohanni exhibuit et sibi otium. Hyrcanus trigesimo et primo anno longae quietis gratia functus diem clausit quinque liberis superstitibus, quod a plerisque beatitudini datur. moderator egregius et pulchre sobrius, qui nihil umquam uel fortuitis euentibus dereliquerit, in quo actus eius offuscaretur, uxori summae rei commisit negotia, ipsam consultius ratus rebus publicis moderaturam, filios praescientia quadam animi tenens non diuturnos fore.

II. Nec fefellit opinio, siquidem Aristobolus, cui inter fratres aetas prouectior, mens praeruptior, principatum sacerdotii ad regni potentiam uertit et diadema primus imponere sibi usurpauit post quadringentos septuaginta quinque annos triumque curricula mensuum, ex quo de Babylone remeans Israhel seruitio exutus in suam terram sese recepit. superbe itaque nec partem ponere ceteris contentus fratribus solum Antigonum honoris specie, quia uidebatur diligere, mulcebat; matrem, quia potestatis exsortem et iudicio uiri fraudatam se expostulauerat, alligauit uinculis et usque eo processit immanitatis parricidali spiritu ferox, ut et ipsam et fratres suos simili modo uinctos arta custodia detineret, quo prope usque ad mortem

I § 10 cf. BI. I 68—69. 71 II cf. BI. I 70—71

1 uersa *A* 2 excitati *Tp.c.m2, B, Va.c.m2* exercitati *Z* refrigerabant *BZ* reprimebant *A*(*mg.* refrigerebant *m3*), *Vp.c.m2* 3—4 hautarbitrab.] *seclusi ego* aborta *Z* 6 collecta *Tp.c.m2 H* 7 exhibuit iohanni *Ba.c.* 8 et *om. T* defunctus *Z* 11 deliquerit *Z* nec co**tus (na *s.* **; in quo actus *mg.*) *B* 12 obfuscarentur *A* (ob *s. l. m3*), *Vp.c.m2* uxori] *add.* suae *Z* 13 consultus *Ta.c.m2* rebus (*del.*) publ. rebus *A* 15 Aristhobulus *ut infra A* 16 praeruptior *Bp.c.* potestatem *A* 17 diademam *Aa.c.m2, V* in primis *Z* 18 sibi inponere *Z* septuaginta quinque *in ras. B* 19 mensum *B* mensium *Z* ex quo (*s.* ul postquam) *Z* 20 babillone (*exp. alt.* I) *HA* israel *HV* 23 qua *Z* 26 *pr.* et *s. l. Z*

supremam fame compellerentur, ni maturius Aristobolus scelesti parricidii merita soluisset. ac primum in ipsum Antigonum ferus animus exasperatur et de amore in odia conuertitur, ut eum ante omnes necaret, quem solum sibi consortem imperii pollicebatur. adeo apud improbos affectus uilis, ut cito prauis suggestionibus extorqueatur.

III. Dignum igitur ut crudelitatis eius seriem non praetereamus, quo iudicium Iohannis etiam post mortem probetur, qui summam publicae rei committendam seniori filio hautquaquam existimauerit, quem tanto declinaturum furore a pietatis lege et norma iustitiae praeuidebat, haut scio morumne eius contuitu an insita gratia sacerdotum principibus, ut his aliqua quae futura erant etiam minus dignis infunderentur. facinus miserabile, fuisse qui fratribus inuiderent amorem naturae. inde mali prima oborta est labes, inuidiam commenta secuta huiusmodi sunt.

IV. Composuerant primo alia, quibus fidem Aristobolus non detulit, et obtrectationem molliuit caritatis gratia inuidiae tribuens delationis amaritudinem. ideo falsa ueris admiscuere, ut ex his quae ad speciem ueri adsumserant renitentem circumuenirent.

V. Scenopegia Iudaeorum in terris ex lege celebrabantur, dies uidelicet festus et plenus reuerentiae, quo sacrificium sollemne deferebatur. eo die clarus militiae gestis Antigonus domum reuertit et accidit ut fratrem adueniens inaequalem offenderet. ilico ad templum — quid enim praeferret religioni? — ut erat succinctus ornatu bellico et circumfusus comitatu pari tendit, multus ibi pro fratris salute

IV cf. BI. I 72 V cf. BI. 73

15 sq. cf. Verg. Aen. II 97

1 suprema *B* 2 exsolueret (*mg. l* soluisset) *B* 4 sibi solum *H* 9 quod *T* 10 furore *exp.* fore *ss. B* 13 ut] *add.* in *Z*, ab (*s. l.*) *A* 14 mirabile *H* miser. (*mg. l* mirabile) *B* 15 inuideret *A*, *Vp.r.* 16 inuidiae (*s. l.* am *m2*) *B* consecuta *B* 17 conposuerunt *A* 18 obtrectatione *A a.c.m2* emolliuit *HZAV* 19 amar. (*del.*) delat. amar. *A* delat. (*mg.* accusationis *m2*) *B* 22 scenophegia *TBZA* celebrantur *THZ* caelebrabatur *A* 23 reuerèntia *A* 24 gestis *s. l. m3 A* 25 antigonis*T a.c.m2* reuertitur *A* 28 multo sibi *H*, *TBp.c.m2* multum ibi *Z*, *Va.c.m2* multum sibi *A*

domini precator, et inde ad fratrem sedulus properat. hinc calumnia componitur acerbo felle et acerbiore paratur exitu.

VI. Continuo enim regem adeunt improbissimi homines et inuidiam excitant, quod pompam armatorum celebratiorem quam priuatis mos est direxerit ostentui uulgo futuram, ne quis conatibus eius obuiare auderet; tanto adparatu non aliud nisi necem regis et usurpandi imperii potentiam affectatam. haut difficile aeger animus inualido fessus corpore impulsus est, ut credibile duceret quod pro uero adserebatur, maxime cum dies sacratus religioni mendacii suspicionem excluderet, pompa excitaret inuidiam, infirmitas metum adderet armatorumque cohors fidem patrandi
2 sceleris impleret. itaque priusquam sibi probaretur temtamentum aliquod flagitii parricidalis, stipatores suos cum armis iubet in hypogeo obscuro locari, qui aduenientem Antigonum deloricarent, nec expectarent imperium regis sed ipsi extinguerent, sane mandato per nuntios praemisso ut inermis ueniret. eius indicii qualitatem nupta Aristobolo in aduersum mutauit, ut per illos coniuratos sibi insinuari faceret Antigono, fratrem eius delectatum esse armorum decore, quibus proxime accinctus adfuerat, sed per aegritudinem intentius non considerasse, nunc petere ut omnem illum ornatum bellicum quem sibi composuit ad fratrem
3 deferat; gratum hoc regi futurum si armatus adesset. Antigonus dolum non praeuidit, dicto paruit eo studiosius quo placere regi pariter et fratri desiderabat. decumbebat Aristobolus in castro, cui nomen primo Baris, postea Antonia fuit, ab Antonio uidelicet triumuiro donata appellatione cum urbis dignitate. eo postquam Antigonus appropinquauit

VI § 1 cf. BI. I 74 § 2 cf. BI. I 75—76 § 3 cf. BI. I 77
19 cf. Sall. Iug. 104, 2

1 dominum *Z* precatur *HZ* 3 etenim *A* 5 dixerit (v *s.* i *pr.*) *Z* direxerint *ex* dixerunt *A* dixerint *Vp.c.m2* 6 parata *Ta c.m2* adparato *Aa.c.* 8 affectatum *A* 10 sacra *Va.c.m2* mendaciis *H* 11 excluserit *Z* 12 parandi *A*, *Vp.r.* 13 temptamento *T* 14 aliquid *Z* 15 hyp. (*s.* subterraneo) *Z* 16 diluricarent *H*, *Ta.c.m2* deluric. *Tp.c.m2* diloric. *B*,(ri *s. l.*) *A* 17 extinguerent *in ras. Am2* sine *H* 18 inermus *T* 21 decorem *AV* 24 anthigonus *A* 25 studiosus *Va.c.m2* quod *HZ* 27 primabaris *Ta.c.m2* 29 ant (h *add. A*) igonis *TAa.c.m2*

atque accessit ad illum obscurum transitum, conspicientes armatum uenisse regii stipatores adorsi repente iuuenem praecepto satisfaciunt atque imprudentem opprimunt. is 4 locus Stratonis turris appellabatur, quo deceptum uocabulo Iudam qui erat Essaeus genere opinio est frequens, quem siue probitate uitae siue mystica obseruatione saepe quae futura erant adnuntiasse historia uetus prodidit.

VII. Is, ut accepimus, cum uidisset Antigonum praetereuntem ut fratrem reuiseret, dicit ad eos qui numero discipulorum eius adnectebantur: 'papae, nunc mihi bonum est mori, quando mihi mortua ueritas est. uiuit Antigonus quem necesse est hodie interfici, locus autem eius neci decretus Stratonis turris qui sexcentis hinc stadiis abest. hora iam diei quarta est. tempore itaque excluditur praedestinatae mortis fides.' haec ubi dixit, intentius secum ipse conferre coepit quomodo fefellisset opinio. nec multo post indicium defertur, interfectum esse Antigonum in hypogeo ad Stratonis turrem, qui locus simili uocabulo aeque ut ille qui erat in maritimis Caesareae nuncupari solebat. quo 2 facinore patrato Aristobolus secum ipse reputans quid sceleris admiserit in morbum incidit. erat in oculis parricidium, perturbatio in animo, nec ullum interuallum dissimulationi dabat. defigebatur imis uisceribus dolor, inuidia in miserationem uersa est, quod innocentem peremisset contra ius germanitatis; tanti sceleris immanitas mentem exulcerabat, non somnus oculis, non animo requies dabatur.

VI § 4 cf. BI. I 77—78 (=historia uetus) VII § 1 cf. BI. 78—80 § 2 cf. BI. I 81

2 regis *A*, *Vp.c.m2* 3 his *H* hic *A*, (*in ras.*) *Vm2* 5 iudan *ZV* et*(s *s.* t) eus *T* et secus *H* cesseus *A* genus *BAV*, (*s.* genere) *Z* 6 uitae] *add.* suae *H* 7 adnuntiare *A* prodit *A* 8 his *H*, *Aa.r.* anthigonem (v *s.* e) *A* 9 qui] *add.* in *exp. Z* 10 paphe *A* 11 ueritas mortua *A* 12 neci eius *HB* 14 praedist. *THAV* 15 intentus *T* 16 quom.] *add.* eum *Tm2*, *HBZAV* 17 fertur *Ba.c.* 19 Caes.] *de scripturis uocis cf. Praef.* quo] eo *A*, *Vp.c.m2* 20 aristhob. perpetrato (*s.* patrato) *A* 21 morb.] *add.* ipse *B* ipse in morb. *Z* 22 proturbatio *A* 23 imis] in *A* in imis *HB* 24 est] et *HZAV* 26 in animo *H* quies animo *B*, *Va.c.m2* requies animo *Z*, *Vp.c.m2*

serpebat caeco uulnus dolore, coquebant aegra praecordia curae ac sollicitudines sauciabant inualidos artus et crebro gemitu pulsabant alta nimis suspiria.

VIII. Itaque immoderata maestitudine eo prorupit morbi uis, ut conuulsis uisceribus sanguinem uomitu oris reiecerit. quem puer aulicus regiis usibus exhibens ministerium foras extulit atque imprudens facti, quod casu potius quam industria gerebatur, ad eum locum peruenit, in quo Antigonus fuerat extinctus. illic supra rorantes adhuc fraterni sanguinis maculas percussoris sanguinem effudit. clamor subito factus et gemitus intuentium eo, quod profunda quadam dispositione domini libatus peremto scelestissimi parricidae sanguis uideretur. sono excitus causam quaesiuit; cum sileretur, elicuit studio quaerendi et motu indignationis. cuius accepto indicio suffusus oculos lacrimis et quantum erat in eo uirtutis ingemescens ait: 'rependitur meritis meis congrua uicissitudo. neque enim dei oculum tam impii machinator sceleris praeterire poteram. matura flagitio ultio subest et digno iam conuenior parricidii mei pretio. uale, corpus. quousque animam fratri matrique condemnatam detines? quid per partes eis libo meum sanguinem? in me omnes, si qua est pietas, contorqueant manus spicula, me omnes filii germanique ultore pietatis gladio transfigant. mactetur hostia parricidalis atque immoletur uiolatae necessitudini, totum simul caro noxia sanguinem euomat. non uiscerum meorum cruciatibus et lenta tabe daemonium exsaturetur, quod me in tam nefarios ausus saeui facinoris impegit.' his dictis finem imperio uitaeque dedit uix anno functus potestate regia, propter quam parricidium non refugerat.

VIII cf. BI. I 81—84

1 sq. cf. Verg. Aen. VII 345 22 cf. Verg. Aen. IX 493

1—2 praec. ac durae *HB* 4 ita *Aa.c.* proru*pit *B* 6 reiceret *B* reieceret *Va.c.m2* puer *om. Z* regis *Z* minist. *om. A* ministerio *V* 9 rorantes (antes *in ras.*) *B* rorantis *AV* 12 dispos. (*s. l* dispensatione) *B* dom.] dei *Z* perempti *T* 14 elic. (*s.* expressit) *B* 15 suffusos *TH,Ba.c.* fusas *A* 16 ingemiscens *VZ* ait] haud inquit *B* rependetur *Z* 17 meritis *s. l. T* 19 flagitii *B* 21 retines *B* 22 omnis *A* contorqueat *B* 23 spiculum (*ex*-o) *B* 26 uomat *HZAV* 29 imperii *THB* ac uitae *BAV* edidit *HBZA*, (*alt.* di *s. l. m2*) *V* 30 effugerat *B*

IX. Soluit ilico mulier atque exuit uinculis fratres defuncti, regem constituit Alexandrum, cui et processa aetas et moderatio suffragari aestimabatur. qui ut regnum adeptus est, fratrem quem aduerterat regni cupidiorem statim interemit. reliquum qui supererat ex fratribus, uitae ac saluti potius quam regno intentum, reseruauit uacuum negotiorum. continuoque, ut se habet inquietudo morum, bello 2 pacem mutauit congressuque habito aduersus Laturum Ptolomaeum plurimos quidem hostium interfecit, sed ad Laturum uictoria deflexit. cui tamen fructum uictoriae ademit Cleopatra mater coacto in Aegyptum concedere, ut matrem sibi imminentem euaderet. eius absentiam Alexander aucupatus, dum regni eius partes inuadere cupit, etiam Theodorum in se conuertit, quoniam potissima quaeque de eius possessionibus sibi adsociauerat. improuiso itaque impetu Theodorus regias opes occupauit, decem milia quoque Iudaeorum proelio fudit, sed super plagam factus Alexander plura adhuc de hostium partibus suo imperio adiunxit captarumque urbium populos seruitio subegit. hos bellandi 3 successus domestica seditio interpolauit, et orta conuiuiis usque ad bellum contentio processit familiari peste huiusmodi Iudaeorum uiris, ut de epulari ludo sese in arma excitent. ac nisi peregrina auxilia regi praesto fuissent, seditio praeualuerat, sed aduentitia manu aegre licet compressa est tamen octo milibus ferme Iudaeorum interemtis. inde in Arabiam iter direxit, ac nonnullae eius urbes subactae, tributa quoque Moabitis et Galaditis iure uictoriae adscripta.

IX § 1 cf. BI. I 85 § 2 cf. BI. I 86—87 § 3 cf. BI. I 88—90
7 cf. Sall. Cat. 58, 15. Tac. Ann. III 44

1 fratris *HZ* fratrem (*s.* fratres *m3*) *A, Vp.c.m2* 2 processa (*s.* al. ra *m3*) *A* processu *T* procera *B* 3 aestimabatur *Bp.c.* 7 in quiete domorum *TH* 8 latirum *Ta.c.m2* lathyr. *BZV* lat (h *add, m3*) urum *A* pthol. *Ap.c.m3* tholom. *V* 9 primus *H* interfic. *Aa.c.m2* latuum (—irum *p.c.m2*) *T* lat (h *add. m3*) urum *A* 10 defluxit *B* uict. fruct. *A* 11 coacta *T* aegypto *Ta.c.m2* mortem *A, Vp.c.m2* 12 occupatus *T* 13 teodorum *T* 17 fudit proelio *Z* fractus *B* 20 seditione *T* 21 processit contentio *ZV* processit confamiliare (i *s.* -e) *A* 23 praes.] praetio *Aa.c.m3* 25 ferme *s.l. A* hebr. (*mg.* iudaeorum *m2*) *T, BV* iudaeor. et hebraeor. *A, Vp.c.m2* 27 galatidis (*s.* ditis *m3*) *A*

unde regressus in Amathun, Theodoro tantis eius successibus stupefacto, uacuum defensoribus castellum inueniens sine mora expugnauit. non usquequaque tamen otiosus Obodeas rex Arabum fuit, nec inulta diu regni sui passus dispendia. nam insidiis oportune locatis omnem eius exercitum deleuit conclusum uallis profundo et multo camelorum agmine adtritum. euasit tamen Alexander. effugiens de proelio Hierosolymitanae urbis receptacula petit, inuisus suis, quoniam recruduerant in odia aerumnae eius occasione, qui ante metu potentiae premebantur. nec silentio tegebatur animorum discordia aut uerbis tantummodo exercebatur: proelio non uno sed plurimis decertatum, quibus extincta fere quinquaginta Iudaeorum milia quos Alexander interemit, suis quam hostibus perniciosior et maiore uictor detrimento, quoniam regni sui uires uincendo adtriuerat. unde ne ipse quidem iam suis uictoriis delectabatur auersusque a proelio arte tractabat sibi subditos, ut iam non armis premeret, sed uerbis urgueret ac solis sermonibus offensionum genera dissolueret. nihil tamen proficiebat ad colligendam sibi gratiam, quoniam fictis facinora praeponderabant atque ipsa repentina conuersio ad paenitentiam morumque inaequalitas saeua passis suspecta habebatur.

X. Denique cum simulata eius placiditate se circumueniri arbitrarentur, Demetrium regem sibi auxilio futurum aduersus Alexandrum in bellum excitauerunt. pugna in manibus nec comperendinata, quamuis uni aduersum duos exercitus numero inferiore certandum foret. mille enim comitatus equitibus et sex milia peditum, quos mercede sibi adsociauerat, decem milia quoque Iudaeorum sibi conspirantium in bellum arcessens iuxta urbem Sicimam occurrit

IX § 4 cf. BI. I 90—91 X § 1 cf. BI. 92—94

1 amathon *Tp.c.m2, H* 4 sobodeus *T* obaedeas *B* obodeus *A* diu inulta *A* 7 et fugiens *HBZV* 8 petiit *B* 9 recrud∗erant *T* recrudaerant *H* recruduerunt *Z* in *om. H* 10 quae *H* 11 haud *A a.c.m2* 12 pluribus *H* 13 milia iudeorum *T* 14 uictori *Bp.c.* 16 neue *H* nec *B* 20 factis *T* uinctis (*s. l* finctis *m2*) *B* 22 inaequilitas (li *s.l.*) *A* quae inaequalitas morum *H* habebantur *A* 26 conpendium est *Ap.c.m2* ∗∗∗∗ uni (*s.* alexandro *m2*) *B* uersum *H* 27 etenim *T* 28 milibus *BZ, Va.c.m2* 29 siue consp. *Aa.c.m3* 30 arcessiens *BZV* accersiens (i *s.l.*) *A, Vp.c.m2* sichymam *B*

hostibus, quibus tria milia equitum erant et peditum quadraginta milia. temtatoque utrimque agmine ubi neque Demetrius pecunia conductos desciscere a fide uidit, neque Alexander de Iudaeis aliquos, quibus se Demetrius adiunxerat, deposuisse erga se odia cognouit, armis decernendum aestimauerunt. superior bello Demetrius factus plurimo 2 tamen suorum sanguine. namque ab his qui e diuerso mercede conducti uenerant egregie bellatum, ita ut usque ad mortem uirtute ac fide certauerint. destitutum itaque sese Alexander uidens caesis suorum cateruis in montes concessit. sed praeter utriusque spem ad alterum eorum species uictoriae peruenit, fructus alteri partus, quia et Demetrius nudatus est discessu Hebraeorum, qui eundem ad societatem rogauerant, et Alexandro ex ipsis sex milia sese adiunxerant more quodam humani ingenii adstipulantibus ad misericordiam rebus aduersis. cessit itaque Demetrius ei quem bello uicerat, uidens illum affluentibus paulatim Hebraeis iam pugnae idoneum seseque cum paucis relictum. cuius uictoria libertate adsuetis dominationis metum moue- 3 bat. redit Alexandro saeuitia cum securitate regnumque in suos et usus belli reformatur. quaerenti ab his quidnam faciens animos sibi plebis conciliaret responsum est, si moreretur; uix enim forte cum mortuo tam grauia perpessi in gratiam reuerterentur, ut odia aduersus defunctum deponerent. quibus excitatus rebellandique adsuetudine multis necatis reliquos coegit in urbem cui nomen Bemeselel. cuius expugnatio acerbiorem solito pestem inuexit tam saeuo crudelitatis processu, ut ex eo numero octingentos

X § 2 cf. BI. I 94—95 § 3 cf. BI. I 96—97. 92
15 cf. Sall. Iug. 93, 3

2 temptatoq. (q. *s. l.*) *A* utrimq. (*s.* uel utriusque *m2*) *B* utrumque *T* utriumque *H* utriusque (us *s. l. m3*) *A* 3 desistere *Z* ad fidem *T* uidet *V a.c.m2* 5 decertandum *A*, *V p.c.m2* 8 conuenerant (*s.* ducti) *A* 9 se *V p.c.m2* 10 montem *Z* 13 est *om. H* 14 rogauerunt *A V* et ipsi *T A* 16 demetrius *s. l. B* 18—19 seseque—libertati *mg. suppl. m3 A* 19 cuius] alexandri *add. Z* libertate] *add.* iam *Z* addebat *Z* 21 quid non *A a.c.m3* 22 reconciliaret *A*, *V p.c.m2* 24 reuertentur *V a.c.m2* ut] *fort.* et aduersum *A* 25 exercitatus (*mg.* excit.) *B* 26 bemerela *T* bethsehel *A a.c.m3* be*eselel *V* 27 cui *A a.c.m3*, *V*

in media ciuitate crucifigeret, quorum in conspectu coniuges eorum filiosque iugulare iussit.

XI. Haec spectabat accubans in medio concubinarum, laetus inter uina et pocula sed magis sanguine quam uino inebriatus. hoc solo facto amplius populum quam bello terruit, ita ut proxima nocte Iudaeorum octo milia ultra Iudaeam discederent, quibus fugae finis mors Alexandri
2 foret, tantique horror mali quietem regno attulit. sed ubi a domesticis feriatum proeliis, exorta est ei causa inquietudinis Antiochi aduersum Arabas expeditio, quam sibi terribilem et periculo futuram arbitrabatur. hic est Antiochus qui etiam Dionisius appellatus, Demetrii frater, a Seleuco ultimus. cui transitum negare cupiens Alexander inter urbem Antipatridem et Iopes litora foueis ingentibus ductis muroque altissimo, turribus quoque e ligno impositis, lusit operam magno suorum labore, nullo hostis impedimento, siquidem negotio facili repletae foueae turresque exustae. ipse quoque Alexander fuga sibi consuluit eo tutior, quia nequaquam tanti aestimatus, ut eum uictor principe loco persequi deberet. nam secundis partibus reseruatum ut itineris obstructi iniuriam acceptam ulcisceretur, rectum autem in Arabas iter direxit. quorum rex in loca proelio oportuna sese contulerat, deinde subito conuerso equitatu maxima ui ac multitudine effuse ac sine ordine ruentes hostium turmas inuasere. certatum acriter quoad Antiochus restitit; renitebatur enim, quamuis exercitus eius quasi more pecorum obtruncaretur. ubi uero et ipse ceci-

XI § 1 cf. BI. I 97—98 § 2 cf. BI. I 99—102

2 eor. fil. eorum (*del. alt.* eorum) *A* iugulari *HBZV* 4 le*tus *B* uina] escas *B* 6 deterruit *B* 7 discenderent *H*, *Va.r.* discerent *Aa.c.* quib. mali *suppl. mg. m3 A* 8 foret *B* (*s. l* fuit), *A m3* 9 feriatum (*s.* feriatus est) *Z* feriatur *A*, *Vp.c.m2* 10 anthiochi *A* 11 futuram] *add.* alexander *B m2* anthiochus *ZA* et (*add.* iam *s. l.*) *A* 12 appellatur *B V* appellabatur *A*, *Vp.c.m2* a] et *T*, (a *add. m3*) *A* 13 seleucho *A* 14 antrip. *Z* anthip. *A* Iop.] *de scripturis uocis cf. Praef.* 16 elisit (*pr.* i *ex* u) *B* opera *H* cum opera magna *Z* laborem *Z* 19 aestimabatur *A*, *Vp.c.m2* principis *BZ*, *Ap.c.m3* 22 recta *HA* arabia *T* arabias *Tp.c.m2* quo eorum *T* 24 maxim(a)e *Aa.c.m3*, *Vp.c.m2* ui *om. V* uiae *Aa.c.m3* (*om.* ae), *Vp.c.m2* multitudinis *Aa.c.m3* multitudines *Vp.c.m2* effusi *Bp.c.* effusa *Z* 25 quod *TZAV*, *Bp.r.* 26 Ant.] *add.* iudeus *TZ* restit. (*s.* restituit *m3*) *A* restituit *B*

dit — nam prae ceteris sese offerre solebat periculis — auersi omnes, quorum maxima pars incerto fugae dispersa extinguitur, reliquis in uicum cui Ana nomen coactis atque alimentorum inopia consumtis, uix paucissimi ex his tantae cladi superfuere.

XII. Hoc successu Areta etiam a Damascenis ad regnandum expetitur, ut Coelesyriae imperitaret, quo Ptolomaeum excluderent quem maxime infestis odiis persequebantur, nec Iudaeam immunem reliquit incursionis, de qua, uictor licet superato Alexandro, secundum utriusque tamen partis conuentum discessit ac reuertit in sua. Alexander autem Pellam euertit et Gerasam petiit iterum de Theodori possessionibus aliquas sibi adiungere parans eamque sibi bello uindicauit. inde in Syriam progressus Gaulanen et Seleuciam et Gamelam euertit, ultus superioris belli contumeliam, ipsasque Antiochi munitiones diruit. quibus ex locis iter in Iudaeam conuertit ac praeter spem cum gaudio totius gentis suscipitur pro mirabili successu rerum gestarum. ubi parta bellandi quies exordium tribuit aegritudinis, atque aliquantulum quartanis febrium uicibus affectus, leuato paulisper incommodo, dum negotia repetit militaria nec modum seruat, animo ualidior quam corpore, comminuit omnem suae uigorem salutis uiresque absumsit atque ita mortuus est. uiginti itaque et sex annis uario rerum 2 euentu aduersum innumeros bellorum tumultus regnum tenuit et duobus liberis superstitibus decessit. quos impares regni aestimans gubernaculo summam rem uxoris propriae delegauit sollicitudini, quoniam eam acceptiorem populo cognouit atque hoc apud uniuersos inuenisse gratiam, quod etiam ipsa ab immanitate uiri semper alienam sese facien-

XII § 1 cf. BI. 1 103—106 § 2 cf. BI. 106—109

3 ana (*s.* annanu *m3*) *A* atiana *Z* 6 araetae *T* aretha *Bp.c.m2,A* araeta *Z* (a *alt. s. l.*), *V* araetha *Vp.c.m2* 7 expetitus *BA* coelessyr. *Z* 8 in infestis *Ba.c.* 9 incursion. (*mg. l* incursio) *B* 11 reuertitur *BZ* 12 pellam *s. l. Tm2* gerasan *TBZ* geraran *Va.c.m2* geresam *A* petit *A* 12—13 possess. teod. *T* 13 aliqua *HA* 15 seleutiam *TV* seleuchiam *A* gamellam *Ta.r.,BZAV* 16 munitionis *Ta.c.m2* ex locis] exclusis *T*, *s. l. m3A* 19 ubi *s. l. m2T* 20 aliquantum *Ba.c.* 21 dum *s. l. m2 T* 25 aduersus *TH* 28 delig. *TZ* 29 atque] *add.* ob Z, *Vm2*, ab *A*

dam existimauerit, ut non solum refugeret flagitiorum consortia, sed etiam resistendo eius iniquitatibus totius in se plebis conuerteret beniuolentiam. nec improuida uiri sententia fuit. nam regnandi ius mulier inoffense exercuit sine ullo feminei sexus impedimento et acquisiuit moderandi gratiam sacrae legis obseruatione. nam dum attentior circa templum cura exercetur et missa ministeria fraudi sunt, creuit imperii uigor. nec tamen affectu infracta materno regni cupido, siquidem ex duobus liberis electus unus ad speciem regnandi, non potestatem, Hyrcanus uocabulo, natu senior, ingenio remissior, Aristobolum uero, acriorem animo, expertem potestatis emolliebat priuati humilitate. 3 adsuerunt se Pharisei mulieri genus hominum secundum legis doctrinam exercitum, secundum qualitatem affectus callidum, auidum negotiorum, pecuniae appetens. qui captantes elatam mulierculam, secundum scientiam iuris diuini, extollendo suam fecere, ut pleraque etiam regni negotia ipsis committeret, adhiberent quos uellent, quos uellent excluderent atque aulico exuerent ministerio. quid plura? ita sese insinuauere, ut commodorum omnium fructus ad eos peruenirent; sumtus et molestiae mulierem solam afficiebant. nec mediocris mulieri spiritus, ut maxima quaeque auderet ac supra feminei sexus condicionem proelia disponeret, siquidem et praestantissimam de suis manum parauit et peregrini exercitus copias ingentes coegit, ut non solum domi tuta ad omnem regnandi securitatem foret, uerum etiam exteris esset potentibus formidabilis. ea tamen reliquis praestabat omnibus, sed Phariseis quasi inferior ob-

XII § 3 cf. BI. I 110—112

1 refugerit *V* 3 conuerterit *H* inprouidenti *Za.c.* 6 gratia *A* obseruationem *A* attentiore *Vp.c.m2* 7 exerceretur *THA*, *Bp.c.*, *Vp.c.m2* misteria *Ha.c.m2* fraudis *BA* sunt *eras. B* 12 emoll. (*s.* l frangebat) *Z* emolliebant *T* 13 faris. *THB ut infra* secund.—doctr. *s. l. A* 14 exercitatum *BZ*, *Vp.c.m2* effectus *A*, *Vp.c.m2* 16 elatam (*s.* l elati) *Z* iuris *s. l. A* 18 *alt.* quos uellent *suppl. m2 TV* 20 insinuare *Z* (*s.* pro insinuauere), *Aa.c.*, *Va.c.m2* fruct. omn. *V* 21 perueniret *T* pertinerent *Z* 23—24 ac—disponeret *om. A* proel. (al. praeualida *mg. m2*) *T*, (*in ras. m2*) *V* praeualida *H*

temperabat. erat Diogenes in regno eius qui de potentissi- 4
mis Alexandri amicis familiaritati eius inhaeserat. eum adorsi obtruncauere memorantes ipsius consilio octingentos illos in medio urbis ab Alexandro cruci suffixos, in ceteros quoque facinoris auctores ut pergeret ultio mandatum. necabantur itaque quos Pharisei praecipiebant, non quos societas sceleris inuoluerat. quo metu perterriti plerique, quibus huiusmodi pericula intendebantur, et maxime praestantiores opibus aut dignitatibus ab Aristobolo intercessionem implorauere, ut matrem ab exsecutione praecepti seuerioris ad molliora inflecteret. ille sibi gratiam parere cupiens non detrectauit. mulier, aegre licet, oranti tamen filio cessit, ut contuitu honorum quos gesserant, qui in huiusmodi inuidiam arcessebantur, supremae necis sententia mitigaretur atque eos tantum, quos obnoxios suspectaret patrando flagitio incentores fuisse, urbe egredi iuberet. qui accepta uitae securitate per agros dilapsi.

XIII. Eodem tempore causa accidit ut Damascum iuuentus dirigeretur, quoniam Ptolomaeus frequentibus incursionibus incolas memoratae urbis terebat, cuius negotii necessitas occupauit de exercitu Alexandriae ualidam manum. Cleopatram quoque Tigranes, qui Armeniis imperitabat, in urbe cui nomen Ptolomais obsidione clauserat. eum muneribus Alexandria mulcebat ut a se auerteret. quem Lucullus facta inruptione in terras Armeniorum redire infectis rebus coegit consultius ducentem sua tutari quam aliena adiungere. tantis itaque intenta negotiis Alexandria 2
in morbum incidit. quam occasionem rapuit Aristobolus ad suas artes et congregata manu, conspirantibus secum quos

XII § 4 cf. BI. I 113—115 XIII § 1 cf. BI. I 115—116 § 2 cf. BI. I 117—119

1 in reg. eius diog. *B a.c.m2* diogenis *HAV* potent. (*s.* ł potissimis) *B* potissimis *HAV* 4 fixos *BA* suffixos (suf *in ras.*) *Z* affixos (a *ex* o *m2*) *V* 11 parare *BZAV* 12 detract. *Z* 16 patrandi flagitii *HB* 17 dilapsi sunt *Z* 19 incursion.]incursib. nibi *A a.c.* 20 terrebat *BA p.c.* 21 Alexandra, ae *semper Weber* 22 trigranes, *ut saepe*, *B* tigranis *A* tygranes *V* 23 urbem *A* ptholomais *TV* ptolomaeis *B* tholomais *A* eum] quem *B* 24 alexandr*a *B*, *ut infra* sese *A*, *Vp.c.m2* auertere-tur *BZV* 25 locullus *Ta.c.m2*,*HA* in *om. A* armoeniorum *TV* armin. *H* 27 alienu *A* 28 morbos *T* aristhobulus *A*

feruor naturae ad praerupta quaeque audendum cupienti adiunxerat, thesauros occupat eorumque copiis inuitat ad militiam uoluntarios, ac pretio componit ut in omnia quae uellet fidem praestarent atque infulas regni induit. turbatus animam Hyrcanus matrem lacrimis conueniebat. at illa spirans ferociam filios et uxorem Aristoboli in castrum reclusit, cui nomen primo Baris postea Antonia appellatum, de quo supra memorauimus. coepta Alexandriae celeri eius
3 obitu destituuntur. in hereditatem omnem Hyrcanus successit, qui uiuente adhuc matre dignitatem induerat sacerdotii, Aristobolus uirtute et sapientia praestabat, res usque ad contentionem atque in congressionem deducta. ubi consertum, plerique relicto Hyrcano illum alterum bello meliorem secuti. Hyrcanus comitantibus secum qui bello reliqui fuerant confugit in Antoniam repertisque filiis et uxore Aristoboli per obsides salutem inuenit, quia ne quid asperum in suos fieret Aristobolus pacto consuluit. conuentum fratrum huiusmodi fuit, ut regno Hyrcanus cederet atque ad Aristobolum ius omne imperii transiret, nec tamen Hyrcanum inhonorum relinqueret, sed regni exsortem honore alio fungi sineret, quem ipse impertiuisset. transactio huiusmodi etiam religione templi sacrata adsensionem utriusque tenuit uoluntariam. inde cum gratia discessum ac, se inuicem salutantes, Aristobolus in aulam regiam sese recepit, Hyrcanus aequanimiter in domum Aristoboli concessit.

XIV. Sed fuere quos metus hac rerum mutatione incesseret, qui se studuisse aduersus Aristobolum recordarentur, et prae ceteris Antipater. is erat Idumaeus genus,

XIII § 3 cf. BI. I 120—122 XIV § 1 cf. BI. 123—127

8 cf. supra I 6, 3 13 cf. Sall. Iug. 13, 1

1 audiendum *H* cupientia direxerat *T* 3 componitur *T* ut *om. T* 5 animo *Tp.c.m2,BZV* hyrchanus *H* at]*incipit C* ut *A* 6 ferocia *BZα V* 7 primo] fide *A* abaris *TH* anthonia *Z* 12 deducta talentis trecentis (*cf. p. 22 l. 4*) *A*; *de textus in hoc codice turbato ordine cf. Praef.* 15 reper. (*s.* ł repetitis) *B* 17 fieret et *Ca.c., Vp.c.m2* conuentus *Bp.c., Zα, Vp.c.m2* 18 ad *s.l.m2A* 19 omnis *T* 20 inhonoratum *Tp.c.m2* inhonorum (u *in ras. m2*) *C* inhonorem *A a.c.* 22 utrique *α* utriusque (us *in ras. m2*) *V* 24 sese regiam *C* sese rec. reg. *A* 26 ac *THB, Ca.c.* mutatio *THB* incesserat *H*, *Va.c.m2* incesserit *A* 28 is erat *om. A* idom. *H* idym. *Va.c.m2* genere *BZ*

maioribus apud suos clarus, non tenuis pecuniae et ideo praeualidae potentiae, arte mira factus ad contemnendam pecuniam propter conciliandam gratiam. qui Hyrcanum consiliis suis perterritum, quod nullam salutis suae spem tutam haberet, qui imperio decessisset, nisi transfugio sibi consuleret, ubi ad suas artes inclinauit, insinuat Aretae regi fouendum auxilio uirum, qui circumuentus foret ut regno decederet. decorum hoc fore regi, si arbiter fieret imperii restituendi, multoque pulchrius, si circumscripto, cui primitiua regni competerent, dolo sublata reformari iuberet. illum uersutum et callidum et ideo suspectum uicinis, hunc mitem et quietum, qui pro summo beneficio acciperet, quicquid sibi ab externo tribueretur, cui frater etiam regnandi ius ademisset. praeparatam itaque regis Aretae gratiam Hyrcano adnuntians fugiendi spem detulit et uiam demonstrauit, ut secum peteret Petram in finibus Arabiae sitam, quo in loco regem adirent. qui precibus Antipatri donisque inflexus plurimam bellatorum manum Hyrcano adiunxit ut regno restitueretur. erant fere peditum equitumque quinquaginta milia, a quibus prima pulsus congressione Aristobolus Hierosolyma confugit, ibi quoque intutus aduersus tantam hostium multitudinem, quae clausum expugnauisset, nisi Scaurus ductor Romani exercitus alterius belli occasione, quod aduersus Tigranen gerebatur, soluisset obsidionem missus a Pompeio, cui recepti Mitridatis ultio grauis bellique in socerum transferendi propositum exarsisset, qua causa Syriam infestari per Scaurum praeceperat, cum ipse Tigranen atque Armeniam urgueret. Scauro itaque ad- 2
uenienti Damascum, quam Metellus et Lollius funditus euer-

XIV § 2 cf. BI. I 127—130

1 m**oribus (*mg.* l maioribus) *B* 5 et ubi *TZ* 6 arabie *Bp.c.* arethae *α* 7 regnum *Za.c.* cederet *HBZV* 8 regi] aretae *add. Z* 10 conpeteret *C* reformare *TA* 14 reparatam *α*, *Vp.c.m2* arethae *C* arathe *A* 15 annuntias *Ca.c.* 16 patriam *C* (e *in mg.*), *A* 17 antipatris *Zα*, *Vp.c.m2* 21 ibique *A* intus *Z* intutus (utus *in ras. m3*) *C* aduersum *A* 22 qua *T* 24 tygranem *α* 25 metridatis *H* 26 exarsit *Ta.c.m2*, *BZα V* 28 trigranem *B* tygranem *V* armoeniam *CV* 29 damasco *Ta.c.m2* damascum (o *s.* u *ut uidetur*) *C* tollius *Ta.c.m2* tullius *T p.c.m2*, *H*

terant, occurrere fratrum legati sibi quibusque Romanae opis auxilium implorantibus, et quamuis inferior esset uiribus Aristobolus, praeponderauit tamen pecuniae oblatione. uenditur summa proeliaris certaminis talentis CCC et iustitia postulati pretio pensatur, qua pecunia sibi adnumerata denuntiat Scaurus Hyrcano regique Arabiae discedere ab obsidione, aut si permanerent scirent sibi aduersus Pompeium et Romanos bello certandum. eo terrore obsidio soluta, Aretas Philadelfiam petiit, Scaurus Damascum reuertit. Aristobolus autem uix dudum idoneus propulsando periculo manum collegit, hostem insequitur et ad Papyronem, id uocabulum loco, VI milia hostium simul et fratrem Antipatris Fallionem proelio fudit. Hyrcani atque Antipatris spes lapsae, quibus fiducia omnis in Arabiae uiribus erat.

XV. Sed ubi Magnus Pompeius obire Syriam coepit et Damascum aduenit, a Romanis, quorum auxiliis infracti manibus uictoriam amisere, opem postulant Pompeiumque adeunt tamquam iusti arbitrum et minime auarum pecuniae. allegationibus itaque, non muneribus ut ante niti coepere, quoniam integer animus aduersus corruptelam pecuniae laqueis auaritiae non capiebatur et gratuito odisse poterat fraterno insidiatum honori. et ideo his eum adorsi querellis, quibus et Aristobolo inuidia fieret, quod indignus aliena inuaserit, et Hyrcano gratia conciliaretur, cui uel merito uitae uel aetatis suffragio regnandi ius competeret adstipulante praesertim matris auctoritate, quae et iudicium eligendi habuit et ius conferendi. nec Aristobolus diu afuit.

XV § 1 cf. BI. I 131—132

1 quisque *CV* sibique (*om.* quibus) *A, mg. Tm2* romani *Tp.c.m2, H* 2 inferioribus *B* infestior *A* 4 praelialis *B* certaminis. Sponte itaque *etc.* (*cf. p. 25 l. 24 et Praef.*) *A* 5 postulandi *Z* postulanti *A, Vp.c.m2* 7 aduersum *TH* 9 aretas (h *s. l. add.*) *B* areta *Z* arethas *C* aretha *A* filad. *THBV* filiad. *Z* petit *Zα* reuertitur *Bp.c.m2* 11 colligit *T* hostes *H* papironem *A* 13 anthipatris *A* antipatri *Va.c.m2* 13—14 pallione (*sic*)—antipatris *suppl. mg.m2 T* antipatri *HV, Bp.c.m2* lapsa e *HV* lapsae e *Z* 16 abire *BA, Va.c.m2* 17 a] ab *ZCV* 19 arbitrem *Ap.c.* 22 gratuitu *Ba.c., Z* 25 alienigena (?) *Ca.c.m2* 26 conperet *Ca.c.m3* 27 adstipulatae *α, Vp.c.m2* auctoritate *om.* *α*, *eras. V* 28 affuit *T*, (b *s. pr.* f) *B* adfuit *H*

quamuis nihil in Magni pectore quod suis artibus conduceret intueretur, praesumebat tamen de Scauri redemtione seseque eius iactabat societate. uenit itaque regio ornatu praeditus et pompae maiore quam solebat stipatus ambitu, ut qui de iustitia diffideret, adquiescendi praeiudicium excluderet, spem oboediendi negaret. sed diutius tolerare Romani consulis sublimitatem nequiuit, cui mos erat regni exsorti regibus imperitare. itaque ubi ad urbem uentum est cui nomen Diopolis, alio concessit Romanae dignitatis supercilium dedignatus regni tumore. qua secessione Aristo- 2
boli non mediocris datus offensioni locus usque adeo commoto consule, ut statim arma Romana in Iudaeam conuerterentur coniunctis etiam Syriae plerisque auxiliaribus. quem ubi comperit Aristobolus ad urbem Scythopolim atque inde Coreas appropinquare, unde erat Iudaeae exordium possessionis, confugit in Alexandrium castrum munitum admodum et in monte altissimo situm. quo cognito iubet eum Pompeius descendere; at ille tamquam herili praecepto oboedire indecorum existimans periculum potius subeundum quam obtemperandum imperio animi immodicus arbitrabatur. sed referta populis Romana castra desuper spectans, simul a suis monitus non lacessendos quorum in nomen ac potestatem totus prope orbis terrarum concesserat, descendit, pluribusque usus, quibus regnum sibi iure delatum adstruere contenderat, uel generis debitum necessitudine uel exercitus iudicio, qui secutus sit ualidiorem, deseruerit ignauum, uel euentu proelii uel pacti conuentione, ad munitiones reuertit. rursus cum Hyrcanus consulem adisset, uocatus ad iudicium Aristobolus sese repraesentauit, sed cum adhuc conperendinari cognitionem

XV § 2 cf. BI. I 133—137

21 cf. Sall. Hist. I 150 M. Tac. Hist. I 53

1 magni in *Aa.c.m3* peccare *T* 3 seque *Z,Va.c.m2* 4 prope *H*, (*mg.* Al. pompae maioris) *B, ZC*, (pe *s.l.*) *A,V* 6 sed *om. Z,Va.c.m2* 7 suptilitatem *α,Vp.c.m2* mos (*s.* moris) *B* 9 diospolis *Bp.c.,α,Vp.c.m2* 11 mediocri *α* datur *α* offensionis *Va.c.m2* 14 schitop. *T* scytop. *BZV* scithop. *C* scitop. *A* 15 choreas *C,Ap.c.* 16 alexandriam *T* 18 erili *HBZ AV* 22 in *om. T* 23 prope *suppl. mg. B* 25 adstr. (*s.* adicere) *Z* 27 deseruit *α,Va.c.m2* pacti. ubi consertum (*cf. p. 20 l. 12*) *A* 30 sed] *ab hac uoce incipit M²; codicis T lectionem uariam inde ab hoc loco praetermitto, cf. Praef.*

uideret in castellum regressus est. medius enim inter spem et timorem putabat, quod imperiis eius oboediendo ad sui gratiam Pompeium inflecteret, sed ne iterum ui adigeretur imperio cedere, in Alexandrium sese recipiebat. nec praeteriit Magnum regis uersutia; iubet eum decedere munitionibus idque facturum datis ad singulos custodes munitionum litteris sese adstringere. iussis quidem paruit quae non audebat refellere, protinus tamen Hierosolymitanis moenibus se abdidit et bellum aduersus Romanos parare occoepit. Pompeius quoque fugientem insequi, clausum urguere neque parandis belli usibus tempus ullum dare. direxit Magni intentionem de Mitridate nuntius quod morte bellum finisset; urbs Hiericho in finitimis suis Pompeium tenebat, cum rei memoratae indicia uenere, locus prope urbem in quo balsamum gignitur uirgultisque innascitur, quae acutis lapidibus incidunt pueri agricolarum, perque eas incisiones distillat humor lacrimis pulcher rorantibus. inde uir militiae uetus conpositis ordinibus ad uesperum castra mouit et primo diluculo Hierosolymitanis moenibus adstitit atque improuisus armatas acies infudit.

XVI. Obstupefactus Aristobolus dispositionis specie, uirorum robore, militum alacritate, sponte occurrit ueniam precatum, pecuniam urbem seque offerens. uerbisque in

XV § 3 cf. Bl. I 138—139. AI. XIV 54 (Plin. H. N. XII 115—118; Tacit. Hist. V 6) XVI § 1 cf. BI. I 139—140

15 cf. Baeda, De locis sanctis, CSEL XXXIX p. 314, 6—9 18 cf. Tac. Hist. IV 20

1 reuersus *H* 4 imperium *H* alexandriam (m *add. m3*) M^2 alexandrum *A a.c.* reiciebat M^2 5 eum] enim α, *V p.c.m2* 6 ad singulis M^2, *V a.c.m2* 7 adstring. *suppl. m2 V* adstringeret *B* 8 ref. (*s.* repellere) *B* reppellere *V* 9 addidit M^2 aduersos M^2 *a.c.m3* aduersum *HZ*, *V a.c.m2* 10 ** (*s.* oc)cepit *B* coepit *C a.c.m2* hoc c(o)epit *A*, (hoc *eras.*) *V* 11 parandi $M^2 Z\alpha$ tempus] locum *H* daret M^2 12 direx. scaurus secundum magni *Z* mitradate *HA* mortis M^2 mors belli *Z* 13 finis sit *Z*, *V a.c.m2* hierico M^2 *a c.m3* iericho *B* finitissimis α 14 uenirent (*s.* uenere) *B* 17 destillat *B a.c. C* pulcher $M^2 HB$, *codd. Baedae* pulchre *ZCV*, (r *ex* e) *A* 19 mouet M^2 *a.c.m3* deluculo M^2 *a.c.m3* 20 improuisis α, *V p.c.m2* armata M^2 armatus *V a.c.m2* facies M^2 faces α effudit *H* 21 dispositionem M^2 speciem M^2 *a.c.m3* 22 uirorum (*exciso* o) M^2 uirum *H* roborem *A* alacrit. *suppl. m2 V* alacritatem *A* accurrit *H* α *V* 23 praecatus *Cp.c.* praecaturus *A*

mollius suppliciter inflexis mitigauerat indignationem consulis; sed inrita precatione, quia effectus deerat promissionis, non solum negatis pecuniis sed etiam urbe excluso Gabinio, qui oblata petitum uenerat, bellum incubuit. namque 2
Magnus, adhibitis custodibus Aristobolo, urbis moenia speculari coepit atque explorare diligentius, quibus in locis temtaret inruptionem, sed cum et ualida murorum circumspectaret, quod expugnari nequirent, et templum in urbe haut inferioribus circumdatum munitionibus ut geminum esset ingressis periculum et a defensoribus templi et ab his qui murorum propugnacula tuerentur, haesit animi dubio sententiaeque incerto per aliquantum temporis, cum subito intra urbem seditio orta, uolentibus Hyrcani sociis urbe recipere Pompeium, renitentibus Aristoboli propugnatoribus: illi portas aperire Magno, isti obserare bellumque inferre ne regem eriperent. sed pluribus quos terror potentiae 3
Romanae auxerat, cessere inferiores atque in templum se recepere soluto ponte, qui transitu peruio urbem ac templum medius coniunxerat. receptus itaque in urbem est exercitus Romanus, et suis manibus Iudaei aperuere portas non multo post urbis ac templi expugnatoribus futuris completumque est illud Dauiticum: deus, uenerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum. sponte itaque tradidere regalia sua, cessere aulicis. Pisoni claro inter suos uiro et militiae stipendiis exercitato id negotii commissum, ut manu ualida aulam regiam ceteraque urbis tuenda existimaret. quod ab eo sollicite curatum, quasi ad ea defendenda potius quam occupanda Romanum exercitum ducta-

XVI § 2 cf. BI. I 141—142 § 3 cf. BI. I 143—144, AI XIV 59 22 Ps. 78, 1

1 mollibus (*eras. pr.* l) M^2, (*s.* mollius) *B,A* mollitis *H* suplic. *C* inflectere M^2 2 qua α, *Vp.r.* promissioni α 3 gauin. *ut infra* M^2BZ, *Va.c.m2* ganibio *H* 6 atque] quae M^2*a.c.m3* 7 cum *om.* α et *om.* M^2H eualida *H* 8 urbem M^2 9 ut *om.* M^2 12 sententiaque *A* 15 illis α, *V p.c.m2* istis αV 16 ** riperent *B* reciperent *Bp.c.* 17 auserat α sese *B* 18 recipere *A*, *Va.c.m2* 19 in] intra α, *Vp.c.m2* 24 tuum usque ad ultimum *etc.* (*cf. p. 27, l. 16*) *ordine uitiato A* tradere M^2H, *A a.c.* 25 uero M^2 *a.c.m3*

uerit. ad templi autem inruptionem, quoniam pertinaciter resistebatur, Iudaeos Magnus parauit, socios uidelicet Hyrcani, ut, si fieri posset, aliena Romani mysteria non profanarent, simul ut suis manibus Iudaei fossas replerent. inpio ministerio et turpi obsequio seruierunt manus eorum in cophino, mentes in sacrilegio. sed nihil proficiebat congestio, cum reniterentur e muris Aristoboli fautores et desuper afferrent impedimentum, inritaque Pompei fuissent exordia, nisi incurrentibus sacris religionis diebus, quibus ab omni uacare opere Iudaeos uetus obseruatio foret, imminere suos aggerendis terrarum tumulis imperauisset. sola enim conserendae manus usurpatione in consuetudinem uersa etiam sabbato, si tamen inferatur proelium et salutis extremum petatur periculum, decernendum sibi ferro Iudaei existimant, reliqua certamina religioni ducunt. iam uallum excreuerat, iam machinae admotae, repugnabant regii murorum altitudine ferociores, nec intermixti proeliis propiore Magni accessu inclinabantur. stupebat Pompeius acres uirorum animos, muri decorem ac magnitudinem et nusquam remissa officia sacerdotum in medio belli furore tamquam profunda pax esset; nihil deerat sacrificiorum sollemnitati, inter bellatorum iacula mortes caesorum fundebatur sanguis hostiarum, uictima altaribus imponebatur; ante aram positi feriebantur. tertius iam mensis anceps adhuc certamen tenebat. primus Sylla ortus Cornelio Faustus et duo centuriones, quorum uni nomen Furio, alteri Fabius erat, deiecta turre murorum templum inrupere singulis sequenti-

XVI § 4 cf BI. I 145—147 § 5 cf. BI. I 148—149

5 *Ps. 80, 7

1 autem *s.l.m2 C* interruptionem *C p.c.m2, A* 3 al.] *s.* ł alieni *Z* imperia *ante* misteria *del. M²* 6 cofino *M²* mentis *M²* 7 retinentur *M²A* retinerentur *HC*, (i *ex* e *m2*) *V* 8 auferrent *M²* pompeio *Hα V* 9 sacrae *A* 10 uacaret *M²* 11 aggerendi *M²C* 12 cons. man. (*mg.* Al. conserenda eminus) *B* usurpatio *B* 13 sabbato *s.l. A* proelio *M²a.c.m3* 14 decertandum *α, Vp.c.m2* ferrum *M²* 16 regiae *B* regi *α* 17 propriori *M² a.c.m3* 20 remissa *om. M²* 22 bellorum *M²* mortis *Z* 25 silla *M²* cornil. *M²a.c.m3* fautus *A a.c.* 26 alter *A a.c.* fauius *M²ZV* fabier *A* 27 eiecta *C* adiecta *A* templi *α, Vp.c.m2* inrumpere *M²Hα, Vp.c.m2*

bus sese cateruis, et circumdantes undique templi interiora quoscumque reppererant gladiis transuerberabant. caedebantur fugientes, repugnantes alii obtruncabantur. nullus 6
parcendi modus, nec tamen ea saeuitia bellantum obsequia uatum impedita. nudatis gladiis inminebat hostis, illi tamen sine ulla perturbatione soliti uicem muneris exsequebantur. nullum intermissum est officii genus. quicquid ad purificationis sollemnitatem, quicquid ad cultus sacri obseruantiam spectare poterat impletum est; tanta cura ministerii, atque utinam pro ueritate deuotionis et fidei fuisset. maiore quoque a suis orta pericula, quae sibi ab Hebraeis inuicem inferebantur, atque intus pugna uehementior et a seditiosis propius et anceps periculum. a fronte externus hostis, a tergo lateribusque domesticus urguebat.

XVII. Itaque conclusi undique alii se praecipitabant, alii patriae incendiis exurebantur. sacerdotes tamen usque ad ultimum in suo munere perseuerabant hortantes se inuicem, ne in posterioribus ponerent officium religionis quam salutis praesidium, recte secum agi si pietati impenderent, quod deberetur necessitati, pulcherrimumque si in patriae sinu sepeliri liceret. quid autem iuuaret euadere et superstitem uiuere religioni? praeclarum potius opus muneri pio commori. quod si quis periculi metu deserat, sacrilegium est, si quis impleat, sacrificium et piae passionis uictoria. infulati itaque sacerdotes inter suas hostias immolabantur et amicti sacerdotalibus stolis inter cadauera caesorum humi iacebant. fusa illic Iudaeorum XII milia, Romanorum pauci extincti, plures uulnerati. nihil tamen grauius in illa mi- 2
seria ingemuerunt Iudaei quam quod illa abscondita ante

XVI § 6 cf. BI. I 148 XVII § 1 cf. BI. I 150 § 2 cf. BI. I 152—154

1 kateruis M^2 catheruis C circumdantis M^2 2 reper. C ced. M^2 3 nullius $M^2p.c.m3$ 4 tamen—uatum *mg. suppl.* M^2 7 intermixtum M^2 est *s. l. m2A* 8 sollempnit. M^2 cultum M^2 10 et fidei *om.* M^2 11 quae] quam B ab Heb.] a romanis Z 14 que] quae $M^2a.c.m3$ urgebat $M^2a.c.m3$ urgebantur BZ, *qui hoc uerbum ad initium c. sq. tr.* 16 tamen conuentionem *etc.* (*cf. p. 23 l. 25*) A 17 proseuerabant A ortantes M^2A 18 poneret $M^2a.c.m2$ 19 impedirent M^2 23 commoueri C *a.c.* metu periculi B 25 inter *om.* M^2 immolabant $M^2p.c.m3$ 26 stholis C 28 uulner.] *add.* sunt B 29 ingemerunt C *a.c.*

sanctificationum mysteria retecta gentibus ac manifestata sunt. denique Pompeius curarum istiusmodi declinans superflua, dum triumpho potius ambusta obiret, sequentibus se suorum plurimis uidit tabernaculum secundum, quod soli principi sacerdotum sollemni accessu patebat, atque intro aspexit lucernam et mensam et thymiamateria et tabulas testamenti superque eas Cherubin, multitudinem aromatum dispersam, et sacrae pecuniae talenta duo milia. in quibus cum plurimum auri esset, integer tamen ab omni cupiditate uel ipsa uel etiam si qua sacrorum uasorum inuenta sunt, intacta seruari praecepit, et sequenti post excidium die neocoris iussit mundare templi interiora et celebrare adsueta sacrificia. Hyrcano quoque principatum sacerdotii dedit, promta eius opera usus in obsidionis necessitate; nam etsi infidus suis, Romanis tamen fidelis ut sua patria expugnaretur — sed puto neminem posse dici fidelem qui suis fuerit infidus — non perfunctorie itaque in suo proelio iuuit hostes suorum uel quod extramurani populi multitudinem adnitentem Aristobolo retraxit ab eius societate. ad omnia tamen, quibus uel praeueniendi Aristoboli deducendique eius auctoritate † uel conficiendo celeriter bello Pompeius egregius imperator fuit, praeclarum hoc addidit ut in uictoria modum teneret; denique benignitate sibi magis quam terrore quos uicerat adsociauit, auctores tantummodo belli securi percussit. tributum quoque uictis imposuit, statuit ducem Iudaeae, fines determinauit.
3 suis ergo finibus circumscripta Iudaea est. reformauit

XVII § 3 cf. BI. I 155, 157—158
4 sqq. cf. Hebr. 9, 2—7

1 sanctificationem M^2 ministeria $Ap.c.$ 2 istimodi $Ca.c.m2$ 3 potitus CV ambo ista $Z,Va.c.m2$ 5 principe $M^2a.c.m3$ principis Z sollempni M^2 accessui Z 6 intus HBZ inspexit $\alpha,Vp.c.m2$ timiamateria M^2 thymiamataria C 7 chyrubin M^2 cherubim et B cerubyn A multitudine C aromathum $Cp.c.$ 8 dispersa C 10 etiam *om.* $HZ,Va.c.m2$ alia A uasorum *s. l.* B uasorum si qua sacrorum $\alpha,Vp.c\ m2$ 12 neotoriis C neotheriis (o *s. alt.* e) A neotoris $Vp.c.m2$ mundari M^2HZV templa M^2 15 etsi] et M^2 18 uel *ante* in (*s. l.*) B,ZV suo] ipso $M^2p.c.m3,BZ,Va.c.m2$ uel *om.* H 21 conficiendi H celeri $\alpha,Vp.r.$ 22 praeclarus M^2 23 addidit *s. l. m2* M^2 26 ducem in M^2 terminauit A 27 iud. circumscr. B circumscr. est iud. A

etiam Gadaram quam Iudaei euerterant rogatus a Demetrio, qui patriae suae huiusmodi gratiam a patrono poposcerat, et in hac causa et in pluribus apud Magnum supra libertorum modum usque ad inuidiam excellens. Aristobolum autem cum filiis et socero eius captiuos statuit secum Romam deducere, sed unus ex subole regia in itinere lapsus custodibus domum reuertit; ei nomen Alexandro, aetas fratre prouectior et sorores duae. Antigonus itaque aeuo iunior cum feminei sexus germanitate ad urbem deducti, Pompeiusque Ciliciam et inde Romam petiuit.

XVIII. At in Syria Scaurus, cui ducis officio praeerat, receptis urbibus quas Iudaei inuaserant, in mediterraneis Scythopoli, Ippone, Pella, Samaria, Iamnia, Maresa, Azoto, Arethusa, maritimis quoque Gaza, Iope, Dora et ea quae Stratonis turris olim uocabatur, postea autem Caesarea nuncupata sub imperio Herodis, qui et ornatum addidit et nomen mutauit, aduersum Arabas bellum moliebatur. Iudaeam inter Euphraten et Aegyptum, Syriam quoque suis reformatam finibus iudicio cohercens, praedandique cupidine, quod potius reor, an proferendi imperii gratia, summam regni Arabiae Petram inuadere uolens, difficultate quidem locorum impeditus, inrumpere nequiuit, plura tamen uel propinqua urbi uel longe posita deuastauit, quibus in locis exercitum eius morantem fames incesserat. ac paene incidisset facinus miserabile, nisi per Antipatrum laborantibus Romanis Hyrcanus alimoniam ministrauisset, idemque de consilio Scauri Aretam monuisset soluere bellum pecunia. denique trecentis talentis Arabs hoste se exuit,

XVIII cf. BI. I 156—157, 159

1 gazaram *Z* 2 gratia *α* 3 plurimis *H* 4 aristh. *A* 6 sobole M^2 *HAV,BZ a.c.* regia *om.* M^2 7 reuertitur *ZA* 8 frater M^2 9 feminaei *C* sexu M^2 10 -que *om.* *α*, *Vp.c.* 11 At] an M^2 cui] qui *A* 12 in *om.* *Vm1* mediterraneos *α*, *Vp.c.m2* 13 schitopoli M^2 yppone *B* bella M^2 *a.c.*, *Z* iamna M^2 aresa M^2 *HZ*, *Va.c.m2* azotho *α* 14 arethusae M^2 *a.r.* gaia *Z*, *Va.c.m2* iopem (*alt.* p *s. l. add.*) *A* ioppe *cet. de scripturis uocis cf. Praef.* doram *A* doru *V* dorotea (e *s. l.*) et ea *om.* *Z* eam *α V* 17 aduersus M^2 *α*, *V p.c.m2* 20 an] ante *Ca.r.* * numquam (an *s.* num *m2*) *B* quam *Z* perferendi *α*, *Vp.c.m2* gratiam *CV* 25 incidisse *Ca.c.m2* 26 alimonia M^2 *A* 27 schauri *C* aretham *Bα* 28 arabas *α*, *Vp.c.m2* hosti M^2 *a.c.m2* se ex.] reexuit *C* retexuit *A*

Scaurum redemit; hoc regressionis eius pretium fuit. quae res Hyrcano cum Romanis firmauerat societatem et profundae pacis securitatem fouebat, quo in locis hostilibus exercitui Romano opera eius ex indigentia graui frumenti satias facta auxiliumque praesto fuit.

XIX. Sed ubi Alexander e uinculis Magni elapsus primum occulte et per aliquantum temporis manum idoneam sibi congregans, deinde palam percursare coepit Iudaeam, exagitari Hyrcanus et rebus suis diffidere, Romanos cura urguere ne bellum glisceret, quoniam etiam murum reparare Hierosolymis constituerat, quem Magnus destruxerat. ac prope aggressus fuerat opus, nisi Gabinius qui Scauro successerat, curatis strenue ceteris, quibus terrorem sui nominis sparserat, occurrendum Alexandri temtamentis aestimauisset. nec Alexander refugiendum arbitratus sed decernere proelio ausus cum decem milibus peditum mille et quingentis equitibus. etiam castella reparauit, Alexandrium, Hyrcanium, Macheruntem receptaculo sibi, si res poposcisset, futura uel hostibus impedimento, quoniam et Arabia
2 non satis fida Romanis proxima erat. Gabinius quo citius occurreret, Marcum Antonium cum parte exercitus praemisit ut iter hostium impediretur, donec ipse cum toto agmine aduentaret. Antipater cum electis adueniens et Malichus et Pitholaus, diuersis Iudaeorum subnixi cateruis, cum Antonio uires iunxere. quos ubi confertos Alexander uidit — nam iam et Gabinius aderat — flexit consilium ut retrorsum cederet. sed cum iam non longe esset ab Hiero-

XIX § 1 cf. BI. I 160—161 § 2 cf. BI. I 162—163
4 sq. cf. Sall. Hist. II 95 M.

1 schaur. *C* 2 res] *in ras. M²m3* fidem *add. B*, fidam *add. α, Vp.c.m2* formauerat *M²* 3 in *om. A.* 4 ope *α, Vp.r.* satietas *HBZαV* 5 fuerat *ZαV* 7 et *om. H* 10 cresceret *ZV* preparare *M²* preparari *H* 12 gauin. *ut infra M²BZ, Va.c.m2* schauro *C* successit *BZCV* 15 refugiendus *M²* fugiendum *H* decertare *α, Vp.c.m2* 18 macerontem *M²H* macheruntam *B* macerantem *Z, Va.c.m2* maceruntem (h *s. l. add.*) *A, Vp.c.m2* receptaculum *M² p.c.m2* si *suppl. m2 M², s. l. Cm2* 20 quo citius (o ci *in ras.*) *C* 21 marc.] m̄ *C* partem *Ca.c.* 23 antipatrus *M², Ba.c., Z* antipatris *H* malicchus *M²CV* et *om. M²* 24 epitholaus *M²* pintholaus *α, Vp.c.m2* cath. *C* citeris (e *s. pr.* i *m3*) *M²* 26 adflexit *ZV* consilio *M²* 27 ab hierusoli. *suppl. m2V*

solymis, coactus manum conserere, uictus aufugit. necatis ferme tribus milibus suorum, ceteris captis aut dilapsis, uix Alexandro pauci superfuere ad fugae potius societatem quam ad rebellandi audaciam. denique pacem a Gabinio 3 petens etiam castella, ne quid suspectum haberent, Romanis tradidit. eo bello egregie Antonii uirtus emicuit, quamuis ubique praeclarum documentum suae dederit fortitudinis. Gabinius in quinque conuentus Iudaeam diuisit, ut potesta- 4 tem minueret, ex qua oriebatur potito rerum insolentia. Hyrcano pro mansuetudine ingenii eius sacerdotii honor mansit, totius autem conuentus regionis eius non uni sed in commune Hierosolymitanis a Gabinio cura impertita. itemque ceteri conuentus simili modo adtributi, per Gadaram et Amathuntem et Hiericho Sepphoritanosque, urbis scilicet potiores, diuisi, quo et singulorum potentiae nihil relinqueretur et functio regionum non uacillaret, quae publicam expectaret sollicitudinem. quod et a Romanis ad releuandum rebellionis metum et a Iudaeis ad deponendam inuidiam cum gratia susceptum, quoniam non sub rege sed sub optimatibus degeret Hebraeorum genus ad rei publicae Romanae similitudinem, in qua non unus imperitaret, sed per uices optimi quique, quibus sortito magistratus cesserat, administrabant regni exsortes sed regum arbitri.

XX. Consultum prouide aduersus inquietudinem gentis aestimabatur. sed Aristoboli fuga reditusque in Iudaeam plurimum turbarum excitauerat, plerisque refluentibus ad eum, quos amicitiae ueteris gratia sollicitauerat aut res ultimae, quibus remedium ex discordia publica quaerebatur

XIX § 3 cf. BI. I 167. 165 § 4 cf. BI. I 169—170 XX cf. BI. I 171—174

1 manu α consereret M^2, (*alt.* re *s. l.*) A 5 quit sus $Cp.c.$ 6 egregie] erigi M^2 7 dederet $Z, Va.c.m2$ fortitudinis dederit α 9 potior BZ 11 remansit $\alpha, Vp.c.m2$ 14 gadoram M^2HBZ 14 a**thuntem (u *ex* y, *alt.* t *s. l. m3*)M^2 seff. *codd.* urbes $HBZA$ 15 potioris M^2 diuisit $\alpha, Vp.c.m2$ 16 uacellaret $M^2a.c.m3, A, Va.c.m2$ 17 et *s. l.* A a *om.* M^2Z, *s. l.* $BVm2$ 18 rebellandum H reuelandum αV rebellationis H a] ad $M^2a.c.m3$ 19 inuidiam *om.* H *s. l. m2C* 20 sub] *sq. ras. 4 uel 5 litt.* M^2 22 per uices] iudices H quinque H 23 regni] *add.* quidem *in ras. m3* M^2 regnum $Aa.r., Va.c.m2$ 25 red. quae M^2 *a.c.m3* 26 exciuerat $Hp.c., CV$ 28 quib. *scil.* uiris

ima summis miscere cupientibus atque aliae spes lapsae forent. regressus igitur munitiones aedificare, Alexandrium reparare occoeperat. quo conperto Gabinius, Sisinnio et Antonio Seruilioque cum parte exercitus directis, coeptum opus impediuit. desertis enim munitionibus Aristobolus se bello parauit, et quia maiore numero quam usu agmen trahebat, deonerauit inermis populi multitudinem, et sola VIII milia armatorum coegit adiuncto quoque Pitholao, qui uoluntarius ex Hierosolymis cum uiris mille aduenerat. deinde orto proelio — imminebant enim Romani eius ceruicibus — aliquamdiu quidem strenue pugnatum, tamen praeualuit uirtus Romana, caesa Iudaeorum V milia, Aristobolus cum mille uiris inrupit aciem et in castelli Macheruntis munimenta sese recepit, duo milia alio dilapsa. adorsi tamen castellum Romani per biduum ferme dilati, quoniam de ultimo periculo Aristobolus totis uiribus decernebat, sed nequaquam diutius sustentare potuit; captus cum filio Antigono, quem pariter fugiens de uinculis secum abduxerat, ad Gabinium missus et ab eo Romam directi sunt. senatus Aristobolo in custodiam detruso filios eius ad Bithyniam dimisit, quod Gabinium ferunt epistulis insinuasse id Aristoboli coniugi promissum remunerandae sedulitatis eius gratia ob traditas sibi munitiones.

XXI. His in Iudaea gestis Gabiniùs audendum aliquid ratus in Parthos expeditionem parauit, sed suspecta partium Ptolomaei regis reuocauerunt profectum. nam ab Euphrate in Aegyptum Gabinius iter conuertit, usus ne-

XXI § 1 cf. BI. 175—178
1 cf. Horat. Carm. I 34, 12

1 submiscere *s. l. m3 M²* summiscere *sine* summis *HCV,A a.c.m3* 2 igitur] Aristobolus *add. editt.* alexandriam *M²Za.c.* 3 occeperat *M²B AV* **coeperat *H* acceperat *Z* 4 direptis *M²* 5 enim—maiore *om. A* 6 qui *in ras. m2M²* 8 phitholao *B* pytholao *C* pyctolao *A* 9 ex *om. H* mille uiris *B* 13 macherantis *M²* macerontis *H* castellum acheruntis *A* munimentis *B* 14 alia *Bp c.* dilapsa (di *s. l.*) *Z* 15 romani castellum *A* 16 uisceribus *H* decertabat *α, Vp.c.m2* 19 missi *B* dimissi (*mg.* directi *m3*) *A* 20 retruso *H* eius *s. l. m3A* bithiniam (*pr.* i *in ras.*; t *add. m3*) *M²* bythiniam (ni *s. l.*) *C* 21 epistolis *M²* 22 sedutilitatis *C* 25 parthos (ar *in ras.*, o *ex* u *m3*) *M²* 26 reuocauerunt (runt *in ras. m3*) *M²* 27 eufraten *M²* euphraten *C*

cessariis ad omnia ministeriis Antipatri et Hyrcani, sed Hyrcani per Antipatrum, qui pecunia frumento armis auxiliis quoque exercitum iuuere; ac maxime congressiones circa Pelusium, nisi gnaris locorum et totius belli generis Iudaeis omnia procurantibus, Gabinium facile deterruissent. sed rursus morante exercitu Alexander Aristoboli in Syriam sese alteram uelut in uacuam prouinciam demergere moliebatur, nisi rumoribus excitus Gabinius reditum maturauisset praemissoque Antipatro reuocasset plurimos Iudaeorum ab Alexandri societate, quorum multitudine fretus parabat omnes quos in regione offenderat Romanos exitio dare. denique, dilapsis licet Iudaeorum plerisque per Antipatri conuentionem, audaciam tamen non deposuerat, proeliumque adorsus in XXX milibus uirum circa Itabirium montem, fusis decem milibus, aufugit. reliquorum dispersione bellum confectum. Gabinius compositis ad arbitrium Antipatris rei publicae Hierosolymitanae negotiis inde profectus, Nabathaeos proelio subegit Mitridatemque et Orsanen fugientes de Perside occulte remisit, palam tamen militibus intimauit fuga lapsos. successit Gabinio Crassus et profecturus 2
ad Parthicum bellum omne quod erat Hierosolymis in templo aurum abstulit et praeterea duo milia talenta detrahi iussit, quae Pompeius intacta reliquerat, nec longum laetatus ubi transmisit Euphraten, exercitum amisit et ipse extinctus est. eo successu Parthi elatiores transeundum in Syriam credi- 3

XXI § 2 cf. BI. I 179 § 3 cf. BI. I 180
4 cf. Tacit. Hist. V 6

1 antipatris α, *Vp.c.m2* 2 antipatrem *A* 3 excitum *Ca.c.m2* iuueret (b *s. alt.* u *m2*) M^2 iuuare *B* iuuaret *Z* iuuerunt α, *Vp.c.m2* congressionis M^2, *Za.c.*, αV 4 pilusium M^2 nisi *om.* α, *exp. V* ignarus *Va.c.m2* ignaris *Z* α, *Vp.c.m2* belli *om.* M^2 bellici α, *Vp.c.m2* 6 Arist.] *add.* filius *B* 7 alteram *om. Z* alterum α inmergere *HBZαV* 8 exercitus M^2A 11 offenderet *Za.c.* daret M^2 12 antipatris *AV* 13 tamen *s. l. m3A* 14 in *exp.*; *s.* et *B* uirorum M^2 *p.c.m2*, *BZα*, *Vp.c.* itabyrium *HBZV* ithabyerium *C* ithabierium *A* 15 fusis] *add.* cum M^2HB 16 antipatri *HBZ*, *Va.c.m2* 17 rei publ. *om.* M^2 rebus publicis *s. l.* M^2 *m2* nabateos M^2 18 mithidant. M^2 mitridant. *A a.r.* mithrid. *ZV* arsanen M^2 ursanen *H* orfanen *Z* tigranen *B* 18 fugientis M^2 *a.c.m2* 20 lapsus M^2 *a.c.m3*, *Va.c.m2* 22 retrahi *H* 23 ne α laetatus *om.* α, *add. mg. m3C* 25 laetiores, *mg.* Al. elatiores *B*

derunt, quos strenue insidiis excepit Cassius et commissae sibi prouinciae finibus reppulit, non sine graui detrimento hostium, cum effuse uenientes, quod neminem sibi obsistere ausurum arbitrarentur, locis praeuentos angustioribus occupauisset. denique fusis suorum pluribus bellum deseruere. Cassius repulso hoste securus prouinciae in Iudaeam inruit et Tarichaeis deletis XXX milia Iudaeorum in seruitutem uendidit. Pitholaum quoque suspectum doli, quo partes Aristoboli fulciret, iugulari iussit. neque expers consilii eius Antipater fuit, ut aemulum potentiae quam maxime excluderet.

XXII. Is cognouit uxorem cui nomen Cypris splendidissimo inter Arabiae feminas loco ortam atque ex ea suscepit liberos IIII sexus uirilis et unam feminam. uiris huiusmodi uocabula, primus Phasaelus, sequens Herodes uocati, tertius Iosephus, quartus Feroras, et Salome filia. eaque causa uir egregie factus ad emerendam muneribus atque amicitia societatem potentium, gratiam prae ceteris sibi regis Arabum conciliauerat, quia de locis Arabiae uxoris acceptae praetendebat necessitudinem. denique aduersus Aristobolum decernere proelio parans filios suos praedicto Arabum regi quasi mutuae caritatis pignora direxit. quos ille quasi depositum inuiolabile susceptos eo cultu quo liberos domi habuit et postea repetitos patri reddidit. sed cum Aristobolus bello superatus in uinculis haberetur, Alexander filius eius cum secundum conuentiones pacis, quibus eum Cassius ad Euphraten rediturus deuinxerat, proelio uacaret,

XXII § 1 cf. BI. 181 § 2 cf. BI. I 182–184

23 cf. Sall. Iug. 5, 7

1 casius (*add. tert.* s *s.l.*) *A* 3 uenientem M^2 quo M^2B 7 tharicheis M^2H tharichaeis *C* thariceis *A* 8 phitholaum M^2 pytholaum *C* pythalaum *A* 9 iugulare *A* antipater *om.* M^2 quam] que *in ras* M^2 *m3* 11 uxorem] *add.* suam *A* agryppis *A* 12 arabie (rabie *in ras. m3*) *C* locum orto M^2a *c.m3* suscipit $M^2a.c.m3$ 14 fisaelus $M^2Z,Va.c.m2$ fisaelis *H* fasaelus $B,Vp.c.m2$ phaselus α uocitati *H* Herodes] *de scripturis uocis cf. Praef.* 15 salomae M^2C 17 amicitiae *libri* societate potentiam *B p.c* 18 quia—necessitudinem *om. H* 20 decertare $\alpha,Vp.c.m2$ praedicto—regi] eidem $\alpha,Vp.c.m2$ 21 karit. M^2 22 deposito M^2 quos M^2 24 teneretur *A* 25 cum *om.* α 26 reditus $Ca.c.m2$ diuinx. $M^2a.c.m3$ uocaret $M^2\alpha,Vp.c.m2$

confinia Persidis haut ullo suscepta Parthorum transitu infestarentur et blandae tranquillitatis species Orientis in partibus humanas leuaret sollicitudines, Caesar e transalpinis regionibus Galliarum Italiae sese infundens Pompeium senatumque ultra Ionium mare expulit. Italia exclusus Emathiam Magnus petiit eoque diuersis ex locis Romana iussit agmina sequi, quod ibi bellum pararet. quibus intentus gerendis Aristobolum Romae uinctum reliquerat. eum Caesar, qui inter urbem Romam atque Pompeium medius erat, quoniam de Flaminia in Appiam compendiariis tramitibus Magnum sequebatur, ut uel ipsum exciperet uel interciperet eius exercitum, uinclis leuatum, tributis etiam militaribus numeris, in Syriam direxit, ut Iudaeam sibi adiungeret Pompeiumque a tergo urgueret. sed in exordio temtamentorum, ubi ad locum peruenit, ueneno interemtus infectum negotium reliquit. opinio mortis eius Pompei fautoribus adscribebatur. ita lusae sunt dispositiones Caesaris et destitutae Aristoboli cupiditates noua quadam mutationum uarietate, ut tutior fuerit exul inter hostes, in uinculis captiuus, quam inter suos ciues dominus in cubiculo, rex in conuiuio. quo comperto Pompeius, quod 3
Aristobolus in Iudaea recidiua sibi bella reparare temtauerit, etiam filium eius Alexandrum iugulari iussit suspectum nimis partes Caesarianas. Scipioni mandat. is oboediens pro tribunali statuit reum, ut species iudicii praetenderetur accusatoribus quoque adhibitis atque in eum qui Romanam rem publicam armis inquietasset sententia pro-

XXII § 3 cf. BI. I 185

1 aut M^2 suspecta *BZV* 2 specie α,*Vp.c.m2* 3 et (x *s.* t *m2*) M^2 6 imathiam (h *s. l. m3*) M^2 aemathiam *C* petit *HBZCV* 8 Aristob.] quem *add. B* quem magnus *add. Z* 10 flaminea *Z* flamminia *V* apiam *H* apamiam α 12 uel intercip. *om. A* uinculis *Z*α*V* tribus *H* 13 numeris *om.* M^2 16 inf.] interfectus *A* inperfectum M^2*p.c.m3*,*BZV* 17 adscribatur *H* elusae *A* 22 iudaeam M^2*C* recidiba M^2*a.c.m3* repararet M^2 parare *H* praeparare *Z* temt.] parauerit M^2 temptauerat *BZAV* temtauerat *C* 24 ni*** (mis *s. l.*) *C* scipio gnei (e *s. l.*) *B*,*CV* scipio magni *Z* spici ognei (*s. l.* scipio gnei) *A* mandatis *uno uerbo* (i *ex* a *m3*) M^2 mandauit his *H* Scipio Gnei mandatis *editores* 26 in] ad M^2 eum (e *in ras. 3 litt. m2*) *C*

lata, uti pro iuris potius auctoritate quam pro exsecutione praecepti, more quo duces hostium, conuictus rebellionis securi percussus aestimaretur.

XXIII. Cognita utriusque nece Ptolomaeus, qui susceperat † Aristoboli germanos et uxorem Alexandriam, Philippiona filium suum in urbem Ascalonam direxit, memoratos accersiturum. ille adueniens suscepit Antigonum atque eius sorores ut ad patrem deduceret; usu et consuetudine amoris igniculus obrepsit adulescenti ignoscendus profecto, si scirent tyranni ignoscere, atque alteram de sororibus accepit sibi in coniugii societatem. non tulit hoc Ptolomaeus pater et occiso filio nurum propriam sibi iunxit morum egregius censor, qui inexoratam damnaret in filio coniunctionem, ut ipse se parricidio et incesto contaminaret. Pompeio interfecto, qui dum arma Caesaris fugit spadoni Aegyptio caput suum amputandum praebuit, conuersae res. praebuit tamen ea patientia caput, qua tantorum populorum aliquotiens uictorem decebat, ut in illa uicti sorte exulis condicionem conspiciens, humanarum ludibrium uarietatum, gladio ceruicem offerret, ab eo cui regnum dederat pro gratia mortem
2 recepturus. post cuius necem mutatio facta plerisque ex familiaribus Magni amicitiam Caesaris expetentibus praecipueque Antipatro incredibilem in modum praedito ad omnium quos affectaret amicitiam. omnibus enim necessariae opes et maxime in proeliorum apparatibus, ubi ex inimicis atque aduersariis saepenumero cariores efficiuntur.

1 ut *Zα* 2 quo *om. B* ducis *H,Bp.c.* conuinctus M^2 rebelliones M^2*a.c.m3,H* 4 ptolome. *semper* M^2 5 Aristoboli—Alexandriam] *locus turbatus: fort.* Alexandri germanos et uxorem Aristoboli filippona M^2 filippiona *B* philippionam *A* 6 suum *suppl. mg. C* ascolonam *A* 7 arcessiturum M^2*a.c.m3* suscipit M^2*a.c.m3* Antigonum *om.* M^2 9 obserpit (obrepsit *mg. m3*) *A* ignoscendos M^2,*Va.c.m2* ignoscendum *B* profectui M^2 si *om.* M^2 10 ignoscere *s. l. m3 A* 11 in *s. l. m2 C* hoc *om. α* 12 sed *BZAV* iuniunxit *Ca.c.* adiunxit *A* 14 se *s. l. C, om. A* sese M^2*p.c.m2,H* incestu *A* 16 tamen] *add.* cum *Z* 18 ut *s. l. m2* M^2 in *om. H* exulisque *B* condicione *HBV* 19 conspiceres *Z* despiciens *HBp.c.,α* dispiciens *V* human.] rerum human. *BZ* lud.] *add.* et *BZ* uarietatem *BZ,Va.c.m2* 20 gratiam *Ca.c.* 21 mutuis *Ca.c.* 23 omnes *BZ,Va.c.m2* 24 quorum *BZ* enim *om. Z* 25 apparentibus M^2*a.c.m3* necessitatibus *α,Vp.c.m2* 26 atque] *add.*

XXIV. Etenim quia Ptolomaeus Aegypti rex fidem laeserat, ab ipso Caesare bellis grauissimis premebatur. Pergamenus Mitridates cum omni manu quam secum deduxerat, Pelusiacis repulsus obstaculis, in urbe Ascalone resederat desperato transitu et conatu irrito, nec se iam committere bello audebat locis iniquioribus et inpar uiribus. cui Antipater Arabas primo in auxilium adsciuit, deinde III milia Iudaeorum ualida manu et munita armis secum perduxit. commouit etiam Syriae potentes in adiumentum ipsius, Ptolomaeum qui habitaret in Libano et Iamblicum et Ptolomaeum alterum, quorum freti societate etiam alii populi ad bellum accensi sunt. quibus adiunctis uiribus fretus Mitridates Pelusium accessit et, cum transitu prohiberetur, obsidionem adorsus est. quo loci Antipater praeclarum militiae documentum dedit, siquidem resistentibus oppidanis, cum summa ui utrimque decerneretur, primus cum suis dirupta murorum parte, in qua ipse proeliabatur, urbem inrupit eamque cepit. nec tamen hic finis laboris 2 adiumentique, sed etiam cum introrsum exercitus pergeret, et circa eam quae appellatur Oniae regio Iudae Aegyptii uellent resistere, quo intercluderent iter, rursus Antipater non solum remouit proelium sed etiam ad exercitum iuuandum, quae necessaria forent usui humanitatis, ab ipsis qui arma contra parauerant ministrari effecit. unde Memphitae

XXIII § 1 cf. BI. I 185—186 § 2 cf. BI. I 187 XXIV § 1 cf. BI. I 187—189 § 2 cf. BI. I 190—192

ex *C,Vm2* caritiores (*exp.* ti) M^2 3 pergaminus *HZ* pergamenis *Aa.c.* mithridates *HBV* mitradates *A* duxerat *Ba.c.* 4 urbem $M^2a.r.$ asscalone (as *in ras. m3*) M^2 5 desperato (o *ex* a *uel* u *m3*) M^2 desperatoque *BZ* se iam *se B* iam se *HCV,Bp.r.* se *s. l. m3 A* 7 primum *A* 9 in] et M^2 10 ipsius] et *add.* M^2 Ptol.] pomeuum *α* pompeium *Vp.c.m2* habitabat *A* iambliccum *B* iampublicum *Ap.c.m3* 11 quorum alterum *α* fretis *C* 12 accensi sunt ad bell. *A* 13 fretis M^2 mitridatis $M^2a.c.m3$ mithridates *BV* pilus. $M^2a.c.m3$ 14 est *om. HCV, s. l. B* loco *B* 16 oppidaneis $M^2H\alpha V$ decertaretur *α,Vp.c.m2* 17 dirupta *om.* M^2 18 eamque] ui *add α,Vm2* 19 introrsus *αV* 20 appellabatur *α* ohiae *H* iudeae *BV,Cp.c.* iudeis *Z* aegypti *C* 22 proelio $M^2a.c.m3$ 23 usus *α,Vp.c.m2* 24 contra arma *H* efficet $M^2a.c.m3$ fecit *Z* unde (u *in ras. m3*) M^2 memfit. M^2BZ memphyt. *α*

quoque animos a proelio reuocauerunt et se Mitridatis societati uolentes dedere. qui praetergressus suspectiora, cum reliquis Aegyptiis conserendum ratus, liberioribus quidem locis sed ualidioribus uiris regionis ipsius, cuius incolatus Iudaeorum exercitus appellabatur, strenue decertauit adeo ut praerupto sese periculo daret ac paene extinctus foret, nisi Antipater uidens totum in quo Mitridates erat dextrum cornu ab hoste urgueri, et alia quoque parte includi flumine, nec ullum effugium uiris, inruisset a cornu sinistro super eos qui Mitridatem cedentem persequebantur; quos eo usque insectatus est, donec omnis hostium populus extingueretur. eo proelio LXXX solos Antipater uiros de suis amisit, supra octingentos Mitridates, ita ut ipse praeter spem euaserit. atque haec uno momento clades secuta. Antipater multis uulneribus corpore exceptis egregium uirtutis suae testimonium apud Caesarem inuenit, Mitridate praesertim non solum suae absolutionis interprete sed etiam fortitudinis praedicatore. quibus egregie Caesar delectatus in honore Antipatrum, ut oportebat, inter amicos recepit. deinde ubi ea quae in Aegypto constituenda forent disposuit atque in Syriam processit, Romanae eum rei publicae honoribus adfectat, ateliam quoque contulit ceteraque ut probato sibi uiro gratiae suae pignora impertiuit. Hyrcano etiam summum sacerdotium de sententia Antipatri uolens firmauit.

XXV. Antigonus quoque in Syria Caesari occurrit, et quem uel patris deflere aerumnam conuenerat, ueneno per

XXIV § 3 cf. BI. I 193—194, AI. XIV 137 XXV § 1 cf. BI. I 195—196

1 mitridates (-is *m3*) M^2 mithraditis *H* mithridatis *B* mitridati *α* 6 daret periculo *Z* periculo *s. l. m2 C* 7 mitridatis M^2 mithridatis *H* mithridates *B* dexterum *HZ* dextra *Vp.c.m2* 8 cornu a cohorte *BZ*, *Va.c.m2* et] ex *HBZV*, *om. α* cl*udi M^2 9 uiris] *add.* nisi *α* 10 eos M^2*a.r.* 11 est] sit *α*, *Vp.c.m2* 12 octomilia *Aa.c.* supra] *add.* dictus *Z* super *V* 13 midridates M^2 17 interpretem *α* 18 praedictarem M^2praedicatorem M^2*p.c.m3*,*α* honorem *BZ*, *Va.c.m2* 19 antipater M^2 antipatrem *A* ut] quo *α*, *Vp.c.m2* 21 adfecit (*del.*; *s. l.* praefecit) *B*, *ZαV* 22 teltam (te *in ras. m3*) M^2 eliam *H* talentum (*in mg.* Al. athelium) *B* tanta *Z* ad italiam *α*, *Vm2 in ras.* 23 pignera *Bp.c.*, *A* 24 antipatris *Zα*, *Vp.c.m2* 25 caesaria occupauit *Va.c.* 26 delere M^2

amicos Pompei interfecti, uel supplicium germani, quem Scipio summa crudelitate tamquam reum securi percusserat, inuidiae magis quam doloris partes exsequebatur, ut Hyrcanum et Antipatrum incubare alienis, quae sibi et fratribus suis per scelus erepta forent, questu grauissimo coaceruaret, extorrem se factum habitationis paternae, terram in qua sit natus negari sibi, tamen suas iniurias tolerabiliores uideri, multo acerbiores illas quibus tota gens populi Iudaeorum ab Hyrcano et Antipatro afficeretur. eosque de bene gestis in Aegypto rebus uindicare gratiam, cum illud Mitridatis iuuandi munus non ex insita in Caesarem beniuolentia sedulitas ulla detulerit, sed ex Pompeianae conscientia societatis formido extorserit, ut esset offensioni obtentui. aduersus ea Antipater non uerborum referens uicem sed 2 rerum adsertionem scidit uestem et nudus indumentorum, plenus uulnerum diloricato amictu offerens oculis circumstantium spectatae indicia uirtutis: 'en' inquit, 'maliuolentiae meae in Caesarem testimonia defendant reum, quae tamquam lumina animi micant. has ego cicatrices tibi, Caesar, uoluntatis internae obsides tribuo, haec ego fidei meae depono pignora et inscriptos cordis apices gero. si ciuibus non creditur, hostes interrogentur pro quo uulnera illa susceperim. quid in me aliud nisi fidem quam tibi deferrem persequebantur? at obiectat mihi Pompei gratiam; fateor, Caesar, me non homini sed nomini Romano amicum fuisse idque studuisse egregie, ut uestrae rei publicae mea officia

XXV § 2 cf. BI. I 197—198

21 cf. Rom. 2, 15

2 percusserit α,*Vp.c.m2* 3 inuidiam M^2 sequebatur *A* 4 inculcare (*alt.* c *s. l.*) *A* siuis M^2*a.c.m3* 5 quaestu α coacerb. M^2*HZV,B a.c.* coaceruabat α,*Vp.c.m2*, *add.* et M^2, (*s. l.*) *B* 11 sita *H*, *B a.c.* 12 sed utilitas (*exp.* ti) detul. ulla et pomp. consocietatis *A* conscientiae *V* 13 offensionis *B* obtentus M^2*BZ* 16 uulneribus *H* luricato M^2 dilubricato *H* amicto M^2*a.c.m3*,*A a.c.* off.] ostendit α, *Vp.c.m2* 17 maleuolentiae M^2*a.c.m3* 20 ergo M^2*a.r.* fide M^2*a.c.* 21 scribtos *C* scriptos *A*, *Vp.c.m2* cordi *editt* si ui uicibus M^2*a.c.m3*,*H* si his uulneribus uel ciuibus *B* 22 hostis α interrogetur α rogentur *H* 23 susciperim M^2*AV* susciperem *Z* 24 obiectu *Cm2 in ras.* obiectam *A* 25 non] *add.* ob *exp. A*

impenderentur. militaui itaque non uni sed omnibus; fuerit mihi carus Pompeius, sed ante mihi ille coepit amicus esse quam Caesari esset inimicus. tuus ille gener erat et tu socer illius. cum esset in partibus Iudaeae, iuui ut Romanum imperatorem, non tamen ea pro illo quae pro te excepi uulnera. tibi impendi uades mortis et ictus telorum hostilium. quid mirum autem, si captiuus uulnerum decus nescit et fugitiuus fides quid sit ignorat? quid autem perpetuus hostis obiciat mihi nisi uestram amicitiam? mirum sane uidetur quod accusatum quemquam Romanos adeat Antigonus, quos bello soleat incessere, atque apud eos exutum se imperio queratur, cuius usum ac negotium non ad sui potentiam nec ad insigne domesticum sed ad lacessenda arma Romana et ulciscenda patris germanique exitia desiderauerit; ingratus salutis, tribunal Romanum non timeat sed audeat ultro incessere, cum sciat istic rebellionis suae con-
3 sortem poenas luisse'. ubi Antipater finem dicendi fecit, Caesar pronuntiat dignum magis sacerdotio Hyrcanum uideri, Antipatro autem detulit potestatis electionem. tum ille eundem arbitrum honoris et moderatorem expetens atque in eo qui honorem daret ponens mensuram honoris, astute satis et uerecundiae decus rettulit et incrementum potentiae. totius enim Iudaeae procurator factus est. sane poposcit, ut muros Iudaeae qui bello diruti fuerant exaedificaret, tantumque negotium datae fidei securus et postulauit et impetrauit. eaque, ut moris erat Romanis imperatoribus, arbitrio Caesaris in Capitolio scripta sunt, quae insignia honoris Antipatro conferenda Caesar aestimauisset, ut et suae iustitiae et meritorum uiri posteritatis quoque
4 cognitioni indicia extarent. prosecutus autem Caesarem

XXV § 3 cf. BI. I 199—200 § 4 cf. BI. I 201—204

2 pompegius *M²* esset *s. l. m3 A* 4 iudae *Ca.c.* 5 excepi *mg. m3 A* 6 telorum] *add.* excepi *M²HBZV* 14 desiderauit *M²a.c.m2* 15 saluti *M²ZC* 15 sed] *add.* etiam *HBZV* 16 stic *HC* 21 eum *Z* 22 uerecunde *HB* detulit *M²* tulit *B* 24 dirupti *α* reaedificaret *Bp.c.,Z* 25 et *om. Z,α* expostulauit *Zα* 26 imperauit *M²a.c.m3* ea quae *M²C,Aa.c.* erat] est *H* 27 sint *Cp.c.* 29 ut *s. l. Hpr.* et *om. Z* 30 condicioni (*eras.* bus) *M²,Z*

Antipater ex Syria in Iudaeam flexit iter et primo quem Pompeius destruxerat murum in ueterem statum reformauit. deinde tumultus repressit conueniens singulos affectu parentis, nunc mollioribus monitis, nunc minis ut quae pacis essent potius quam belli sequenda arbitrarentur neue exasperarent animum regis, qui si inoffensus maneret, ciuem praestaret, si commoueretur, tyrannum exhiberet. etsi mitis esset natura Hyrcanus, cauerent tamen ne eum contumelia exacerbarent; sibi quoque studium esse ut in medium consuleret pro sollicitudine pia, non pro potestate, sed si nouare aliqua temtarent, uindicandi animum sibi non defuturum. Romanorumque amicitiam potius quam dominationem experirentur. cui enim dubium fore ex amicis in arma erupturos, si eum cui regnum ipsi firmauerant cognouissent regno exutum? simul quia lenitudine ingenii tardiorem Hyrcanum nouerat ad exsequendas publicorum munerum necessitates, filiis suis diuidendam tuendae regionis curam putauit, quod ille inpar tantae moli imperioque esset. Phasaelum itaque seniorem ex liberis praesulem Hierosolymis et ducem militiae constituit. Herodem quoque minorem natu atque admodum adulescentem pari honore Galilaeae praefecit. qui ubi potestatem adeptus est, natura acrior ad obeunda negotia statim ingenio suo materiam inuenit.

XXVI. Laborabat enim Syria Ezechiae latronis incursionibus, quibus ille praedatoriae manus princeps totam infestabat prouinciam atque omnibus locis infensus aderat. quem correptum iugulari iussit multosque praedonum

XXVI § 1 cf. BI. I 204—207

6 inoffensum M^2*a.c.m3,H* 8 natura *s. l. m3* M^2 hyrcanum M^2*a.c.m3* nec (c *in ras.*) *C* contumeliam M^2*a.r.* 9 exaceruarent *C* 10 *alt.* pro *om. Z* 11 uind.] *add.* aliquid *eras.* M^2 sibi animum *B* 13 foret (t *in ras. m3*) M^2,*BZ*α,*Vp.c.m2* 14 ipsi *om.* M^2, *s. l. B* 15 lenitate (*s. l* lenitudine) *B* lentitudine α*V* tardiore M^2 17 filiis suis *om.* M^2 re**gionis *B* 19 phaselum M^2*p.c.m3* faselum *HZ*α*V* fase*lum *B* praesolem M^2*a.c.m3* 21 natum M^2 parili *Cp.c.* galile M^2 galilae *C* 22 ubi] ut *H* 25 etzechiae M^2*a.r.* ezaecie *H* ezetiae *Va.c.m2* incursibus α 26 manui *B* 27 infestus (*s. l* infensus) *B* erat *B*

interemit. quod et maximam uirtutis gloriam peperit et uberem apud Syros gratiam. unde in urbibus ac uicis canentium uocibus celebrabatur, quasi qui pacem et quietem publicam multo post tempore reformauisset. excitabat hic sermo secundo plebis rumore aemulationem piam laudis fraternae, ut Phasaelus iuniorem natu, quem adaequare uirtute non poterat, adaequaret mentis benignitate, adlectis in primorum locum beniuolentia praestantioribus, qui seueritatem temperarent gratia. unde maximus honos Antipatro quasi parenti publico deferebatur, ipse tamen nihil de beniuolentia ac fide mutauit, qua obseruare Hyrcanum solitus
2 erat. sed difficile est in prosperis inuidia carere. denique primo tacitus Hyrcanus ad iuuenum laudes uellicabatur, uehementius tamen eum quae praeclare gesta in Herodis operibus ferebantur exasperabant, quem ultra leges Iudaeorum et priuati modum progressum uidebat, ut omnem sibi cum fratre ac patre uindicaret potentiam regemque exuerent omni honore, cui nihil praeter nomen resedisset, quod uacuum potestatis inanem speciem praeferret. denique in-
consulto eo plurimos neci datos ac sine mandatis regalibus interfectos, quos lex patrum perire non sineret. unde oportere Herodem in causam uocari plerique aiebant, ut rationem daret, qua gratia uiolauerit legem, quae inauditos uetaret exitio dari; debere adsurgere Hyrcanum uel hinc experiri, utrum regem an priuatum sese Herodes gerat. qui uocatus in iudicium nisi adesset, manifestum fore quo tanta
3 eius insolentia adspirauisset. his atque huiusmodi regiorum

XXVI § 2 cf. BI. I 208–209 § 3 cf. BI. I 210—211 (205)

1 pepererit *Ca.c.* 2 unde *om.* M^2 3 qui quasi *B* 4 formaret M^2 formauisset *A* 5 secundum *Bp.c.* rumorem *B* 6 fasel. M^2HZAV fase*lus *B* phaselus *C; scripturarum inconstantiam non amplius adnotabo* uirtutum $M^2a.c.m3$ 8 seuera (*s. l* seueritatem) *B* 9 unde] et *add. B* unus *H* honor *BZAV* 10 beniuolentiae fide M^2 13 bellicabatur *HB* uilicabat (*s.* bellicabatur) *Z* 16 uidebant *BZαV* 17 uindicare *Ca.c.m2* 18 resederat *α* quo M^2 21 quod M^2,*Ca.c.m2* siniret $M^2a.c.m3$ oporteret M^2 22 causa *ZV* plerique aiebant *om. α* adiebant $M^2a.r.$ agebantur *H* agebant *Va.c.m2* 24 deberet $M^2a.r.$ hic *Hα,Vp.c.m2* 26 iudicio M^2 quod M^2 qua *H* 27 hisque huiusm. *H* eiusmodi (eius *s. l. m2*) *C,A*

satellitum sermonibus Hyrcanus per inuidiam paulatim accendebatur, qui propiorem ignauiae pudorem increpitabant, quod regalium negotiorum iure decesserit, transfusa in Antipatrum et liberos eius potestate, quos dominos constituerit licentia sibi regnandi inminuta. quibus excitus statuit Herodem iudicio suo non defore, purgaturum quae aduersum legem usurpata obiectarentur. Herodes tamenetsi in iudicium se uocatum indignaretur, tamen uel patris monitis uel consilio placidiore aduentabat praeoccupatis Galilaeae munitionibus, sed tamen neque inuidioso agmine ut bellum minari uideretur, nec iterum intuto praesidio ut salutem proderet. fultus quoque Sexti Caesaris erat adspirante sibi gratia, qui metuens ne quid iuueni insidiarum inrogaretur praescripserat Hyrcano mandatis seuerioribus, a iudicii grauioris periculo temperandum putaret. unde magis absolutionem iudicii Sexto detulit quam uoluntati, quamuis Hyrcanus, etsi insimulantibus cesserat ut eum in causam uocaret, uolens tamen absoluerit, quoniam seruare Herodem quam persequi malebat. sed ille iuuenili calore iniuriam 4
dolens, absolutionis ingratus perrexit ad Sextum proposito studio, ut si iterum uocaretur non oboediret, deditque obtrectantibus insimulandi locum. quamuis Hyrcanus non adsurgeret ad ultionem, cum uideret superiorem, recordatione tamen iniuriae, quae retractando alitur, excitus Herodes congregato exercitu petebat Hierosolyma, ut solueret omnem Hyrcani potestatem, ac paene effecerat, nisi a fratre infractus et patre impetus eius consenuisset rogantibus, ut insurrexisse satis putaret et minitatione uindictae modum poneret, abstineret tamen ab imperatoris exitio, sub quo non

XXVI § 4 cf. BI. I 212, 214—215

2 propriorem *BV,Cp.c.m2* propriore (*exp. alt.* r) *A* pudore *HA* 3 regaliorum $M^2a.c.m3$ discessere *H* 4 liberos] filios *B* 5 heroden *C* 7 leges *HBZα,Vp.c.m2* 8 indigna∗retur M^2 12 perderet *Z* 14 serioribus M^2H senior. (*s. l* serioribus) *B* sermonibus *Z* ut *ante* a *et* se *s. l. post* a *add. B* 16 iudiciis *α* 17 stimulantibus *Z* cesserit *Z* 18 tamen] tum *V* absolueret *H* heroden $M^2a.c.m3$ 19 mallebat *C,BAa.c.* iuuenali *HBαV* 23 ultionis $M^2a.c.m3$ recordationem $M^2a.r.$,*CV,Aa.c.m2* 24 tractando *Z* excitatus $M^2a.r.$ 28 minationem M^3 ministrationis *H* 29 imponeret *A* tamen *om. H*

mediocrem adsecutus foret gratiam, ut tantam potestatem adipisceretur. laesum quidem uideri quod in iudicium uocatus sit, sed rursus affectum gratia quod absolutus. durum nimis si iniuriam persequatur et pro salute ingratus sit. dubium deinde ancipitemque esse bellorum euentum, grauem quoque inuidiae sarcinam, cum imperatori suo arma inferat et ei, qui paterno eum affectu fouerit, saepius iuuerit, numquam laeserit, nisi cum malis consiliariis usus umbram ei excitauerit iniquitatis, qua se laesum arbitraretur.

XXVII. His et talibus fregere iuuenilem impetum bellumque intestinum a Iudaea remotum, sed Romanorum internecioni transfusum atque in eos uersum, siquidem a Caecilio Basso Sextus Caesar dolo interemtus sit, et postea Iulius Caesar triennio et septem mensibus potestate functus perpetua, quia priuati habitum supergressus fuerat, in senatu graues poenas dedit Cassio Brutoque auctoribus. unde congregatis uiribus cum ultu ire Iulius adoptiuus patris exitium adiuncto sibi Antonio destinauisset, quia maximam belli partem missis auxiliis Herodes iuuisse aestimaretur, totius Syriae eidem regendae mandata sollicitudo. quae res Antipatro causa letalis exitii fuit.

XXVIII. Timens enim Malichus Antipatri potentiam, quae uirtute Herodis cumulabatur, corrupto uno de regalibus ministeriis Antipatro uenenum parauit. quo epoto post conuiuium statim moritur Antipater inpigro in ceteris ingenio et maxime quaerendo stabiliendoque Hyrcani imperio
2 uir strenuus. tulit grauiter Herodes obitum patris commo-

XXVII cf. BI. I 215—216, 218, 225—226 XXVIII § 1 cf. BI. I 226 § 2 cf. BI. I 227—228, 233

1 ads.] adeptus α 2 adipiscerentur *B* 3 rursum *B* 4 si *s. l. M²* si iniuriam *exesa rescripsit m. rec. C* 7 eum] cum *M²a.c.m3* pater *Aa c.m3* 10 frigere *M²a.c.m3* iuuenalem *HαV,Ba.c.* 11 sed] *add.* in *s. l. B* internecione *M²H* internicione *Zα* internecionem (e *alt. ex* i) *B* 12 cec. *M²* 13 Sext.] VI *M²* dolo *s. l. m3 A* sit (*s. l* est) *Z* 16 grauis *M²a.c.m3* 17 ultum *M²HBZV* ultus α irae *M²* iri *Bp.c.* filius *ante* Iulius *add. B* 18 distin. *M²a.c.m3* 21 causa *Cm2 in ras.* 22 mallicus *A* antipatris α,*Vp.c.m2* potentia *M²a.c.m3* 24 ministris *M²p.r.,BZ* antipatrum *M²a.c.m3* poto *Z,Ap.c.,Va.c.m2* potato *B,Aa.c.* post] *om.* α inter (*s. l.*) *A* 26 -que *om. A*

toque exercitu ultorem pollicebatur, sed fraterno consilio reuocatus, ne bello intestino Iudaea inter Herodem et Malichum uexaretur, parato ad repugnandum et maxime dissimulante Malicho quod necis Antipatris conscius foret, in aliud genus ultionis facile traductus est, ut satisfactione accepta, quod nulla fraude Malichi Antipater obisset, Hyrcanum ac Malichum Herodes ad cenam uocaret. et de 3
sententia Cassi, qui etiam suis id negotii mandauerat ad obeundam ultionem directis, parati centuriones praepositique Romani exercitus uenientibus Hyrcano simul ac Malicho occurrere in litore atque euaginatis gladiis utrumque eorum circumstetere; solum tamen Malichum multis uulneribus confossum ac laniatum supremo exitio trucidauerunt. consternatus eo terrore Hyrcanus sensum amisit atque omni solutus uigore mentis et corporis corruit; paulisper tamen ubi sese recepit, interrogato Herode quis praecepisset Malichum occidi, ubi cognouit ex praepositis Cassi Romani imperatoris iussu necatum, ilico respondit: 'Cassius ergo et mihi et patriae meae saluti fuit, qui utriusque insidiatorem peremit'. sed hoc siue pro metu dixerit siue ita senserit Hyrcanus, haut liquido patet neque nostro iudicio definiri potest. insurrexerat Elichus, qui fraterna necessitudine Ma- 4
lichi mortem cuperet ulcisci, sed quia Herodem lacessere non audebat, fratrem ipsius Phasaelum pulsandum arbitrabatur. quo cognito Herodes mouere se cupiens retentus est corporis infirmitate. Elichus interea munitiones quasdam et praecipue Masadam inpositis praesidiis occupauerat. sed 5
ubi Herodi refusus salutis uigor, recepit omnia ipsumque Elichum de munitione Masada obsecrantem dimisit. interpellauerat eius potentiam Antigonus Aristoboli adminicu-

XXVIII § 3 cf. BI. I 233—235 § 4 cf. BI. I 236—237 § 5 cf. BI. I 238—241

1 paterno α 2 reuocatur *H* 4 antipatri *HBZ,Va.c.m2* 5 facere M^2 est *om. H* 8 cassii *HBZ*α negutii M^2 9 centor. M^2 17 praepositi *HC* cassi *om.* M^2 cassii *HBZ*α *V* 20 sed—ulcisci *mg. suppl. B* asserit *Ca.c.* assenserit *Cp.c.m2A* 21 aut M^2 22 elicus *HBZV ut infra* 23 sed —hospitalitatis (*p. 47 l. 7*) *om. in chartula suppl.* B^2 28 recepta HB^2Z, *Va.c.m2* 29 helichum *C* Mas.(madasam *H*)] *add.* herodis(es) M^2HB^2ZV

lante sibi Ptolomaeo socero, quos Herodes proelio fudit et eiecto Antigono Hierosolyma uictor reuertit. magna gratia etiam recentis triumphi et praecipue nouae coniunctionis. nam primo Dosis ei coniunx adhaeserat, ex qua Antipatrum suscepit filium; postea Mariammen Alexandro Aristoboli filio genitam secundis sibi nuptiis copulauerat, Hyrcano
6 proximam atque ob ea regali praeditam nobilitate. nec tamen inuidiam euasit, quod regnum praereptum ire Hyrcano adfectauerit. nam ubi bello Machedonico Caesar atque Antonius Cassium Brutosque oppressere uictoresque alter in Italiam regredi maturauit, alter in Syriam properandum credidit, legationibus plurimis adfluentibus conuenere ad Antonium Iudaeorum quique potiores atque in Bithyniam processere accusantes Herodem fratremque eius Phasaelum, eo quod ipsi uiolenter inuasa rerum omnium potestate nomen solum Hyrcano ad speciem honoris dereliquissent. sed praesentia Herodis praeualuit et gratia, qui non mediocri pecunia sed muneribus opimis Antoni sibi animum deuinxerat. unde ne sermone quidem ullo praestrictus ab Antonio
7 euacuauit inuidiam aduersum se directae legationis. iterum centum fere uiri Iudaeorum Antiochiam adusque non minore spiritu accusatum profecti apud Daphnen offendere Antonium, iam totum Cleopatrae amoribus deditum atque eius libidini deseruientem, ibique arguere coeperunt intolerabilem fratrum potestatem. Messala contra refellebat adsistente Hyrcano et insolentiam gentis redarguebat, quae factione paucorum excitata suos detrectaret, alienos quaereret

XXVIII § 6 cf. BI. I 242 § 7 cf. BI. I 243—244

1 sibi] *add.* populo $M^2a.r.$ 2 hierusolima M^2 3 noua H 4 coniux CV 5 suscipit $M^2a.c\,m3$ mariamen H 8 euasit] ut *add.* $\alpha,Vm2$ praeruptum M^2 praeceptum B^e iri Z hyrcano *om.* B^e hyrcanum M^e 9 macedonico M^2B^eZ macedonio HA 10 brutum quam B^e 13 bythiniam M^2V bithiniam HB^eZ byttiniam A, *in C legi non potest* 15 inuasere B^eZ potestate—sed *mg. suppl.* M^2m2 potestatem $M^2p.c.m3,Ha.c.$, B^eZ 16 ad] ac Z 17 praeualuit] *uerba* potestate—sed *hic inserta eras.* M^2 18 antonii $M^2p.c.m3,HB^eZ\alpha V$ 19 perstrictus $B^e\alpha,Vp.c.m2$ 21 non min. *om.* M^2 22 dafnen $HZ\alpha V$ dagnem M^2 dafnem B^e 23 moribus $M^2a.c.m2,Aa.c.m3$ 24 seruientem $M^2p.r.,H$ 25 miss. $M^2a.c.m3$ adsistentem V

Hyrcanique iniuriam praetexeret,cum Hyrcanus quod ciuibus esset adcommodum praeoptauisset. cognitis itaque allegationibus partium interrogauit Hyrcanum Antonius, quos aptius praeesse arbitraretur. cuius affectu secundum Herodem ac fratrem eius conueniente, cum uoluntati suae responsa congruerent, delectatus admodum, quod erat fratribus paternae hospitalitatis copulatus necessitudine, quando cum Gabinio aduenientem in Iudaeam gratissime satis Antipater hospitio recepit multisque percoluit officiis, Herodem et Phasaelum tetrarchas ordinauit totiusque Iudaeae procurationem agere praecepit. hinc quoque multi- 8
plicatus est numerus conquerentium; nam etsi alios legatorum custodia receperat, alios adfecerat contumelia, mille tamen postea legati, ad Antonium Tyro in urbe degentem facta in Hierosolymis seditione pergere praecepti, uoluntati ciuium non defuere. et quamuis grauiter esset in reclamantes uindicatum, rursus tamen perstrepere ausis missus ab Antonio Tyriorum praeses, qui corriperet insolentiae reos, cum tam ipse quam etiam Herodes atque Hyrcanus quaererent, ne sibi grauissima supplicia patriaeque perturbationes et causas bellorum gignerent. ubi nihil profec- 9
tum sed inrationabili contentionę misceri omnia coepere, direxit armatos Antonius, a quibus alii caesi, plerique grauiter saucii, ab Hyrcano tamen aut sepulturae mortui aut medicinae qui potuerant euadere gratiam adepti, geminae humanitatis occasionem dedere, qua eius in ciues beniuolentia manifestaretur. ceteri quoque qui effugerant ita urbem exagitando exasperauerunt Antonium, ut etiam in eos quos uinctos tenebat suprema supplicia mandaret.

XXVIII § 8 cf. BI. I 245—246 § 9 cf. BI. I 246—247

2 adcommodatum *B²a.r.,Z* 3 antonium *Ca.c.m2* 4 affectum *αV* 5 conuenientem *αV* 7 fraternae *M²* 8 cum] eum *H* eum cum *BZ* gauinio *M²HZ,Bp.c.m2* aduenientem *HZ* iudea *H* grauissime *M²* 10 tetharcas (h *m3*) *M²* thetrarchas *C* tetrharchas *A* iudae *M²* 12 conquir. *M²B* conquaer. *C* 13 mille] ille *M²* illi *Bα,Vp.c.m2* 16 defuerunt *BZCV* clamantes *Ca.c.m2* 17 praestrepere *H* ausi sunt *Z* 18 syrorum *M²* 19 tamen *C* 20 quaesierint *Z* 22 miseri *M²a.c.m3* coeperunt *α,Vp.c.m2* 24 sauciati *Bα,Vp.c.m2* 25 potuerunt *Bα* germanae *M²* 26 humilitatis *Z* 28 iam *H* 29 uictores *H*

XXIX. Cesserat acerbitati insolentia, sed decurso fere biennio infuderat se Syriae Parthorum exercitus Pacoro regis filio et Barzafrane Persarum satrape barbarum agmen ductantibus. quibus stimulator accessit Lysanias Ptolomaei filius. defuncto patre cui cognomentum Menneo fuit, exutus iam potestate, per memoratum satrapen sollicitauit Pacorum promissis mille argenti talentis et quingentis mulieribus, ut Antigono regnum daret, Hyrcani solueret sacerdotium. Pacorus ministro regio partem equitatus dedit, quoniam ipse rebellionibus intra Syriam detinebatur, ut in Iudaeam transiret atque Antigono rem gereret, studium eius iuuaret.
2 sed hoc quoque parum processerat, nisi confligentibus aduersum se Iudaeis, Herode ac Phasaelo et contra Antigono ducibus, de sententia Antigoni propositum foret, ut Pacorum conciliatorem pacis reciperent. quod Phasaelus ingenii facilitate, obnitente Herode, probatum in tempore, mox sibi perniciosum expertus, cognouit natura barbaros esse in-
3 fideles. nam missus ad Barzafranen quasi pacis exsecutorem et cum Hyrcano profectus occurrit satrapae astute satis uelanti insidias specie benignitatis. denique profecturis munera dabat et quemadmodum circumuenirentur dispositionibus suis constituebat. prosequebantur eos custodiae magis causa quam socii periculorum. deferebantur nuntii quod mille talentis Parthus redemtus foret ad exi-
4 tium memoratorum. Ofellius quoque fugam suadebat, quod a Saramalla Syrorum ditissimo factionem eis paratam cognouerat. sed ne sic quidem adductus est Phasaelus relicto Hyrcano sibi consulere, uerum adorsus est satrapen graui-

XXIX § 1 cf. BI. I 248—250 § 2 cf. BI. I 254—255 § 3 cf. BI. I 255—257 (248) § 4 cf. BI. I 259—260

1 decursu M^2A *a.c.m3* 2 infunderat M^2 *a.r.* se *om. H, add mg. C* sese M^2 *p.c.m3* pagoro M^2 parcoro *HB* pachoro *semper* α 3 barzafrene (*pr.* r *s. l.*) *A* 4 lisamias (*pr* a *ex corr. m2*) M^2 lysaonias *ZV* lysamas *A* 5 cui *om.* M^2 cognomento M^2 Menneo] neo α, *Vp.r.* 6 satrapem *H* 8 daret regnum *B* hircanis M^2 *a.r.* 9 pacosaus M^2 *a.c.m3* 10 intra] in *H, V a.c.m2* 13 ac *om.* M^2 18 a barzafranen *H* α paucis *C a.c.* executor esset *Z* exsecutor α, *Vp.r.* 22 magis custodiae α, *Vp c.m2* 24 partus (u *in ras. m3*) M^2 25 osellius M^2 offellius *HA* 26 saramala *C* saram mala *A* 27 nec M^2HZA, *V a.c.* 28 satrapam *B*

bus contumeliis, quod pretio fidem proderet plurisque pecuniam quam aequitatem duceret, amplius pro salute sese dare quam Antigonus pro regno adnumeraret. sed Persa fidem quam prodiderat periurio conciliare sibi nisus et suspicionem depellere haut multo post dolum patrauit. nam eo profecto ad Pacorum, quibus id negotii dederant, Phasaelum et Hyrcanum corripiunt exsecrationibus, quando aliud iam facere nequibant, ultu ire cupientes barbarorum periuria et perfidiam proditionis. nec minus uini minister missus in Iudaeam dolis praetenderat ut caperet Herodem, sed illum iam dudum suspicantem insidias barbarorum grauis ad cauendum cura exercebat, seseque intra munitiones tenebat. nec simulatis a Pacoro mandatis, quibus de Phasaelo eiusque insolentia fratrem conueniret, muros egredi et alloquiis hostium sese committendum putauit. cognitoque fratrem et 6
Hyrcanum teneri, noctu in Idumaeam suos praemisit atque ipse cum seruulis insequentes barbaros fudit. multisque caesis in Masadam sese properato contulit, grauiores tamen Parthis expertus Iudaeos, qui fugienti incubuerant, et suos quidem intra munitiones conposuit ultus sese de insequentibus. ipse autem relictis praesidiis, quae matri et fratribus iunioribus praesidio forent, in Arabicam Petram contendit. infudere se Persae Hierosolymis inruentes in fugientium 7
domos. uersa omnia in rapinas bellum tumultus, eoque iniuria processit, ut regnum Antigono traderetur, Phasaelus quoque et Hyrcanus in potestate eius ad subeunda quae

XXIX § 5 cf. BI. I 261 § 6 cf. BI. I 262—267 § 7 cf. BI. I 268—271

12 cf. Sall. Hist. I 84 M.

1 pretio quod *Aa.c.m3* perdiderit *Z* pluresque M^2 3 sed] et M^2 4 quam] quae ut M^2 peiu. *Ca.c.m2, ut l. 8* 4 suspic.] *add.* omnem *HBZCV* 5 depelleret M^2A 6 perfecto M^2V dederat *Ca.c.* 8 fac. al. *Ca.c.* iam *s. l.* α ultum M^2*p.c.m3,Z*α*V* iri *Z* 10 praetenderet α 11 suspectantem M^2*p.c.m3,HBZ*α*V* 12 intra *om. Z* munitione *Z* 14 insolentiam M^2C insolentia*—infunderentur (*cf. p. 50 l. 13*) *in chartula addita praebet* B^2 15 -que *suppl. m3*M^2 16 idume. *codd. praeter C* 18 masedam $M^2\alpha$ massadam *V* 19 expertos M^2 22 iunioribus *s. l. Z* arabiacam *H* arabiam B^2 23 infundere B^2C Persae] per α,*Vp.r.* hierosolimam *A* 26 potestatem M^2*p.c.m3HB*^{2}*ZAV*, (l tes *s. l. m2*) *C* sustinenda M^2 *in ras. m3*

libitum foret consignarentur. ille autem tenere sese diutius nequiuit, sed continuo in Hyrcanum facto impetu aures eius dentibus suis abscidit, ne quando ulla rerum conuersione recursus ei pateret ad sacerdotium. summum enim sacerdotem immutilatum esse oportet, nec licere per legem liquet, ut mutilato corpore quisquam summo fungatur munere
8 sacerdotii. Phasaelus adscitae sibi mortis celeritate contumeliam praeuertit, inliso capite saxis quae forte occurrerant, dedignatus seruari ad ludibria uel iussu alieno mori, qui posset uinctus licet manibus et ferro negato exitum uitae inuenire. fuit tamen etiam alius de eo sermo huiusce modi, quod saucio Antigonus medicum adhibuerit, quo uenena uulneri tamquam medicamenta infunderentur. quilibet horum exitus principium habuit spiritus ferociores. addidisse alligatur in ultimis suis cum iam exhalaret spiritum, cognito quod Herodes uiueret et fuga paratas insidias euaserit, cum gratia sese obire, qui superstitem relinqueret, qui
9 sibi ultionem referret. Herodes autem properauit in Arabiam sperans se accepturum pecuniam, qua sola barbaricam inclinare posse crederet auaritiam, ut fratris redimeret captiuitatem ac si uel Arabem paternae inmemorem dilectionis uel referendis muneribus tenaciorem offenderet, aes mutuum posceret pretium redemtionis, pro quo oppignoraret redimendi filium, quem ad hos usus septennem puerum secum deduxerat. sed praeuentum est piae studium germani-

XXIX § 8 cf. BI. I 271—272 § 9 cf. BI. I 274—276

10 cf. Sall. Cat. 55, 6

2 hircano $M^2a.c.m3$ hyrcano $Ca.c.m2,A$ 3 rerum] iterum M^2 4 ad *suppl. mg. m2* M^2 5 immut.] incontaminatum mul*atum (ti *s.* *) H 6 multilato M^2H summo *s. l. m2* V fungeretur $Ca.c.,A$ 8 occurrerent B^e 9 dedignatur C iusso $M^2a.c.m3$ 10 uincnctus $M^2a.r.$ uinctis $HBZ\alpha V$ licet uinctis α man. *om.* α necato M^2 necatus A 11 de eo *om.* B^e huius *codd. praeter* M^2 12 quo $Ca.c.$ athiberit $Ca.c.$ a quo α 14 exitus] *add.* fuerit eundem tamen B spiritum etiam ferociore (*exp.* etiam) B ferocioris $M^2p.c.m3,HZCV$ 15 alligatis A alligatus $C,Ap.c.$ 16 parata M^2 17 qui sup.] quia sup. $HBZ\alpha V$ 19 barbarica M^2 20 inclinari $HBZCV,Ap.c.$ credebat A fratris] ff M^2 fratres A redemeret M^2 21 captiuitate $M^2p\,r.$ 23 posceret *add.* ad Z redem. pret. α oppigneraret $HB\alpha$ 24 redimendis M^2 septemnem $M^2\alpha$

tatis morte Phasaeli et in uacuum Herodes tam sedulo fraterni studia muneris exsequebatur. prius tamen quam de morte fratris cognosceret, Bocchum Arabiae regem alienum repperit, quem amicum credebat. nam is fidem cum tempore mutauit et iam adpropinquantem Arabiae finibus Herodem uetuit intrare, composito quod sibi Parthorum nuntiis insinuatum foret, ne profugum suum in regnum Arabiae recipiendum putaret bellique grauissimi causam sibi gigneret. quibus offensus Herodes continuo rettulit, quae iustae commotionis dolor promserat, atque inde in Aegyptum conuertit. mox tamen Bocchum paenituit uiolatae gratiae missisque per quos reuocaretur, Herodes praeuerterat. cui ingresso regiones, quas Rinocori inhabitant, et de fratris interitu et de Hyrcani captiuitate, qui sub uinculis in Parthyenen ductus est, ueris indiciis manifestatum tantumque maeroris adsumtum, quantum depositum sollicitudinum, ut pro bello fugam pararet. denique Alexandriam summo studio contendit, atque ibi cum honore a Cleopatra susceptus, quod tanti nominis uirum ducem militiae suis expetendum partibus arbitraretur. unde posthabitis reginae petitionibus Romam enauigauit, minores procellas hiemis ratus perturbationesque Italiae conpertas, quam quos in Cleopatrae mobilitate grauiores omni naufragio fluctus perhorrescebat. denique inexpectatis uentorum flatibus profectus 11 circa Pamphiliam periculum incidit, sed euasit tamen et mutato nauigio Brundisium prius atque inde Romam peruenit. ibi paternae amicitiae praerogatiua adiit Antonium deploratisque suis et domesticarum aerumnis necessitudinum, quibus in obsidione positis Romam precatum uenit,

XXIX § 10 cf. BI. I 277—279 § 11 cf. BI. I 280—281

2 exequeuatur M^2 3 fratrum M^2 boccum M^2 bochum *A ut infra* 4 reperit *C* 5 heroden M^2*a.c.m3*,*HV* 9 iuste *BC* 10 presserat *del.* (*s. l* promps.) *B* promis. *H*,*Ca.c.*,*A* aegyptom M^2 12 preuertit (*s. l* terat) *B* 13 rinoceri M^2Z rinochori *BαV* 14 parthienen M^2 parthenen *BZC* partyenen *V* parten (*s.* y *m3*) *A* 16 memoris M^2 18 cleupatra M^2 cleoparata *Ha.c.* 20 unde *om.* *α* 21 Roma M^2*a.c.m2* nauigauit *Va.c.m2* 22 proturbationesq. *A* 23 omnia naufragia M^2 24 profectos M^2 25 pamfil. *BZ* phampil. *C* pamfyl. *V* 27 amic. pat. *α* pre rog. (*s.* praemissa gratia dicitur) *Z* 29 positis] *add.* auxilium *exp.* *B* uenit *om.* *V* uenerit M^2*p.c.m3*,

Antonium flexit adsumta ex tanta rerum conuersione misericordia, quia rex dudum potentissimus et qui Romanae rei publicae saepius tulerit opem, repente ut naufragus et rerum omnium egens auxiliique inops quod suis in periculo constitutis suppliciter inploret, exilio sedem mutauerit.

XXX. In quo etsi Antonius hospitalitatis gratia, quae sibi cum patre eius Antipatro fuerat, propense inclinaretur, maximeque quod idem eum tetrarchen faciens regno praedestinatum reliquerat, Caesar tamen beniuolentia naturali effusior et toleratam in Aegypto Antipatri militiam omnibus patris sui Caesaris proeliis et hospitalem coniunctionem tamquam renouatis gratiae pignoribus cariora habebat. suspectabat tamen uersutum ingenium regis, non aequo et bono sed negotiorum suorum utilitatibus praue intentum. senatus adeundi data copia, apud quem Messala et Atratino adstruentibus paterna bene gesta, ipsius quoque Herodis officia erga Romanam rem publicam, patrum auctoritate decretum est utile Romano imperio regnum Herodis uideri, quod adstipulante Antonio bello aduersus Parthos gerendo adiungi Romanis memorati regis societatem conduceret. dimisso senatu Caesar atque Antonius et Herodes pariter egressi curia prosequentibus magistratuum officiis deducuntur, primoque die, quo regnum Herodi senatus consulto delatum foret, Antonius adornat conuiuium regemque
2 inuitat. eodem fere tempore Iosephus frater Herodis aquae inopia fugam in noctem composuerat, sed tanta subito uis pluuiarum terram infudit, ut omnes impleret ductus aqua-

XXX § 1 cf. BI. I 282—285 § 2 cf. BI. I 286—287

4 cf. Verg. Georg. II 511 26 cf. Sall. Hist. I 42 M.

Zα,(mg.)Vm2 uenerat *B* 1 conuersatione *Ca.c.* 2 quia] quod *α,Vp.c.m2* 4 aegens M^2C 5 simpliciter *A* 8 id. eum] idumeae eum *B* idumeam *Z* tetharcen *ZV* thetrarcem *C* tethrarcem (*alt.* h *s.* c) *A* praedist. M^2 10 antipatris *α,Vp.c.m2* 11 ospit. M^2 12 pigneribus *Bα,Vp.c.m2* 15 et atrat. adstruent. *in linea et s. m2 add. cum uacuus esset locus 5 litteris* M^2 17 auctoritate *om.* M^2*a.c.m2* 19 adstip. Ant. *fort. ante* quod *colloces* 20 generando M^2 21 senato M^2*a.c.m3* 23 herodes M^2*a.c.m3*, *Aa.c.* herodis *C,Ap.c.* 24 Antonius *om. Va.c.m2* 25 fere *suppl. m2B* fore M^2C aq.] atque M^2 27 infundit *Ba.c.* repleret *HBZαV*

rum. itaque reuocato transfugio, quod ad gentem Arabum parabat, obsidentis Antigoni copias partim insidiis partim congressione atque aperto proelio fudit. sed et ipse plerumque aduerso exitu sese in castrum recepit. et iam Herodes 3
ex Italia in urbe Syriae Ptolomaide inprouisus aderat propereque egressus nauigio cum ingenti manu ciuium et peregrinorum Antigonum petebat occurrentibus sibi Ventidio et Silone ducibus militiae Romanae, quos Antonius deducendo Herodi adesse praeceperat. eos Dellius in hos usus directus ab Antonio licet abhorrente studio, quod utrumque eorum Antigonus pretio auerterat, specie tamen de proximo conuenire suaserat, siquidem in proximis urbibus ob reprimendos belli Parthici tumultus Ventidius immorabatur, Silon autem intra Iudaeam positus aperta cum Antigono societate pecuniam conficiebat. nec tamen Herodes auxilio egebat, cui praeter paucos Galilaeorum uniuersi adhaeserant, et quia propositum erat ut de Masada suos quam primum eriperet obsidioni, Iopen in medio positam pugnando cepit, aduersariorum manu refertam, ne ad ulteriora progressus hostem a tergo relinqueret, et quamuis iter eius Antigonus impedire cuperet, tamen facili negotio Masadam recepit suosque exemit periculo. dein profectus Hierosolyma cum 4
omnia fecisset ne pugnandi haberet necessitatem, adserens se pro ciuibus aduersus rebellionem, non aduersum suos proelium recepisse, lacessitus ab Antigoni fautoribus sagittis et leuioribus spiculis de muro sibi obstrepentes fugere coegit. nec ulla fuisset uictoriae mora, ni dux Romani

XXX § 3 cf. BI. I 288—294 § 4 cf. BI. I 294—296 § 5 cf. BI. I 297—299

1 arabam *α* 2 obsidentes *ZAV* antigoni *suppl. m2V* 3 et *om. α* 4 exitu] impetu *C,Vp.c.m2* aduersum impetum *A* 5 ptolomaidam *Z* ptholomaidem *V* tholomeidae *A* 7 uenditio *αV* 8 sylone *C* 9 praeparat $M^2a.c.m3$ deillius *Ba.r.* directos $M^2p.c.m3,H$ 10 abhorrentes *HB* 11 tamen] parendi *add. B* proxime M^2H· 12 ob *om. α* reprimendi $M^2HZV,Ba.c.$ opprimendi *α* 13 uenditius *αV* sylon *C* 14 atigono M^2 15 herodis *Ba.c.,α* agebat *C,Aa.c* 18 posita M^2 in pugnando *ZV* caepit *C* 22 deinde *HZV* dehinc *α,Vp.c.m2* hierusolima $M^2a.c.m3$ 26 obstrepentis $M^2a.c.m3$ obstrepentibus *α,Vp.c.m2* 27 coepit *α,Vp.c.m2* fuisse *C* nisi *HZ* dux ex $M^2a.r.$

agminis Silon subornasset milites, qui de inopia querellam expromerent uastaque omnia circa muros difficultatemque utensilium et angustias alimentorum praetenderent et iam tempus adesse quo ad hiberna eos concedere oporteret, rupturos imperium minarentur, nisi adquietum foret. iamque seditio conualuerat, nisi Herodes centurionibus pariter ac militibus Romanis medium se offerens orauisset, ne desererent eum, quem Caesar et Antonius senatus quoque tuendum commiserant, cum praesertim nihil defuturum usibus polliceretur. et completa oratione in regionem egressus subito rerum omnium abundantiam exercitui suppeditari
6 fecit, ut nulla Siloni superesset causatio. et inde erectis uniuersorum animis cum duobus milibus peditum et quingentis equitibus Idumaeam recepit quieto iam Romanorum agmine atque in hibernis locato. dux facti Iosephus leuiori electus negotio, ne quid aduersus Antigonum maiore peri-
7 culo usurpandum arbitraretur. ipse autem suos ex Masada translatos cum in Samaria, prouisis quae munimento et usui fore crederet, constituisset, glaciali hieme et repletis niue locis omnibus praeueniens aduentus sui nuntium Sepphorim prisco uocitatam nomine, quam Diocaesariam postea nuncupauerunt, sine ullo ingressus proelio reficiendis, quos hiemales pruinae atque asperiora gelu itinera fatigauerant, oportunam existimauit; erat enim illic et alimentorum multa copia. ubi refectis cibo et statiua interpositione militibus aduersum latrones proelium adoriundum putauit, qui totam percurrentes regionem non minore quam bellica incursione

XXX § 6 cf. BI. I 303 § 7 cf. BI. I 303—307

1 agminis] exercitus *B* sylon *α* quaerellam *hic* M^2 *er. alt.* l 2 exponerent *H* uastataque *HBZα,Vp.c.m2* 4 adesset M^2*a.r.* quod *Ca.c.,A* 5 ni sibi *Ba.c.m2,CV* ne sibi *Z* 8 tuendum] *add.* sibi *V* 9 defuturo M^2, *Aa.c.* 10 regione gressus M^2*a.c.m3* 11 habund. M^2*BZAV* 12 syloni *C* causatio (*s.*acusatio *m2*) *B* et inde] deinde *α,Vp.c.m2* eritis M^2 13 mil.] *add.* et *eras.* M^2 15 facto M^2 leuiore M^2 16 effectus M^2 17 madasa *H* 18 samariam *α* 19 constitu. *suppl. m2C* 20 nuntios (o *in ras.*) *B,Z* nuntius *Bp.c.,Va.c.m2* seffore M^2 sefforim *HBA* seffurim *Z* seffarim *V* sepporim *C* 21 diucesariam (e *ex* i *alt. m3*) M^2,*A* 22 hiemalis M^2*H* 24 oportuna M^2 illic] *add.* exaestimauit *exp.* M^2 25 cybo M^2 interpositionem M^2*a.r.* 26 adoriendum *α*

locorum incolas adtriuere. itaque primo partem quandam equitum et peditum in uicum Arbelam praemisit et ipse cum reliqua manu post XL dies adfuit. nec tamen exercitus specie territi latrones, sed cum armis occurrendum rati praeferebant disciplinam bellicam et latronum audaciam. conflictu habito cessit cornu Herodis sinistrum, sed cito reparauit Herodes et adhibitis adiumentis suos statuit, insequentes perculit atque infregit impetus eorum. qui comminus pugnantem Herodem pati nequiuere, declinantesque usque ad Iordanen secutus neci tradidit. reliqui omnes supra fluuium dispersi, ut omni incursionum metu Galilaea absolueretur residentibus tantummodo, qui se latebris recondentes ac uelut infodientes speluncis uictoriam morabantur. erant autem in praerupto montium, concauis saxorum latibulis, inhorrentes specus inter scrupeas rupes inuio undique et inpossibili nisi locorum incolis accessu, qui transuersariis semitis et angustis callibus, quibus solis adiri solerent, periculi usu aduersus periculum deprehendendi tutiores forent. caeci intus antrorum recessus, quorum in fronte petra usque ad profundas congregationes aquarum uelut quodam continenti iugo prominens spem adeundi excluderet lubrico undique situ, de supercilio montium cadentibus aquis et amnium cursu fragoso, ut praecipitium fluentorum ruina et saxum inminens charadris plus terroris daret. denique aliquamdiu rex incerto haesit non reperiens quemadmodum naturam uinceret, postea uero huiusmodi commento usus ut in modum arcarum machinato munimine ualidissimos quosque includeret, in ipsa speleorum

XXX § 8 cf. BI. I 306—307 § 9 cf. BI. I 310—313

20 cf. Gen. 1, 10

4 ratio M^2 5 audantiam H 6 conflicto $M^2 a.c.m3$ 7 herodes *s. l.* B 10 iordanem α 12 recondentes *suppl. m2* V 14 praerupta M^2 15 rupes scrupeas Z 17 collibus M^2Z 18 usu] *add.* ut BZ adu. peric. *suppl. m2* V depr(a M^2)ehendi M^2HA 20 petras M^2 congrec. $M^2 a.c.m3$ 23 omnium M^2BZ cursus M^2 ut] aut $Bp.c.$ 24 et] aut $Bp.c.$ caradis M^2 chararis $Ba.c.$ *m. rec.* chariptis (*s.* ał charadris *m2*) Z charybdis $\alpha, Vp.c.m2$ 25 rex] *add.* in $Zm2,V$ incertu $M^2 a.c.m3$ repperiens M^2 27 ut *om.* α archarum $M^2 a.r.$

ora armatos retinaculis quibusdam deposuit, qui facile inermos caedere et cum omnibus necessitudinibus et generatione interficere coeperunt ac si qui resistere auderent, eos iniecto igni exurere. nullus pietati locus, quin etiam uolens Herodes plerosque eripere neci atque ad se confugiendi fiduciam dare auertit magis, ita ut nullus uoluntarius Herodi adiungeretur et si qui ui adigebantur mortem praeferrent captiuitati. denique unus de senioribus, cui septem filii uxorque adessent, quorum saluti consulere posset, omnes eos tali occidit modo. singulos quosque progredi iubens ipse in ingressu stetit et procedentem de filiis interficiebat. aspiciens Herodes tam triste facinus ac miserabile, paterna praestrictus necessitudine, arcebat manu et uerbis rogabat, ut parceret liberis inpunitatem pollicens. at ille hautquaquam illis inflexus uocibus atque insuper regi conuiciatus supra filios et uxorem peremit, praecipitatis ex alto cadaueribus filiorum ad ultimum semetipsum in profundum
10 praecipitem dedit. perterritus his Antigonus, quod tam facile Herodes latronum multitudinem locorumque superasset difficultatem, ipsius quidem praesentiam declinauit, sed conuertit se ad Ptolomaeum, quem Herodes parti exercitus praefecerat, et uir ad furta belli peridoneus per eos, quibus mos erat turbare Galilaeam, inprouiso impetu Ptolomaeum
11 iugulari coegit. Iosephum quoque fratrem Herodis, germano in aliis occupato partibus, inpigre repugnantem cum militibus Romanis, qui in adiumentum eius temere collecti ad-
12 uenerant, deleuit. nec tanto contentus triumpho addidit etiam uictoriae grauem in defunctum contumeliam, ut absciso capite relinqueretur, pro quo Ferora frater peremti

XXX § 10 cf. BI. I 315 § 11 cf. BI. I 323—324 § 12 cf. BI. I 325—326

22 cf. Sall. Hist. I 112 M.

2 inhermes *B* inermes *ZaV* caederent *α,Vp.c.m2* 3 coeperant *M²a.c.m3* 4 exusserit *M²* (exureret *p.c.m3*) exurerent *αV* pietatis *H* 5 fugiendi *M²* 7 si *suppl. m2Z* 9 fili *C* 11 procedente *M²a.c.m3* 12 tam] quam *M²* 13 perstrictus *α* 14 at] ad *M²a.c.m3C* 15 nequaquam *A* ullis *HBZαV* 16 peremit] *add.* et *α,Vm2* praecipitatisque *B* 19 multitudinum *M²a.c.m3* 21 exercitu *M²* 25 pugnantem *CV* pugnante *A* 28 etiam *om. α* 29 Ferora] uero *A* fratre *M²*

L talenta optulit nec impetrauit. qua uictoria rursus in Antigonum plurimorum intra Galilaeam studia conuersa, renouata belli negotia. Antiochiam Herodes contenderat; 13
illic amoeno satis loco quem Daphnen uocitant requiescebat, ubi accepto germani necis nuntio paulisper ingemens passioni maerorem distulit, uindictam parauit. non tulit Antigonus furentem dolorem, sed se intra munitiones recondit. inrupit Herodes, ut persequeretur tanti facinoris 14
auctores, et facile occurrentia auertit agmina. erat multorum nex plurima, obstructae uiae iacentium cadaueribus, ut itinera ipsa peremtorum funeribus replerentur. peractum esset proelium omnibus fuga uersis, si Herodes Hierosolyma protinus dirigendum iter aestimauisset. abiecerat Antigonus hastas, ultimum supplicium pertimescebat. con- 15
fusi omnes metu adeo ut, cum asperitate hiemis reuocatus a persequendo esset Herodes et armis depositis balineum esset ingressus uno comitatus seruulo, occurrerent ei III uiri destrictis mucronibus, deinde plures, qui fugissent de proelio latibula quaerentes. hi uiso rege turbati metu pertransiere atque ad exitum balinei festinauerunt, ut possent euadere, qui potuerant necem regis patrare bellumque absoluere; denique nemo fuit qui fugientes corriperet. unde coniciens Herodes, quanta hostibus formido inesset, incubuit proelio et Pappum ducem ipsum aduersi agminis interfecit atque eius abscidi caput iussit, quod ab eo frater regius Iosephus interemtus foret.

XXX § 13 cf. BI. I 328—329 (339) § 14 cf. BI. I 336—339 § 15 cf. BI. I 340—342

1 imperauit $M^2a.c.m2$ 3 renouataque BZ antiocia $M^2a.c.m3$ 4 amoenus, locus M^2 dafne M^2 dafnen *cet.* 5 ingemescens $AV,Cp.c.m2$ 7 dolore $M^2p.r.,Z,BVa.c.m2$ se *om.* M^2B munitionem $M^2p.c.m3$ *add.* sese B 8 inruit $HZ\alpha V$ prosequeretur A 9 fauctores B actores $Za.c.m2$ auertit] *add.* deuicitque B erant α 10 nex] ex $M^2\alpha$ 12 esse $Ca.c.$ hierusolima M^2 13 aestimans; sed M^2 14 astas M^2A 16 balneum B, (*s.* l balneatum *m2*)Z 17 esset (*s.* l isset *m2*) Z ingressus *om.* Z occurrentes M^2Z occurrent $H,Ca.c.$ occurrerunt B ei *om.* M^2Z 19 pertransire M^2H pertransirunt V pertransierunt α 20 exitus $\alpha,Vp.c.m2$ balnei M^2Z 21 poterant Z possent A perpetrare A absolute uincere $Z,Va.c.m2$ 23 quanta] *add.* in Z 24 pampum C, $Vp.c.m2$ papum A

XXXI. Antigonus interea qui fugam parauerat distulit; quem morantem Herodes circumfuso exercitu obsedit incubuitque ea parte quae erat ante templum, qua parte etiam Pompeius urbem inruperat. tanta autem iam uictoriae regi praesumtio. ut obsidione coepta ad accipiendam uxorem Alexandri filiam deflecteret hymeneis classicum mutans et nuptias bello intermiscens; atque ex occasione proelii coniunctionis oportunitatem adeptus a festis ad bellum reuerti-
2 tur. occurrit et Sossius missus ab Antonio in adiumentum regium. ita coniunctis uiribus cum usu belli et disciplina militari Romani praestarent et regi studio placendi inniterentur, uix quinto mense facta inruptio, Herodianis murum ascendere ausis, inruentibus autem Romanorum centurionibus. ibi tum innumerae caedes, uastata circa templum omnia. alii fugientes ad templum, alii congregati intra domos obtruncabantur, nulla miseratio senectutis, nulla infantiae aut muliebris infirmitatis. obtulit se Antigonus et inmemor loci deiecit se ad pedes Sossi. at ille, quem tanta rerum conuersio admonere debuit misericordiae, conuiciatus iacentem Antigonen uocauit, nec tamen quasi mulieri peper-
3 cit, sed uinctum in custodiam detrusit. fluctuare Herodes, quomodo Romanorum manibus eriperet patriam, quomodo templum a gentilibus incoinquinatum reseruaret. festinabant enim Romani spectare mysteria interiora, profanare sancta sanctorum. rex uero nunc prece nunc minis remouere singulos, fuga deteriorem arbitratus uictoriam, si quid sacramentorum diuulgaretur. instare ad praedam Romani, Herodes resistere,

XXXI § 1 cf. BI. I 339. 343—345 § 2 cf. BI. I 345. 349—353 § 3 cf. BI. I 354—357

3 ea] ex *H* *alt.* parte *om. A* parte qua *Cp.c.m2* 4 iam *om. Z* uictoria $M^2p.r.,A$ erigi $M^2p.c.m3$ 5 ut] *add.* etiam *B* 6 filium M^2 deflectaret M^2 deflecterit (*s.* deflexerit) *Z* ymeneis M^2Z hymeneis *C* clausi* $M^2a.c.m3$ classi *A* commutans M^2A 7 ex] in $M^2a.c.m3$ 9 occurrerat *Z* sussius *ZA* 11 milit.] *add.* ut *C,Vp.c.m2,* et (v *s.* e) *A* et *om.* αV regii *H recte fort.* 14 ibi tum *in ras. V* 15 infra domus *A* 18 sosi $M^2a.c.m3$ 20 antigonem $M^2p.c.m3,BZ$ antigonum αV mulierem *Va.c.m2* 21 cust.] carcerem *Va.c.m2* 22 patriam *suppl. m2 V* 23 a *s. l. A* gentibus $H\alpha,Vp.r.$ coinquinatum *Za.c.*

ne uacuam sibi urbem relinquerent regnumque sibi superesset deserti. Sossius contra captae urbis praedam militibus adserebat. sed rex de proprio spopondit militi se pecuniam daturum atque ita reliquum patriae quod remanserat pecunia redemit; ut promissum impleret, humanissime milites suscepit, rationabiliter duces, ipsum quoque regia liberalitate Sossium remuneratus. nemo ingratus recessit. Sossius coronam deo optulit et profectus secum abduxit Antigonum ad Antonium, quem ille quasi degeneris animi uirum securi percussit.

XXXII. Herodes autem plurima etiam suis largitus, plurima Antonio amicisque eius dono dedit, nec tamen redimere potuit ab Antonio securitatem sui. iam enim Antonius Cleopatrae amori defeneratus inseruiebat atque addictus eius libidini famulabatur, sed uincere non poterat femineas auiditates et maxime exercitatae mulieris in caedibus propinquorum, quibus extinctis possessionem eorum quasi spolium suis iunxerat. eadem auaritia simul et crudelitate si quos de Syria locupletiores fama acceperat interfici facie- 2
bat atque addicto iam ad suas libidines Antonio regnum quoque Iudaeae atque Arabiae, extinctis utrique genti imperitantibus, auaritiae suae adiungi posse opinabatur. sed quamuis libidine ebrius somno grauis in hac tamen parte resipuit Antonius, ut tales uiros et potentissimos reges pro imperio petulantissimae mulieris extinguere detrectaret. tamen ne immunes dimitteret, amicos eorum perculit, possessionis maximam partem ademit eamque praecipue, quae balsamum gigneret, urbesque omnes intra Eleutherum am-

XXXII § 1 cf. BI. I 358—360 § 2 cf. BI. I 361—363

1 urbem sibi *α* superesse *Ca.c.m2,V* 2 desertum *B* milit.] deberi *add. HBZαV* 3 asseuerabat *C,Vp.c.m2* adsimilabat (ba *s. l.*) *A* 4 ita *s. l. V* itaque *α* 6 suscipit M^2*a.c.m3* accepit *Z* regali *A* libertate M^2*HBZ,Ca.c.* 7 rem.] *add.* est *BZαV* 8 profectos M^2 adduxit *Ha.c.*,A 12 dona M^2*p.c.m3,HBAV* red. ab ant. pot. *HZαV* ab ant. red. pot. *B* redimeret M^2*a.r.* 14 amore *Ha.c.* defaen. M^2 defoederatus *αV*adque *suppl. m2*M^2 addictis *A* 15 libidini *om. A* 16 mulieri M^2 17 eorum *suppl. m2A* 18 suis *om.* M^2 19 interf. fac.] interficiebat *H,Bp.c.* 21 iudae *Ca.c.m2* 22 posse *s. l. B,Cm2* 24 resipiuit *HZα*, *Ba.r.* 25 detract. *Zα* 26 proculit *A* 27 ademit partem *CV* 28 eleu-

nem sitas, Tyro tamen et Sidone exceptis, Cleopatrae cupiditati adiudicauit. quae tali mercede uiro delinita, usque ad Euphraten prosecuta proficiscentem in Parthos Antonium, per Iudaeam reuertit, ubi donis muneribusque maxime conciliare sibi reginae animum Herodes non praetermisit. cui secundae res superbiam augebant, ut muliebris inpotentia supra modum sese extolleret, siquidem non multo post ei Parthorum rex Artabazes Tigranis potentissimi regis filius dono est datus. quem Antonius captiuum tenens cum omni praeda et spoliis Persicis triumpho debitum quasi uile mancipium mulieri addixit, ut quo inlustrior fuerat uictoria, eo turpior esset largitio, quae reges tanto ludibrio dehonestaret.
3 nec tamen diutius potitus secundis, qui uti illis nesciebat, insolentia muliebri Augustum in se excitauit. itaque bellum Actiacum magnis utrimque parabatur motibus. promtissime rex cum Antonio gestiebat bellum subire, quia et Iudaea ab hostili tumultu uacabat et Hyrcaniam a sorore Antigoni diu retentam receperat. sed in hoc quoque Herodes beatissimus, cui inuisum est periculis alienis sese miscere. uolens itaque Cleopatra alienare animum eius a regibus atque auertere, suadere uiro, ut bellum aduersus Arabas gereret Herodes, quo si superior foret, Arabia reginae cederet, si inferior, dominatus Cleopatrae in Iudaeam extenderetur.
4 uter uicisset alterutrum solueret. quod consilium non ex dispositione sed ex usu in Herodem inclinauit. qui simul ut proelium adorsus est, ualidior equitatu auertit hostem, in exitu multitudine hostium superatur et numero circumuenitur, congregatis in Canatha uiribus aduersariorum, aduersum quos densere aciem uolens, elatis suorum animis

XXXII § 3 cf. BI. I 364—365 § 4 cf. BI. I 366—368

therium *Ba.r.,A* 2 merc.] *add.* a *αV* 4 maximis *BαV* conciliari M^2 6 superbiae M^2*a.c.m3* augebat *Ca.c.* mulieris *Aa.c.* 8 arabatzes M^2*a.c.* artabazanes *Bp.c.m2* arthabazes *αV* 11 adduxit *Bp.c.* 12 regem *BZ* res *CV*, (*ex* quaeret) *A* 13 potius M^2*a.c.m3* ut *CV,Aa.c.* 14 insolentiam M^2*a.r.* 15 acthiacum *CV* atthiati cum (c *s. pr.* t) *A* 16 quia (a *in ras. m3*) M^2 17 et] e *ex* c *m2* M^2 hirc. M^2 19 se *Ca.c.* 21 suadet M^2*p.c.m3*, *HBZαV* regeret *H* 23 cleop. (u *s.* o) *C* in *suppl. m3* M^2 24 alterum *H*, (*s.* l alterutrum) *B* 26 est] *add.* ut *αV* 27 exitum *αV* numero] muro *αV* 28 chenata M^2 chanatha *B* chanata *CV* canata *A* aduersus *αV*

successu priorum eaque causa in hostem erumpentibus, destituitur et maxime fraude Athenionis, quem Cleopatra ad ducem adiunxerat, non ut iuuaret Herodem, sed in ipsa desereret necessitate. denique destitutum exercitum eius in locis saxosis atque inuiis adorsi Arabes graui caede sternunt funduntque et fugatos usque ad refugia secuti exitio dedere. adfuit Herodes serius quidem quam necessitas po- 5
stulabat, sed tamen ultus aerumnam posterioribus proeliis ita Arabas adflixit, ut unam illam uictoriam suam saepius deplorarent. accedit etiam motu terrae grauis animorum defectio, quo pecoris plurimum, hominum quoque XXX fere milia consumta sunt. militaris tamen omnis manus eo quod sub diuo habitabat incolumis perseuerauit. hinc quoque erecti animi hostium, ut arbitrarentur quod desertam Iudaeam facilius inuaderent et perculsos talibus prodigiis adfligerent. unde eos Herodes ad defensionem sui erigendos putauit, et maxime quia legatos quos in Arabiam miserat necatos dolo compertum habebat. hoc igitur trepidantes ser-
mone adorsus est: 'cum tot secundis nostrorum proeliis 6
fractae res hostium usque ad ipsorum fuerint confessionem, qui uesano dolore perciti quasi uicti legatos nostros peremerunt, mirum mihi uidetur, quod metus uos inrationabilis in tantum perculerit, ut fortuita elementorum notis uirtutum successibus praeferatis. nulla congressio fuit, qua non Arabes statim cesserint atque in fugam conuersi cedendum existimauerint et, ut se habent furta belli, fraude atque insidiis remedia captauerint, non ut ipsi uincerent, sed ut nostram differrent uictoriam. pro quis cum confidere opor-

XXXII § 5 cf. BI. I 369—372 § 6 cf. BI. I 373—379

26 cf. Sall. Hist. I 112 M.

2 cleopatre *A* ad *om. HBαV* 3 adiuuaret *BZ* sed] *add.* ut *BZαV* in *om. A* ipsa (ip *s. l.*) *C* 6 et fug.] effugatos *αV* 7 posterius *ZαV* 9 arabes *Z* 10 accidit $M^2p.c.m3$,*BZCV* motus $M^2p.c.m3$ 11 hominis *αV* 12 omnis manus] *add.* omnis $M^2a.r.$ 15 proculsos M^2 percussos *A* 17 arabia $M^2a.c.m3$ misera *Ca.c.m2* 18 igitur] *add.* ut *αV* 20 fuerit *Ca.c.m2* 22 quod] quos *Ca.c.* 23 perculit *H* perculerat *A* notis] *add.* iam *BZαV* uirtutum *s. l. m2C* 24 quam $M^2a.r.$ 26 habent] *add.* inter *Z* 28 diff. *om.* M^2 quibus *H* quo *αV*

teret, exagitatio successit quasi formidabilis belli, quia terra tremuit, cum soli innocui fuerint qui proelia gerant, aut si considerare uelimus quibus offecerit, Arabes potius aestimabimus, quos in bellum reduxit, ne se fugiendo subtraherent fortioribus. uideo enim illos non armis et uiribus fretos sed pecoris nostri dispendio in aciem remeauisse. fragilis autem spes, quae non ex propriae uirtutis fiducia sed ex aliena pendet miseria, cum in terris nihil tam mutabile quam uel secundae res uel aduersae. exiguis enim momentis status rerum humanarum nouantur; nec prosperitas diuturna nec aerumna est pertinax. itaque nec miserum esse nec contra perpetuum est, sed alternae frequenter et in iisdem uariae uices rerum. denique ex rebus exemplum capessere licet; conflictu superiore potiores fuimus, sed in processu proelii sors mutata, ut uinceremur ab his quos uiceramus. ergo et nobis sperare suppetit, quod uincantur a nobis qui nos uicerant. incauta enim semper nimia praesumtio et sui neglegens. timor autem prospicere futuris admonet et diligentiam docet. in prosperis audacia obrepit et inconsulta temeritas nescit consilium ducis expectare. denique contra sententiam meam progredientibus uobis Athenionis nequitia nocendi locum repperit. nunc mihi trepidatio uestra uadatur praerogatiuam uictoriae. erigite igitur animos et ueterem Iudaeorum magnanimitatem adtollite; nec uos insensibilium commotiones perterreant, nec terrarum motus alterius aerumnae indices arbitremini. habent suam noxiam passiones elementorum, nec aliud timeatis quam quod in ipsis offensionis est. non enim signa periculorum sunt in terrae motu atque animantium lue sed ipsa pericula. nihil est ergo quod timeamus quasi grauia passuri

2 gerunt *HBZαV* 3 officeret M^2*a.c.m3* offecerat *A* arabis *B* arabas *αV* existimabimus *HαV* 4 se *om. H, s. l.* M^2*m3,A* 7 propria *α* 8 pendit M^2H miseria (*mg.* ał misericordia) *B* tamen *Cα.c.* 10 romanarum M^2 11 miseram M^2 12 est *om.* *αV*, *add.* esse felicem *B* 13 rebus] nobis *HBZ,αV* 14 conflicto M^2*a.c.m3* priores *A* 16 et] in *H* 17 semper *om. A* nimium *A* 20 nesciat *Va.c.m2* ducis *om. H* duces M^2 22 atheniones *A* reperit *C* 23 uadatur] *add. s. l.* non adimat *B* uictoriam *BZV* 25 commotionem M^2*a.c.m3* 26 alterique *C* 27 noxam *HB,ZAp.c.* 29 in *om. A* motum *αV* motuum *Ap.c.* lues *A*

qui pertulimus grauissima. propitius iam potest esse qui uindicauit et mitior, quam si non uindicasset. quid seruatur post terrae motum ac pestilentiam nisi misericordia, quia soluimus duplicia peccata? et tamen nos quod bello utile sit integrum habemus; pestilentia enim extra bellum positos abstulit, nostra autem uictoria in hostibus ademit, quod bello idoneum legerant. deinde nobis pecus mortuum, illis consilium qui legatos quos misimus contra ius fasque iugulandos putarunt. praeuaricati sunt legem omnium hominum, ipsorum etiam barbarorum. apud ipsos quoque, qui nesciunt humanitatem, inuiolabiles legati habentur, dum uindicta caelestis reformidatur et tanti sceleris ultor deus timetur. hoc ergo admiserunt aduersarii nostri, quod nec humanae nec diuinae leges inultum relinquunt. egrediamur ergo non pro finibus aut spoliis sed pro diuina iniuria proeliaturi. incitet nos ad bellum non coniugii aut prolis caritas sed praesumta protectio dei. non arbitria nostra sed diuini iuris praecepta exsequimur sacra, ut pro his uindictam reposcamus, quos inuiolabiles esse oportere religio iubet. inter arma hostilia legatio sola pacis sequestra est, exuit hostem qui legatione fungitur. quorum nunc sanguis clamat ad deum et uindictam reposcit. festinemus igitur ad proelium, dum ultorem habemus deum caesorum uindicem. illi pro nobis melius proeliantur et circumfusi angelorum legionibus in acie praetendunt.' talibus hortatus milites in hostem ruit omnem 7 occasionem bellandi requirens. erant Arabes praestantiores numero sed animis inferiores, unde congressione habita ceciderunt fere eorum V milia. reliqui sese in munitionem recipientes aquae inopia fatigabantur, ut legatione missa

XXXII § 7 cf. BI. I 380—385

21 cf. Gen. 4, 10 24 cf. Matth. 26, 53

3 motu, pestilentia *M²a.c.m3* 4 dublicia *M²a.c.m3* dupplicia *α* 6 in] id *BZ, fort. recte* 7 bellum *M²* 10 barbarorum] *add.* quoniam *BZ* barbarum *H* 12 oltur (o *ex* u *m3*) *M²* deus ultor *H* 14 legis *M²a.c.m3* relincunt *M²* relinquent *A* 15 *alt.* pro *s. l. B* 16 coniugis *Z* karitas *A* 20 sequestrata *M²p.c.m3* 21 qui legatione *om. M²* 24 aciae *M²* aciem *H* 27 animo *A* congressio *M²* 28 eorum fere *BA,Ca.c.* rel. sese] reliquisse *M²a.c.m3*

pacem pretio deposcerent. sed cum se protrahi uiderent et sitis amplius aquis deficientibus accenderetur, egredientes plerique offerebant sese hostibus uoluntarii, ferro quam siti praeoptantes perire, quos uinctos seruabat Herodes ne quid esset insidiarum. itaque diebus V IIII milia ferme recepta sunt, aliis ad bellum prodeuntibus iterum ad VII milia uirum caesa. qua plaga humiliati Arabes a rege, quantum uirtute inferiores tantum consilio praestantiores, quem aduersarium habebant, quasi defensorem et auxiliatorem sibi ipsum expetiuerunt.

XXXIII. Sed maior eum uictorem sollicitudo perculit, ut qui sibi aliquid subiecerat, non iam de finibus sed de toto regno periculum imminens perhorresceret, uicto Antonio quem fida sibi amicitia copulauerat. denique Augustus Caesar Actiaci triumphator certaminis necdum superatum Antonium arbitrabatur, cum Herodes superesset uictoriae. anxius itaque rex cum Rhodum accessisse Caesarem uero indicio conperisset, nauigauit ad eum ne fama terrenum iter eius praeuerteret, adueniensque deposito diademate sese optulit priuato habitu sed mente regia. denique nihil ueritati subtrahens constantiam tenuit, auctoritatem reseruauit. 'ego', inquit, 'Auguste, fateor ne fidelem fuisse Antonio socium, utpote qui ab eo regnum acceperim, cui me debitorem adhuc non abnuo; idque armis probassem, si Cleopatra non inuidisset et Arabes non impedissent. ea necessitate arma aduersum te non tuli, non quasi amici desertor aut proelii pauidus, sed quasi domi rebus gerendis occupatus. ingratum me tamen sibi non sensit Antonius, cui et adiumenta exercitus et frumenti innumerabiles copias absens miserim.

XXXIII cf. BI. I 386—390

4 reseru. *B* 6 uiarum M^2 uirorum $M^2 p.c.m3$,*HBZA* 7 humiliata $M^2 a.c.$ 11 maior eum] maiorem $M^2 a.c\, m2$,*A* perculit *s. l. m2C* 12 alios (*s.* al aliquid) *B*,*Z*α alias *V* definitionibus *Ca.c.* de *om.* αV 13 regnum $M^2 a.c.m3$ 14 feda *Z* amicitiam $M^2 a.r.$ copularat *HB* 15 acthiaci αV 17 rodum $M^2 HZ$ hrodum *BA* accessisset $M^2 H \alpha V$ 19 praeteret $M^2 a.c.m2$ 20 denique *om.* αV 21 reseruauit] *add.* adoptiuum αV adoptivam *Weber* $M^2 HT$ *praebent inscriptionem* ORATIO HERODIS AD CAESAREM ADOPTIVVM (ADOPTIUUM M^2) 22 antonium $M^2 a.c.m3$ 25 aduers. te arma *B* 27 rebus domi *Z* 28 non sibi *CV*

sed et tu me, Caesar, non ingratum beneficiis eius iudicauisses, si Actiaco bello interfuissem. uide quam nihil subtraham. plus metuo apud te ingratus in hostem tuum quam in te hostis uideri. iudicium mihi tuum grauius quam bellum est, apud quem non uirtutum merita sed crimina periclitantur. et ego malo apud te de fide quam de perfidia causas dicere. uide, Caesar, quam integrum Antonium non deseruerim: uictum non refugi. uicisti, Caesar, Antonium legionibus tuis maximis, uicisti consiliis tuis, uicisti imperii Romani uiribus, quod dereliquit, et quod negauit, et uere uictus est uirtutibus tuis sed magis moribus suis. uicit eum Cleopatra uxor, uicit eum Aegyptius amor, uicit eum Conopea luxuries; uicit eum, quia maluit cum Cleopatra uinci quam sine ea uincere. uicit eum mulier infestior suis quam aduersariis. suaseram mortem mulieris, si uellet sibi consulere, promiseram auxilia quibus repararem adflictum, promiseram uires quibus fugacem tuerer, me ipsum belli consortem obtuleram, sed mentem eius obstruxerant Cleopatrae cupiditates. uictus est quia audire me noluit, uictus sum et ego cum Antonio minore tamen flagitio, quia illum Cleopatra uicit, me Antonius. ille barbaram, ego amicum non dereliqui. cum illo posui diadema, sed ad te ueni retinens amici fidelis gratiam; sequestraui regni insignia, sed non abieci uirtutis conscientiam. ut uoles iudica, ego tamen, quauis sorte iudicii tui, referam mecum, quod cuiusmodi fuerim amicus aestimabitur.'

XXXIV. Respondit ad ea Caesar. 'salue', inquit, 'et nunc magis regno tuo utere, quia non inuidemus uirtutibus sed delectamur. dignus enim es pluribus imperare, qui sic tueris

XXXIV § 1 cf. BI. I 391—392

1 caesar non ingratum me *B* 2 acthiaco *αV* 3 hoste M^2*a.c.m3* 4 grauis *Ca.c.* 5 periclitantur] *add.* unde *BZ* 7 integro M^2 8 refugii *αV* 10 dereliquit] *add.* te *Z* quod *om. H* 12 canobea *Bp.c.m2* conopaea *αV* 13 uicit eum] uictus est *B* 14 eum] enim *Z* 15 morte M^2*a.c.m3* uelit *H* 18 obstrinxerant *editt.* 19 qui *H,Cp.c.* me audire *B* 22 illum M^2*a.c.m3* diad. posui *B* diademam *CV,Ap.c.* uenire M^2*HBZA* rettinens M^2*a.c.m3,V* tenens *H* timens M^2*p.c.m3,BZA* 23 gratia *BA* 27 ORATIO CAESARIS AD HERODEM M^2 responsio grata cesaris ad herodem *mg. A* 28 mag.] meis M^2 29 tuearis *Z*

amicitiam, ut et in aduersis positum non abneges et amicum tibi confiteri non erubescas. sed adorere felicioribus adhaerere et seruare fidem in prosperis, quam in aduersis satis probasti. uicerit te Antonius, sed non ego uictum putabo, quem amicitia parem fecit uictoribus. propterea expeteris a nobis, quia nullus te belli euentus mutauit, quandoquidem non tu Antonium deseruisti sed te ante Antonius, qui se Cleopatrae magis quam tibi credidit. insipientia illius te nobis adquisiuit, quia perniciosissimam sibi elegit, fidelem repudiauit. nec mirum si Cleopatrae Antonius uictus adhaereat, a qua uictor captus est. quid miraris, si a te desciscere fecit Cleopatra Antonium, cum a me dissociauerit atque ex consorte imperii hostem fecerit? ergo et tu nobiscum repudiatus es et ideo nobiscum regna. ne hoc quidem beneficio uacat quod, dum nos bellis occupamur ciuilibus, tu indomitam gentem Arabum subiectam fecisti, quia Iudaeorum hostes pro nostris ducimus. nobis enim arma inferunt qui uos lacessunt. nobis ergo militasti, cum tibi uinceres, et ideo te remuneramus, ut regnum tuum confirmetur nostro munere. interim nihil inminuisse gratia est; adoriemur in reliquum ut non requiras Antonium. neque enim dignum est, ut quem bello uicimus non uincamus
2 beniuolentia.' cum haec dixisset, inposuit diadema capiti eius, sedulitatem adiungens muneri. qua dignatione Caesaris inuitatus Alexan[der] ex amicis Antoni, uirum cui Caesar maxime indignaretur, uolens subducere offensioni, multa

XXXIV § 2 cf. BI. I 393—397. 400

1 ut *om.* M^2 et *om.* αV 2 ador.] adorare *H* oraere (*s.* adore∗em) *B* adorari *Za.c.* adhaerere αV felic. adhaer. *mg. V* 3 *alt.* in *om.* $M^2 a.c.m3$ 4 anton. te *Z* putabo—uictor. *om. H* putabam *B* 5 amicitiam $M^2 a.r.$ 7 ante *om. HBZ*αV 8 se *om. B*αV 10 uictus *mg. m2C* 11 adhaerebat αV quo *CV* uictore M^2 12 desiscere M^2 discessere *H*, (*s.l* discedere) *Z* cum] *add.* eum *B* dissociauerat *Z* 13 exconsortem *CV* fecerat *Z* et (quia *s. l.*) *Z* quia et *B* 14 nec *V* 15 nos dum *B* belli *Ca.c.* 19 remuneramur *HZ,Ba.c.* remunerabimus *editt.* 20 minuisse αV 21 adhortemur (i *s.* t) *B* 22 ui∗cimus *B* uincemus *Z* 23 dixisset] *add.* caesar *BZ* 24 sed utilitatem *H*α caeris *Ca.c.* 25 alexander *libri*, Alexandrum *Weber*, Alexan *ego* antonii $M^2 p.c.m3,H,Bm2$ *in ras.*, *Z*αV 26 obducere M^2

deplorabat prece, sed indignatio nimia nullum ueniae locum reliquit. proficiscentis inde in Aegyptum prosecutus Caesaris iter subpeditatis omnibus, quae usui uel ipsi uel exercitui forent, maxima sui gratia imperatoris sibi studia conciliauit, praecipue quia in locis aridioribus usque in Pelusium regali prouisione aquarum affluentia subministrata. quibus officiis tantum sui amorem infudit omnibus, ut plus meruisse quam accepisse minorque regni potestas quam humanitatis largitas aestimaretur. unde Caesar ex sententia rebus intra Aegyptum gestis, Antonio et Cleopatra defunctis, non solum quae ademta erant Herodi reddidit, uerum etiam praeter illa, quae Cleopatra auerterat, Gadaram, Ipponem, Samariam ei concessit. maritimas quoque urbes, Gazan, Anthedonam, Iopen, turrem Stratonis simul donauit; CCCC quoque stipatores ex Gallia, quibus saepta incedebat Cleopatra, ad custodiam corporis regi concessit multaque alia. sed his omnibus rex pluris habebat, quia a Caesare super omnes, infra Agrippam tamen, diligebatur, ab Agrippa infra Caesarem.

XXXV. Quintodecimo itaque regni sui anno, ut beatitudin suae responderet et gratiae, tanto rerum secundarum successu leuatus, ad pietatem intendit et ut se gratum caelestibus in se supra modum fluentibus beneficiis demonstraret, templum ornauit, omnemque illum circa templum loci ambitum circumuallauit muro geminatisque spatiis inclusit inmenso aedificandi sumtu et exquisito decore. indicio erant magnae circa sacrarium porticus, quas extruxit a fundamentis. nec minor tuendi quam ornandi intentio, siqui-

XXXV § 1 cf. BI. I 401—402

2 proficiscentes $M^2H\alpha V,Z$ *in ras.* inde *om.* A 3 usui] urbi M^2B exercitus M^2 4 sui] sibi αV sibi] sui $Ba.c.$, *om.* αV conc.] *add.* herodes BZ 5 *sec.* in *om.* $HBZ\alpha V$ 6 efluentia M^2 fluenta H afluentia $BZ\alpha V$ 7 infodit $M^2a.c.m3$ hominibus A plus] *add.* uideretur $HBZ\alpha V$ 8 meruisset M^2 accepisset $M^2p.c.m3$ 10 cleopatre M^2 12 gadoram M^2HBZ gadora αV Ipponem] ioppen $M^2H\alpha V$ 13 ei] et *sed eras.* M^2 maritimasque $HBZ\alpha V$ gazanam B 14 theodonan M^2 thedonam HB athedonan CV adtheodonan A 15 CCCC] ecce M^2 incedebant C 16 corpori regis H concessit *bis* $Ca.c.$ 17 plures $M^2a.c.m3,A$ quia caesar omnes αV 22 segregatum $M^2,Va.c.m2$ 25 inclusit—decore *s. l. m2* C 26 in dicto $Bp.c.$

dem castrum Aquiloni obiacens communiuit, quod appellauit Antoniam propter Antoni gratiam, nullo inferius superiorum palatiorum. addidit etiam in ipsa arce regiae domus gemina habitacula maximi ambitus mirabilis pulchritudinis, quorum gratiae nihil conferendum arbitrareris. unum eorum Caesarium, alterum Agrippium nuncupabatur, ut in suis aedibus tantorum amicorum diuturna memoria celebraretur.
2 urbem quoque Sebasten non solum exaedificauit sed etiam repleuit inhabitantibus. ac ne singula persequar, haut ullum facile praeteriit locum uetustarum urbium, quem non renouaret labentem aut additis quae deesse uidebantur aedificiis ornaret. liberalitates quoque suas usque ad quinquennalia diffundens certamina uile illud hominum genus effusis diui-
3 tiis locupletauit. templum etiam Caesari de marmore albo condidit ad fontes Iordanis adeo immemor factus religionis, ut homini templum sacraret usumque gentium in Iudaeam induceret. loco nomen Panium est, ubi mons altitudinis excelsae uertice summo in sublime porrigitur, cuius in latere umbrosum aperitur antrum, per quod graue olentis praeci-
pitii profundum saeuam exhalat mefitim. intus aquarum congregatio et sine ullo motu multa uis inerat, ut nulla aestimatio profundae altitudinis conprehenderetur; foris autem circa ipsius montis radices fontes scaturriunt. unde ortum illic Iordanis plerique aestimauere, nobis tamen quid
4 ueritas habeat in posterioribus aperiendum uidetur. erat

XXXV § 2 cf. BI. I 403. 415 § 3 cf. BI. I 404 § 4 cf. BI. I 408—409

20 cf. Verg. Aen. VII 84 cf. Gen. 1, 10 25 in posterioribus: cf. IV 26, 13 et sqq.

1 subiacens *BZ* 2 antonii M^2BZA nulla M^2 3 regiae archae *CV*, (arce) *A* domi *V* 4 ambitus] *add.* et $M^2p.c.m3,H\alpha V$ 5 gratiae *s. l. Z* eorum] chorum *CV* corum *A* 6 nuncupatur *α* 8 aedific. *Bp.r.* 9 aut M^2 10 renouarit *H* 11 labentem—ornaret *mg.m2 V* uidebant $M^2a.c.m2$ 12 ornarent M^2 ornarit *H* quinquagenalia (*mg.* Al. quinquennalia) *B* 13 uile] unde *BV* 15 adeo *om.* M^2 fonte *Ca.c.* 17 indueret $M^2a.c.m3$ panio *H* 18 porrigitur] *add.* caena (*s.* scena) aestimabile (i *s.* e *alt.*) *Z* 20 saeua *α* exalat M^2ZV (*suppl. m2*) *C* exaltat *A* mefytim *CV* aquarum *om.* M^2 21 sine] ne *H* multa uis] mutabilis *Z* inest *Ba.c.* 22 aestimatione profundum *B* conprehendatur *B* 23 montis] antri *H* fontis $M^2a.c.m3$ 25 aperiendum] *add.* esse *H*

in maritimis ciuitas, quae Stratonis turris appellabatur, iam fessa bellis frequentibus et uetustate ipsa inclinata in ruinam, oportunitate tamen et gratia loci praeminens, quam renouauit lapide albo et aulicis ornauit aedificiis, atque in ea magnanimitatis suae uirtutem et elegantiam operis expressit. inter duas enim maritimas urbes Doram atque Iopen in medio sita utraque ex parte praestringitur inportuoso litore, ut omnes, quicumque ex Aegypto Phoenicen praetermeare desiderant, in salo fluctuent, quia frequenter illic mare uentis excitatur et maxime Libis spiramine, cuius etiam moderatiore flatu fluctus attollitur, idemque inlisus procurrentibus saxis et fracto repercussus impetu efferum mare cedendo exasperat. itaque rex nullum inpensis statuens modum magnanimitate uicit naturam portumque maiorem Piraeo constituit atque in eo penetrata rupium uastitate stationes tutas conposuit. mensus quoque spatium, 5
quod magnitudini portus conueniret, saxa ingentia in mare iecit, quibus inesset plerisque altitudo pedum quinquaginta aliis etiam excelsior. distinxit ipsum maximis turribus portum, quarum unam Drusion uocauit, ut Drusi nomen, qui de Caesaris maioribus fuit, insignibus sui operibus intexeret. gradus etiam breuiores locis interposuit frequentiori- 6
bus, per quos sine graui labore nauigia subducerentur; tribus etiam colossis ingentibus totam portus illius gratiam uenustauit. iterum templum Caesari editiore fundauit loco et templi medio colossum constituit Augusti nomine uelut simulacrum ipsius, quod non minoris magnitudinis foret

XXXV § 5 cf. BI. I 411—412 § 6 cf. BI. I 413—414

2 bellas $M^2a.c.m2$ uetustatibus $M^2a.c.m3$ 3 ruina $M^2a.c.m3$ 5 eam αV 6 dorum $M^2p.c.m3,H\alpha V$, (*mg.* Al doran) *B* duorum *Z* atque *om. Z* 7 perstringitur αV 8 foenicen M^2Z foenicent *H* fenichen (*pr.* e *in ras. m2*) *B* phoe (e *V*) nicem αV 10 libi M^2HB lybii *CV* libii *A* 11 atollatur M^2 13 cadendo *BZ* caed. α 15 pireo M^2HBZ pirreo *Bp.c.* 16 uastitate (e *ex corr.*) *C* 18 altitudo *om.* M^2 19 excelsioribus αV tinxit *Ca.c.* 20 drosion *H* drusium αV drusii $H\alpha$ 21 Caesaris] *add.* etiam *B* operis $M^2p.r.,HBZ\alpha V$ 22 breuior M^2 24 cholossis αV 25 uetustauit $M^2a.c.m3$ caesaris *B* (a)editiori *BZV* aedito *A* fundauit *s. l. Z* 26 medium *B* medi *Z* cholossum *CV* uelut] *add.* quasi αV

simulacro Olympi Iouis aut Iunonis Argiuae. nescias pulchritudinem in tantis difficultatibus an ualiditatem operis ac munimentum in tanto decore praestare amplius putes, quandoquidem insolubile maneat opus et mari et uetustati. accessit itaque in uno opere multiplex gratia; nam et urbs maxima adcreuit prouinciae et portus nauigantibus et honos Caesari, cuius ex nomine Caesarea in hoc tempus uocatur.

XXXVI. Hanc regis potentiam prosperis affluentem successibus unius mulieris expetita societas inclinauit maestisque infregit doloribus, ex quo aduersum ius fasque coniugium dignitate potius generis quam caritate, usu quodam regio, metiendum existimauit. habebat autem in consortio Dosidem nomine, Hierosolymitanam feminam, priuato sibi ante sociatam, quae gratior eo esse debuerat, quod fuerat felix marito, cum qua regale fuerat adeptus fastigium. uerum immemor gratiae proiecit Dosidem, sociat Mariammen Aristoboli neptem, Alexandri filiam. itaque dum sequitur nobilitatem, perturbationem incidit, qua sibi domus propria non conueniret, cui diuersarum prouinciarum multiplex populus obtemperaret. ac ne oculi nouae nuptae odio nouercali, domi posito eo quem Dosis generauerat, offenderentur, eiectus non solum paternis aedibus sed tota quoque urbe Antipater, id enim iuueni nomen, infaustis nuptiis locum fecit, quas pater unici filii exilio concelebrabat, uixque festorum dierum sollemnitatibus arcessebatur. uidens mulier morigerari sibi maritum etiam pietatis conuicio in superbiam uersa; addita est etiam causa, qua iure animus eius inflammaretur, quia Hyrcanum auum uiri sui insidiis conpererat extinctum, falso suspectum propter regni cupidi-

XXXVI § 1 cf. BI. I 431—434

1 simulacro (o *in ras. m3*) M^2 olimpi M^2Z olimpii B 3 ac] an (?) M^2*a.c.m3* monumentum Z tantum αV putes *om.* H 6 onus M^2 honor BZ 8 afluentem B*a.c.m2*,αV 9 excessibus Z maestis (que *s. l.*) Z 12 exaestimauit M^2*a.c.m3* 13 nomine *suppl. m2* B 16 proi(i)cit HBV mariamnen Z arriannem C ariannem AV 17 aristobuli M^2 18 sibi] si *Ca.c.m2* 21 offenderetur $M^2H\alpha V$ offenderint Z 22 sedibus αV 23 nuptis *Ca.c.* 25 solemp. M^2 arcessebantur M^2 arcersebatur Z accersebatur αV 28 auum] *add.* suum $HBZ\alpha V$ 29 falsae α false V cupid.] suspicionis (-es A) *add.* $Z\alpha V$

tatem. ipse est de quo supra memorauimus, quem Barzafranes qui Persis imperitabat, cum occupasset Syriam, captiuum abduxerat, atque in Parthia primo retentum, postea Iudaeis postulantibus, qui supra Euphraten inhabitabant, miseratus sortem inclinatam permiserat. atque utinam ut concessus fuerat deprecantibus, ita etiam credidisset monentibus, ne more ingenii humani propinquorum eum potentia sollicitaret, ut ad Herodem transitum faceret; eam illi periculo futuram, quod nullos magis regni cupidus seruandi quam proximos exagitaret, atque a propinquis caueret. uerum ille taedio peregrinationis et suorum desiderio transiuit Euphraten, in Iudaeam reuertit. quod altius in pectus Herodis quam quisquam ratus erat descendit, non quo ille regnum adfectauerit, sed quia uir regii generis et diu exercitae priuilegio potestatis incertum ab eo abstinere se posse aestimabatur. laqueus igitur mortis Hyrcano coniugium neptis fuit, cuius gratia properauit ad Herodem, nescius tutius apud hostem captiuos degere quam apud regem propinquos. nulla itaque uel leui regnandi suspectione hoc solo interemtus est, quod ei conpetere regnum uidebatur. diligebat interea Mariammen inpenso amore nec 2 offensam uolebat. cumulauerat mulieri gratiam numerosior partus. nam quinque ei generauerat filios, sed ex tribus maribus iunior Romae obierat, dum litteris inbuitur liberalibus. reliqui duo ultra priuatorum modum regio cultu celebrabantur. suffragio erat iuuenibus matris nobilitas et suus in regno ortus, quod imperante iam patre geniti forent, sed

XXXVI § 2 cf. BI. I 435—437, AI. XV 52, 49

1 cf. supra I 29 7 cf. Sall. Iug. 93, 3 13 cf. Sall. Iug. 11, 7 16 cf. Prou. 21, 6 et sim. (Horat. Carm. III 24, 8)

1 de quo] quem *B* 3 postea] *add.* a *CV* 9 nullus M^2 nullis *Za.c.* regno M^2 cupido *HBZαV* seruandis M^2 10 excitaret (*s. l* exagitaret *m2*) *B* a *om.* M^2A propinquos *H* 14 uero M^2*a.c.m3* uiro M^2*p.c.m3,H* 15 exercitatae *BZ* prius legio M^2 incertum] *add.* an *HBZAV*, (*s. l.*) *C* 16 se *suppl. m2*M^2 possit *H* posset *BZV* 18 nescimus *Ca.c.* captiuus M^2H 19 nullo M^2 uel leui] uelle ut M^2 uelle *et* ui *s. l. C* suspectionem M^2*a.r.* suspicione *HBZαV* 20 sole *H* 21 mariamen M^2 mariamnen *Z* mariammem (nn *s.* mm) *C* ariannem *A,Vp.r.* 22 gratiam *om. V* gratia *C,Vm2* 24 maioribus *H* 27 ortus in regno *ZαV* quo *C*

amor maxime Mariammes, quo rex magis magisque cotidie accendebatur, ut cum ipsi nulla uicissitudo amoris a coniuge rependeretur, caueret tamen ne in aliquo mulieris animum maestificaret. aequa lance odium mulieris et amor uiri aduersum se certabant. iustius tamen Mariamme amantem sibi uirum oderat, quam Herodes Mariammen non amantem amabat, suppetebat mulieri odium de flagitio, fiducia de amore, quia alterum, dolore neptis, auersabatur, altero per obsequium amantis extollebatur. et ideo ne a conuicio quidem obiciendorum criminum temperauit, quod auum sibi Hyrcanum et fratrem Ionathen per scelus eripuisset, cum alius prosocer, alius adfinis, ille propter senectutis infirmum reseruari debuerit, hic saltem propter aetatem adulescentulam. facinus indignum, cui septemdecim annorum adulescenti summum commiserat sacerdotium, huic continuo honorem contulit et mortem intulit nulla alia causa, ut accepimus, nisi quod sacerdotali amictu indutus, ubi primum accessit ad altaria sacrato et celebri die, subito populus inlacrimauit. quod suspectum adeo Herodi fuit, ut prae gaudio populum crederet inlacrimasse atque eo erga ephebum prodidisse affectum suum, lacrimas illas uoti indices, studium populi sibi periculosum, qui intimis uisceribus significauerit quod studium erga cultum adulescentis haberet, nobilem illum regium nepotem, inpotentis mulieris filium, fratrem reginae proteruioris, quae regem uirum dedignaretur, prorupturum ad imperandum, nisi maturius sublatus e medio foret, cui forma, cui decoris gratia suppe-

1 mariames *H* mariamnis *B* mariannis *C* ariannis *A,Vp.r.* cotidiae M^2 2 ut *om. H* 3 cauere M^2 5 mariammes M^2Z mariamen *H* mariamne (*ex* -ammen *B*) ariannem *V* ariamne (n *s.* m) *C* arianne *A* 6 sibi] se *B* mariamen *H* ariannem αV 7 flatigio (ti *s. l.*) *C,V* 8 alterum] altero (*ex* -i) M^2m3, (*ex* -um) *B* 9 obsequio $M^2a.c.m3$ 12 prosocer] quod socer *Z* illic M^2 ille enim *A* 13 seruari *B* debuerat $M^2a.c.m3$ saltim M^2HZA 14 VII decim M^2 septemdecem αV 15 continuo] *add.* ut *B* 16 ut *s. l. m2C* 17 accipimus M^2A 21 efebum M^2BZ efabum *H* ephoebum αV prodidisset—indices *suppl. m2C* prodidisset *BCV* 22 sibi populi *B* periculorum M^2 23 quod—haberet *suppl. m2C* ergo $M^2a.c.m3$ 24 haberet] *add.* et *BZ* inpotentia M^2 27 sublatus—foret *mg. B* e medio foret sublatus *Ca.c.,V* cui—dignitas clarior (*p. 74 l. 14*) *in chartula suppl. B*^{s}

teret, ut iure praeferendus omnibus aestimaretur. proposuit itaque adulescentem occidere. exagitabat eum mater adulescentis, quae et ad inuestigandum acrior et ad ulciscendum uehementior nihil occultum nihilque inultum patiebatur, eoque reuocare sese ac reprimere deliberabat: rursus exagitabat eum cumulatior in dies erga adulescentem amor uniuersorum et regni periculum. unde praerupto furore excitus statuit quouis modo sibi consulere.

XXXVII. Mittitur adulescens nocturnis temporibus ad urbem Hiericho atque ibi solitus delectari studio natandi, plurimis quasi in ludum coeuntibus, dum sine modo mergitur, in piscina necatur. id tacitum soror non tulit, sed 2 affectu germanitatis per conuicium prodidit atque obiectauit marito iussu eius sibi fratrem ereptum. destitutam se omnibus, funestam sibi domum coniugis, qui primo sibi auum ademerit, postea germanum interemerit, miseram se exitio suis fuisse. inprecari dira uiro socrui et regis sorori; commune omnium flagitium, ultorem deum poscere, ne tantum facinus inpunitum relinqueretur. ferebat ista Herodes quasi amore captus et nutibus deditus, sed furebant mulieres et ferre non poterant maledicta exsecrantis et indignantis adrogantiam, maxime quia uictus miraculo eius Herodes insurgere aduersus dilectam nequibat. et ideo quo magis excitari quasi amans posset, scena adulterii contexitur atque in mulierem istiusmodi crimen conponitur, quod imaginem suam Antonio in Aegypto destinauisset. quantae istud intemperantiae fuisse, ut absenti et promto in libidines uiro, tum praeterea potenti, qui potestate pro iure uteretur, formam suam uenalem offerret, ut pulchritudinem licitaretur! nouae auctionis commercio se mulierem prosti-

XXXVII § 1 cf. BI. I 437, AI. XV 55 § 2 cf. BI. I 437—439, AI. XV 23—25

5 deprimere *A* 6 excitabat *Va.c.m2* ergo M^2*a.c.m3* adolentem B^e 7 excitatus *Z* 10 iericho M^2 hierico *H* ihericho *A* natandi] *add.* a M^2*p.c.m2*,*HZαVB*^{e} 13 effectu M^2 affectum *HαV* 14 fratrem sibi *Cp.c.*,*A* 18 flagitio M^2 20 furebant] *add.* ire *Z* furebat B^e mulieris B^eZ 21 poterat B^eZ execrantis (c *in ras. m3*) M^2 24 exercitari *αV* 25 inponitur *Z* 26 aegyptum $B^eZ\alpha V$ 27 fuisset M^2 liuidines M^2*a.c.m3* libidinem *Z* 29 ut] et *HαV* 30 se (s *in ras. m3*) M^2

tuisse uine amoris an odio mariti, cuius periculum pro mercede adulterii postulauisset. hoc itaque commento mulierum apud Herodem Mariamme quo magis amabatur eo grauius adpetebatur, nec tamen insimulatio ipsa quamuis indignantium feminarum aliena ueri penitus fuit. matrem enim Alexandriam furentem, quod alius filio suo Aristobolo in sacerdotio praeferebatur — hoc enim nomine Ionathan filium suum, quo auum sibi regem fuisse in memoriam reduceret, appellari malebat —, ab Antonio per musurgam quendam litterarum sequestrem petisse filio sacerdotium fides uero propior erat. deinde adueniente in Iudaeam Gellio Antoni amico cognitum adulescentem miraculo fuisse propter excellentissimi decoris gratiam, non minus etiam Mariammen, cuius quo dignitas clarior, eo fama inlustrior, et forte conpertam more quodam humani ingenii, quo uiri quoque eo se interioribus amicis cariores cupiant declarare, si praesentibus quoque necessitudinibus suis mensae hospi-
3 talis societatem indulgeant. ibi quoque Alexandriae datam cum Sossio conloquendi copiam, licet liberiori uiduae alia quoque cognoscendi hospitis deesse copia non potuerit, cum praesertim huiusmodi et causas et personas requireret. deinde conlato utrimque consilio id sedisse sententiae, uti utriusque imagines Antonio dirigerentur. praestrictum illum splendore imaginum et Sossi praecipue testimonio, qui nihil tale se umquam uidisse in terris adseueraret et gratiam illis non hominum sed diuinam inesse, lenocinanter ut excitaret uiri minime sobrias cupiditates, scripsisse Herodi ut Aristobolum ad se sine mora mitteret, de Mariamme

XXXVII § 3 cf. BI. I 439. AI. XV 26—34. 44—49

15 cf. Sall. Iug. 93, 3

3 ariannes αV 5 alienauerit M^2 aliena a ueritate H uiri $Ca.c.$ 6 Alexandram *editt., ut p. 75 l. 12* 7 nomen (?) $Ca.c.$ ionatham αV 8 quod B^sZ 10 filio] *add.* suo CV filios suos B^s 11 proprior $Cp.c.$ aduenientem M^2HaV aduener* (i *s.* e *alt.*) B^s 12 gallo A antonii $M^2p.c.m3,H$ 13 gratiam decoris αV etiam] et A 14 ariannen αV 16 cupiunt Z 17 hospitalitatis $Ba.c.,\alpha V$ 18 indulgerant M^2 Alexandrae *editt., ut p. 75 l. 10* data B 20 hospiti $B\alpha V$ 22 deinde]*add.* de A sedis esse Z **sedisse (*pr.* se *in ras.*) C 23 perstrictum αV 24 sossii $HZ\alpha V$ 25 eumquam $Ca.c.,A$ 26 lenocinante M^2HBZ 27 minimas $Ca.c.$ 28 arianne αV

quod ei coniuncta foret praetermisisse, non quo operire libidines suas uel in his quae nuptae essent apud maritos soleret, cui sine periculo usus foret, flagitium sine pudore, sed quo Cleopatrae caueret indignationem, quae utriusque quidem sexus riuali offenderetur, sed amplius si sociatam uiro mulierem deprehendisset, quia se decore super omnes excellere mulieres arbitrabatur. perlectis itaque litteris Herodem excusauisse, quod sine seditione populi et perturbatione totius gentis auellere a suis nobilem non posset adulescentem atque ut satisfaceret Alexandriae, spopondisse Aristobolo sacerdotium, sed cum moram fieri promissis et arte se ludi putaret, Alexandriam parasse nauigium atque in ipso fugae apparatu cognito per Sabbionem consilio reuocatam esse cum filio. his motum Herodem dissimulasse ad tempus iniuriam et adcelerasse Aristobolo sacerdotii conlationem, ut honoris specie paratae necis inuidiam uelaret. qua peracta, ut diximus, quasi fulmine ictus, exagitatus 4 est simul et affectati adulteri adficto a suis crimine, quod sciret Antonium promtum ad libidines, et inuelatas, ex eo quod plurimum poterat, inflammantem in omne genus amatorium cupiditates; Cleopatrae quoque inexpiabilem riualitatis praecipue dolorem immanitatemque plurimos uirorum quos segniores circa uxorum reprimendam intemperantiam conpererat interemisse. imminere sibi periculum non solum amittendae coniugis sed etiam subeundae mortis perhorrescebat. proposuit itaque ipse contendere in Aegyptum ut Antonium uel Cleopatram quam maxime metuebat flecteret. euocatum alii ferunt Antoni litteris eo tetendisse ut

XXXVII § 4 cf. BI. I 439—440 AI. (= alii) XV 64. 67

3 cui—foret *om. H* periculum $M^2a.c.$ 4 cleopatra $Ca.c.$ 5 riuali] *mg.* id. duali *m. rec. C* 6 se dec.] de decore M^2 11 mora αV promissis et] promisisset M^2H promisisse et αV promisset et Z promissis uidisset et B 13 sabbiothem M^2 sabbitem H sabionem Z sabbinionem (*alt.* b *s. l.*) $Va.c.m2$ 15 sacerdotium $M^2a.c.m3$ 16 consolationem H 18 adulterio M^2 affincto $Ba.c.$ 19 sciret *om. H* liuidines $M^2a.c.m3$ 20 inflammante αV 21 riualitates M^2 22 dolorem] *add.* atque BZ dolore H dolorum αV -que] quae $BZCV$ 23 uxorem $\alpha a.c.$ 24 interemisset *libri* 25 subeunde C 28 uocatum αV alii] *add.* Marci BZA $\overline{\text{M}}$ CV antoni (*s. l* antonii) Z antonii $M^2p.c.m3,B\alpha V$ tendisse αV

necati adulescentis causas praestaret. profecturus tamen adfini suo Iosepho, cui Salome germana regis in coniugium conuenerat, secreto aperit suspectam sibi necem propter coniugalis formae adpetentiam, quam missa sui decoris specie prodidisse mulier argueretur. id se quasi adfini negotii committere, ut si ipse ab Antonio extinctus foret, Mariammen necaret, ne merces flagitii superesset. Iosephus hautquaquam, ut arbitror, studio proditionis sed quo mulieris erga uirum sopiret querellas, quibus se adflictam diceret ardere odiis uiri, mandatum expromit atque ad affectum amantis interpretatur, quod ne mortuus quidem pateretur Herodes seiungi se ab uxoris societate. sed mulier longe aliter quam Iosephus aestimauerat ad argumentum traxit inplacatae adhuc in se crudelitatis, cuius exercendae post mortem quoque suam exsecutionem adfini proprio mandauisset. infestum illum sibi iniuria, qui suspectiones suas non argumento aliquo ueritatis examinaret sed praeruptae mortis exitio urgueret, nullum odiis finem fore quae ultra ipsum uitae ac salutis defectum extenderentur. sed Iosephus domestici mali immemor, dum alienam coniugem uiro reconciliare expetit, suae coniugis aduersum se inflammauit suspiciones, quae conloquia uiri proprii cum Mariamme, moras in aula regis haut perfunctorie ferendas arbitrabatur. denique ubi frater reuertit, insimulationem non distulit, iniuriam suam addens regalibus contumeliis, quod sibi quoque Mariamme ademisset maritum. sed Herodes, praestrictus licet, tamen hautquaquam grauius primo commotus est, nec infensum se uxori praebuit, quin etiam ui amoris infractus

XXXVII § 5 cf. BI. I 441, AI. XV 67. 68—70. 80—86, BI. I 442

2 salomae M^2BA 3 subspectam M^2 4 qua αV speciem *Ca.c.*,*A* 5 prodisse αV 6 ariannen α ariannem *V* 9 quaerellae (*eras. alt.* l *et* e *tert.*) M^2 afflictam se αV 10 exprimit $M^2p.c.m3$,*HBZ*αV ad *om.* *HZ*αV, *eras. B* 12 se *om. Z*, *suppl. m2B* 14 inplic. $M^2\alpha V$ (*l a s. alt.* i) *B* 16 suspiciones *HBZ*αV 17 argumentum $M^2a.c.m3$ aliquo *s. l. Z* 18 odii $M^2\alpha V$ 20 coniugem] cum *B a.c.* 22 uiro *CV* propria *H* proprio *V a.c.m2* arianne αV 23 et moras *B*αV morasque *Z* aulam M^2 regia *BZ*αV perfuncturie (?) $M^2a.c.m3$ 24 insimulationes *HBZ*αV 26 mariame M^2 ariannes αV demisset $M^2a.c.m3$ perstrictus αV 28 infestum αV ui] ut M^2

quodam die iurare mulieri coepit, quod tanto eam diligeret affectu, ut numquam alterius mulieris flagrauerit cupiditate, ita omnes ex animo abiecerit, ut uxori fidem seruaret. at illa: 'satis' inquit 'amorem erga me tuum mandatis quae Iosepho dederas declarasti, praecipiens ut me occideret. quomodo potest amare qui occidere potest?' amens ilico rex 6 ubi audiuit secretum suum proditum, eo cogitare coepit numquam prodituram fuisse se Iosephum, nisi captus amore mulieris mercedem proditionis stupro quaesisset. manifestatum quod diu latebat, in aperto crimen, indubiam corruptionem, non frustra excitatam sororem quae domesticam iniuriam prae ceteris deprehendisset. itaque indignatione nimia furens animique inpos exsiliuit de lectulo fugiens corruptelae turpis contagia, nec furentem capiebat aula. audiuit soror uociferantem continuoque rapiens tempus ad argumentum insimulandi, occasionem nocendi confirmauit indignantis suspiciones. inpulsus itaque dolore iniuriae, insimulatione germanae iubet occidi utrumque. nec multo post secuta est factorum paenitentia, et ubi ira 7 cecidit, amor successit, et passio resuscitata est tantusque incanduit feruor cupiditatis, ut defunctam non crederet atque in excessu mentis positus quasi uiuentem alloqueretur. et sicut ad eam quae uiueret pueros dirigebat, rogans ut depositis simultatibus ad sese ueniret et redderet se coniugali gratiae. uix denique multo edoctus interuallo temporis obisse credidit, quam pro amore tamquam immortalis feminam decoris mori non potuisse arbitrabatur. tantus erat affectus circa defunctam. denique efferasse postea atque in mul-

XXXVII § 6 cf. BI. I 443 § 7 cf. BI. I 444, AI. XV 240—246

22 cf. Act. 11, 5 et sim.

1 diei M^2 diligere *Ca.c.* 4 mandasti αV 5 praecipens *Ca.c.* 7 eo *om.* $HBZ\alpha V$ 8 se *om.* $HB\alpha V$ captum αV 10 crimen in ap. quod diu lat. *B* indubia confusione (*s.* l indubiam corruptionem) *B* confusionem M^2 11 exagitatam α 12 indignationem $M^2a.r.$ 13 impos *in ras. m3* M^2 incompos *Z* exiluit *B* 15 -que *om.* $H\alpha$ 16 arguendum α insimulandi] *add.* et *HBZCV* infirmauit indignam suspicionis α, *Vp.c.m2* 18 iniuriaeque $M^2a.r.$ iuuet $M^2a.c.m3$ 19 factum α,*Vp.c.m2* 21 defuncta $M^2a.c.m3$ 22 excesso $M^2a.c.m3$ 24 simulatibus $M^2a.c.m3$ crederet α,*Vp.c.m2* 25 eductus M^2 28 et ferasse *Z*

torum necem praesentium odio fertur exasperatus, nec solum morbo animi laborasse sed etiam graui corporis aegritudine, quam ex pestilentia quoque aeris contractam aiebant. nam tractus caeli corruptior plurimis pestem creauit. unde consultis medicinae peritis siluarum secretis sese abdit et refuso paulatim uigore uenatibus salubritatem corporis ac mentis sobrietatem recepit.

XXXVIII. Haec quoque addebat miraculis suis, quibus defunctae suspiciebat gratiam, luisse se iniusti poenas flagitii et elementorum aegritudine expiatum interitum tanti decoris, excidio mundi, populorum lue unius mortem, sorte tamen inpari uindicatam, cum fructus terra abnegaret, 2 fames augeret pestilentiam. hunc Mariamme exitum tulit sobrie uiro pudica sed insolens formae conscientia. cui magnanimitas superfluebat, sedulitas deerat, ut blanditias dedignaretur mariti, secura quod nihil ab eo qui supra mo- 3 dum diligeret exitii perpeti posset. nec solum ad praesens ultionem repperit, sed etiam in reliquum hereditaria odia transmisit. cui successere filii materni doloris exsecutores pio erga matrem quidem affectu sed erga patrem impio, cum utrique parentum pari munere ius naturae soluendum foret. nec inexercitatos dolor repperit. nam diu Romae eruditi Latinis iuxta et Graecis litteris astutiam non mediocrem assumserant et absentes conperta nece matris plerisque in odium patris inpulsoribus asperabantur. regressis quoque ne conspectus quidem paterni reuerentia

XXXVIII § 1 cf. AI. XV 243. 299—300 § 2 cf. AI. XV 237—238 § 3 cf. BI. I 445—447

4 cf. Verg. Aen. III 138 23 cf. Sall. Iug. 95, 3

1 praesentium (u *in ras. m3*) M^2 solo *H* 5 abdidit *HBZαV* 6 corporĩ $M^2a.c.$ 8 hoc $M^2p.c.m2$,*HBZαV* 9 suscipiebat *BA* poenas iniusti *Ca.c.* 11 mundi] *add.* et α,*Vp.c.m2* 12 uindictatam $M^2a.r.$ uindictam *H,Ca.c.* cum *om.* α terrae α abneget M^2α,*Vp.c.m2* abnueret *HB,Va.c.m2* abnuerit *Z* abnegaret *Weber* 13 arrianne (*exp. pr.* r) *C* ariannem *A* *arianne *V* exitium *Ca.c. ut uidetur*, *A* 17 exiti $M^2a.c.m3$ perpetii *C* 18 reperit *C* 19 fili *C* 20 effectu *C* 22 inexcitatos M^2 inexercitatus *HC,Vp.c.m2* reperit *C* 24 conpererant necem M^2 25 impulsioribus α arbitrabantur M^2 aspernabantur *H* spe armabantur *B* regressi $M^2H,Ca.c.$ regressus *Aa.c.* 26 reuerentiam sedulitatemque *Z*

sedulitatem infuderat, crescebat cum aetate malitia. accessit etiam ex coniugii societate praesumptio quod alteri Salomae filia neptis Herodis, alteri Archelao genita, qui Cappadociae regnum tenebat, in ius copulae nuptialis conuenerant, nobilitas coniunctionis odiorum dederat auctoritatem. offendebatur igitur Herodes uel tacito filiorum ingenio excitatiore quam paterna pietas pati posset, quae etiam uultu frequenter laeditur. addebantur et stimuli ab his qui ab insidiis filiorum cauendum quasi solliciti crebro denuntiabant, adserentes quod ultrices materni exitii armarent manus. quibus perterritus Herodes Antipatrum Dosidis 4 filium praeferre fratribus atque ad sui gratiam uberiore affectu coepit lacessere, ardere maioribus odiis aula regia et certamine fratrum concuti, dum illi indignantur quod priuatae mulieris filius sibi in regno ortis praeferebatur. ille uersutus adulandi quo se inferiorem materno latere cernebat, eo studiosius commendare sese patri, adpetere germanos conpositis insimulationibus non quiescebat, donec ipse per se per alios quos sibi adiunxerat excluderet eos ab affectu paterno. denique regnandi his spem omnem ademit, ita ut publice condito testamento solus imperii successor designaretur. missusque Romam ad Caesarem praeter insigne diadematis omni ornatu cultuque regio fulciebatur. inde in Iudaeam regressus, aucta erga se Caesaris plurimorumque inlustrium uirorum gratia, exigui prope temporis interuallo tantum praeualuit, ut etiam matrem coniugio patris redderet, geminisque armis, adulandi arte et insimulandi uersutia, ita germanos urguere apud patrem coepit, ut pater filiis necem pararet. denique furens animi Romam petit attracto secum 5

XXXVIII § 4 cf. BI. I 448—451 § 5 cf. BI. I 452—454

29 cf. Verg. Aen. V 202

1 infunderat M^2 infuderant *B*, (*ex* infund.) *Z* 2 salome M^2V salomes *HBZ* 3 cappadochiae *CZ* 4 conuenerat *Ca.c.* 7 possit M^2*a.c.m3* 8 addebantur] adleuabantur (all. *m3*) M^2 9 crebrum M^2*a.c.m3* 11 territus *A* antipatrem *A* 15 sortis *α*,*Vp.c.m2* uersatus *H* 16 inferiore M^2H 18 simulationibus *A* se] *add.* uel *B*, et *Z* se per *suppl. m2C* 21 suecessor] soccer M^2*a.c.m3* 23 -que *om.* *α* 25 extingui M^2 26 etiam ut M^2*a.c.m3* 27 simulandi *Ba.c.* adol. M^2 29 pareret M^2 animo M^2 *om. H* petiit *ZV*

Alexandro, quem reum magici aduersum se criminis ante Caesarem statuit. ille data sibi copia deplorandae calamitatis aerumnarumque omnium, cum uideret sibi suppetere tanti iudicis auctoritatem, qui nec ab Herode transduci per gratiam posset, nec ab Antipatro circumueniri, nihil praetereundum ratus flagitia patris quadam praestrinxit modestia, ut nec urguere tamquam accusator uideretur nec occulta esse sineret, cum plurimum causam iuuaret si se ob necis maternae dolorem paternis peti odiis demonstrauisset. in talibus enim iudiciis nihil magis liberos grauat, quam naturae pietas et pietatis auctoritas. quae si aliquo traducuntur flagitio, praeiudicium minuitur, praerogatiua excluditur. ubi uero ad obiecta patris uentum, ualidis refellens adsertionibus, alienum sceleris primo fratrem demonstrauit, qui suorum esset consors periculorum, quem innoxium in crimen uocari ingemescebat. adstipulabatur purae conscientiae agendi uis et dicendi peritia. nihil sibi ac fratri reliquum honoris, sublata omnia per scelus germani patrisque facilitatem amarissime deplorabat. necem sibi inrogari, quam pater eo usque expectat, ut crimen adiciat, flagitium adiungat. quibus dictis coegit in lacrimas uniuersos atque eo sortem deduxit iudicii, ut Caesari accusatio non probaretur, pater reconciliationem amplecteretur. id gratum admodum et praecellentissimum Romano principi non solum regi inclito regnum donasse sed etiam liberos reddidisse. itaque iusto definitum examine, ut paterni iuris inuiolata reuerentia maneret et tuta filiorum innocentia, patri ut decebat, optemperarent liberi, ipse inoffensum naturae affectum exhiberet filiis, cui uellet tamen regnum relinqueret.

6 redit ex urbe Roma cum patre Alexander iudicio magis quam suspicione absolutus. uacare enim mentem Herodis ab odio filiorum Antipater non patiebatur. ipse etenim erat

XXXVIII § 6 cf. BI. I 455—456

4 iudicii M^2 6 praestrixit *H* perstrinxit α 7 occultasse se M^2 9 petitum *Bp.c.* necis (is *in ras. m3*) M^2 11 traducantur α,*Vp.c.m2* 12 praeiudicio M^2 minuetur *Z* excludetur *H* 15 quis eorum M^2 17 relictum *HBZCV* relicto *A* 19 facilitate α 20 expetat M^2*p.c.m3*,*HZCV* 25 inclyto *C* inclinato *A* reddisse M^2*a.c.m3* 26 difin. M^2*a.c.m3* ut] *add.* et *A*, (*s. l.*) *C*,*Vm2 in ras.* (sic *a. r. V?*) 31 uocare M^2 32 enim M^2*a.c.*

odiorum materia, premebat tamen studium suum contuitu reconciliatoris ne adpetitae germanitatis scenam proderet, insidias manifestaret. ubi uentum est in Ciliciam et nauigantes in Eliusam adplicauerunt, suscepit eos Archelaus opimo conuiuio gratias agens Alexandri generi sui causa, quod exemtum periculo reconciliatione etiam dignum aestimauisset. ipse etiam litteris, per suos directis, amicos rogauerat, ut generi defensioni adiumento forent, et discedenti optulit XXX talenta hospitalitatis munera atque Zephyrium adusque regem deduxit. regressus domum rex continuo populum aduocat, apud quem hoc disseruit modo. 7

XXXIX. 'Causa mihi, Hebraei ciues, et utilis et fructuosa fuit Romam petendi ut de filiis meis Caesar iudicaret, ne solus ego qui irascebar cognoscerem. perrexi ad Caesarem ut qui mihi regnum reddiderat de successore meo pronuntiaret. adiecit beneficiis suis ut quod difficile erat prope amissos filios patri repraesentaret, fratribus quod supra regnum est concordiam redderet. redeo igitur ditior quam profectus sum, didici esse melior pater, quia didicerunt filii mei esse meliores liberi, Caesaris beneficio. statuit enim ut ex meo arbitrio penderet filiorum successio; ne praerogatiua successionis superbiam gigneret, ipse mihi successorem darem quem elegissem, eum qui meruisset, eum qui patrem amplius honorauisset. imitabor Caesarem, ille enim absoluendo iuniores filios meos seniori filio pares fecit. itaque simul tres liberos hodie reges constituo, illi aetas, his nobilitas adstipulatur. nec numerus moueat, magnitudo regni et pluribus abundat. arbiter primo sententiae meae deus, deinde etiam uos accedite, quos Caesar coniunxit,

XXXVIII § 7 cf. BI. I 457 XXXIX § 1 cf. BI. I 457—466

2 reconciliationis toris *Ba.c.* 3 et nauigantes] enauigantes α,*Vp.c.* 4 eliusum *H* eleusiam *B* heliusam α 5 agentes α antipatro *H* antipatris *A* antipatri *cet.*, *corr. Gualtherus* 6 reconciliationem M^2*a.r.* 8 genero *B* defensionis *BZ* defensione *A* discendenti M^2*a.c.m3*,*H* descendenti M^2*p.c.m3*,α 9 munere *Bp.c.* zefirium M^2 gephyrium *Ba.c.* ziphryum *A* 10 rex domum α 12 causa] *add.* modo *exp. B* utiles M^2,*ZVa.c.* fructus adfuit α,*Vp.c.* 13 petendi] *add.* profectio *BZ* 14 irascebam *A* 19 didicisse M^2*a.c.m3* dici esse *H* 20 me melior M^2 liberi *exp. B* 23 eum] *add.* scilicet *B* 24 orauisset M^2 26 simul *om.* M^2

constituit pater, uos honore congruo prosequimini, ut neque inmoderatus neque infimus honor sit. aliud inflat aliud exasperat. quod cuique portionis suae meritis suppetit impertiatur. non enim tantum quis delectat eum quem supra mensuram honorat, quantum laedit eum cui debitum negat. et plerumque uterque eorum offenditur ubi praelationis adulatio est. sum certe omnibus pater, honor filiorum haut dubie patris gratia est. si tamen supra modum quis liberos meos excolat, reus est mihi etiam pro liberis meis, quibus auctor prolapsionis est. nimius enim cultus audaciae sumtus est. numquid inuideo liberis meis? absit, sed malo eos minus cum gratia posse quam plurimum cum seditione. quod enim superbiae uel rapinae est cito labitur, quod gratiae diu tenetur. unde curae erit mihi, ut sponsores concordiae adiungam liberis meis parentes amicosque, quorum hortatu mutuae dilectionis affectum induant. nam cum omnis sermo malus facile mentem audientis inficiat, tum maxime adsidua conloquia et diuturnus usus pestem animis infundere solent, quae contagio quodam in mores cohabitantium cito transeat. etsi tranquillitas morum sit, tamen ut stagnum, mite licet, uentis exagitantibus adsurgere in aestus ualet, ita bona natura inprobis monitoribus fluctuat. arbitror itaque quod in me unusquisque spem sui potissimam debet recondere, non enim quod accedit liberis meis mihi deperit. plus unusquisque tribunorum uel militum reuereri debet patrem imperatorum. ego sum, ego sum qui mercedem uniuersis rependam pro his quae etiam filiis meis detuleritis. si recta aduertero studia, factis remunerabor, maliuolentia pretium referet suum, ut apud eum quoque quem putauerit adulandum fructu excidat. uos autem, boni filii, considerate primum naturae religionem, cuius gratia et

2 infirmus *ZC* alius enim infl. (enim *m3*) M^2 3 inpartiatur M^2 4 quis tantum *Z* 8 est gratia *B* 9 etiam mihi *α,Vp.c.m2* quibus (*mg.* ał quia) *B* 12 seductione *A* 14 erit curae *B* 15 amicos quoque *H* 16 ortatu M^2 utuae M^2*a.c.m3* 18 diurnus *H* 19 solet *α,Ba.c.m2, Vp.c.m2* quodam] *add.* modo *BZ* 20 sit morum sed tamen *Z* 23 sibi *BZα,Vp.c.m2* 24 debere *H* deberet *α,Vp.c.m2* accedet *H* accidit *α* 26 reuerere M^2*a.c.m3* imperatorem *Z* 29 refert (*pr.* r *m3 in ras.*) M^2,*A* 30 fructus *H* fructum *Va.c.m2*

bestias ligat, quae etiam feras cogit in amorem necessitudinis — manet inter indomitas pecudes mutuus amor et periculis propriis redimunt suos beluae — reueremini etiam Caesarem, qui uos ex inimicis amicos fecerit; tertium me ipsum, qui rogare malo cum possim iubere: manete fratres, nolite exuere quod generati estis. do uobis uestem et cultum imperialem, sed pretiosius est quod persuadeo uestri amoris intemeratum signaculum: si pietas maneat, regnum delectat, si desit gratia, uile imperium est et plerumque noxium. ergo dum uos experiar, habetis interim non regnum sed regni honorem. si patrem dilexeritis, ius sequetur. mei tamen amorem in uobis probate: omnibus quibus delectare regnum solet ut principes potiemini, onera imperii et moles negotiorum me solum etsi nolim manebunt. et ideo uobis prodest mea uelle, quia ego quae uestra sunt et uolo et mea arbitror.' his dictis osculatus est filios, ut eos uno osculo caritatis inuicem sibi necteret. quo facto conuentum dimisit.

XL. Discessere plerique laeti, quibus placebat concordia germanitatis, sed cum fratribus reuertit dissensio eoque grauior, quo dignitas potior cui amplius inuideretur et nocendi suppeteret maior potestas. dolebant filii Mariammes aequatum sibi priuatae filium mulieris, quae regni nesciret prosapiam. contra Antipater distinctam sibi ac fratribus regni spem dedignabatur et inuidebat germanis, quibus posteriora pro primis uix reseruarentur. sed hic sese tegebat et uelabat, odio praetendens gratiam, illis consilium omne in sermone obuium etiam non quaerentibus, promtiore lingua et secretorum prodiga. quicquid locuti fuerant, apud

XL § 1 cf. AI. XVI 135; BI. I 467—472

2 domitas M^2*a.c.m3,H*α*a.c.* 3 suos] *add.* liberos α,*Vp.c.m2* reuertimini *Ca.r.,A* reuerim. *CVp.c.* 4 tertio M^2*p.c.m3,BZ*α*V* 5 malum M^2*a.c.m3* iuuere M^2*a.c.m3* 7 suadeo *HBZ,Va.c.m2* 9 est imperium *Z* 10 non regnum sed] regnum non α 11 requiretur α,*Vp.c.m2* 12 delectari α,*Vp.c.m2* 13 honera (e *ex* o *m3*) M^2,*Va.c.m2* 14 no*lim M^2, (*s.* l int *m2*) *B* 17 karitatis M^2 18 placeuat M^2*a.c.m3* 19 reuertitur *Z* 20 quo *in ras. m3* M^2 mariannes *V* ariannis α,*Vp.c.* 26 odium M^2 *in ras. m3,HB*α*V* 27 obiuat (= obibat?) *Z* obuiat *Va.c.m2* linguae M^2 28 prodigia α,*Za.r.,Vp.c.m2* fuerint M^2 forent *cet.; correxi*

Antipatrum continuo erat, multa etiam quae non dixerant simulabantur. pleraque internuntius cum incremento adiciebat. architectus omnium quibus adpeterentur fratres Antipater erat, cuius uita nihil aliud erat nisi quoddam uersutiarum conciliabulum, scena inprobitatis, argumentum scelerum, flagitiorum mysterium. subiciebat indices, subornabat testes, simulabat defensionem quasi in theatro personam fratris circumferens, ut leuiora excuteret obiecta, grauioribus cederet, quo magis patrem falleret et uehementius in fratres moueret, maximeque aceruabat arte inuidiam paternae necis paratae ut regnum eriperetur, quae regibus metu periculi suspectiora. sed ne sine repulsore minus uerisimilia regi uiderentur, ipse primo temtabat refellere, dein constringi se manifestis rerum indiciis uolebat uideri, ut perorata utrimque causa, quasi nihil iudicio defuisset, amplius pater tamquam in conuictos filios excitaretur. nulla enim res maiorem fidem adsertis dabat, quam quod Antipater fratrum defensor aestimabatur. hac fraude plurimorum captabat gratiam, ipsius quoque patris in se mentem
2 inclinabat. quicquid cotidie minuebatur fratribus de affectu paterno in ipsum transfundebatur. abducebat amicos regios parentesque et praecipue Feroram regis germanum et Salomen eius sororem alienos a nepotibus fecerat, ut non modo eos non defenderent, sed etiam adpeterent atque odissent. accedebat odiorum materia uxor Alexandri Glafyra, quae muliebriter, satis praesentium insolens, extollere sese oc-

XL § 2 cf. BI. I 473—477

1 Antip.] alexandrum $M^2HZ\alpha V$ antip. (*s.* ł alexandrum) *B* 2 pleraque] *add.* per *m. rec. Z* internuntios M^2Z,*Ba.c.*,*Va.c.m2* 4 cuius—erat *mg. V* 5 scenam *V* schenamprobitatis *Ca.c.m2* 6 ministerium *A* 7 quasi] *add.* ut *exp. V* personam (*mg.* ł fortunam) *B* 8 ff̄ (*mg.* fratrum *m3*) M^2 10 acerbabat M^2HBZ,*Va.c.m2* arcebat α acerbat *Vp.c.m2* aceruabat *ego* 11 qua M^2 quia *B* quod *Z* 12 periculis *C* suspectior *Ba.c.m2,Z* 14 deinde *V* germani festis *Ca.c.* indiciis rerum *Ca.c.* 15 defuisset] *add.* ut α,*Vm2* 16 conuinctos *HBVa.c.* 20 quodquod *Va.c.m2* 22 praecipue] *add.* fratrem *Bm2*,$Z\alpha V$ regis germanum feroram *Bp.c.* regis germanum *om.* α 23 eius] *add.* regis α (*s. l. sed eras.*) *V* 25 accendebat *BA*,M^2*a.r.*, (n *in ras.*, deb *s. l.*) *C*,*Vp.c.m2* materiam α,*Ba.r.*,*Vp.c.m2* glafira *ut infra* M^2 glaphyra *B* 26 insolens praesentium α,*Vp.c.m2* occiperat M^2

coeperat fastu superbo, eo quod omnibus praemineret prosapiae claritudine. itaque quasi dominam se omnibus qui in aula erant regia praeferebat, patrem auumque reges sibi et praecipue Darium Hydaspen materni generis apicem solita iactare contumeliisque ignobilitatis afficere Salomen regis sororem uel Dosidem coniugem, quod illis dolori sibi odio foret. ceteras quoque feminas similiter exasperare, quae regi propter decorem magis quam propter nobilitatem generis copulabantur. plurimis enim Herodes praeter regium morem etiam Iudaeorum usu quasi quadam erroris licentia delectabatur, qui figuras maiorum uitiis suis obtentui ducunt. grauabatur ergo Alexander uxoris insolentia. Aristo- 3
bolus quoque isdem quibus Glafyra sermonibus uxorem incessebat, deiecti illam status nec conferendam regiae proli, inparem Glafyrae, sibique esse obprobrio quod frater regalis generis coniugio potiretur, ipse priuatae uxoris contubernio degenerasset: demens qui conturbaret conuicio proprias necessitudines. quibus praestricta contumeliis uxor Aristoboli ad matrem ea cum lacrimis perferebat. Salome autem
conperta per filiam regi Herodi adnuntiabat. at ille monere 4
filios quam perdere commodius ratus uocatos partim imperatorie perterruit, partim affectu paterno hortatus est ut fratrem amarent neue ut hostes dissiderent, ueniam tribuens superioribus, denuntians correptionem futuris. at illi conpositis sese insimulationibus peti pluribus deplorantes, orare simul et polliceri operibus ipsis in reliquum propriae fidem defensioni daturos, tantummodo pater factum spectaret nec temere auditis crederet. non enim defuturos dela-

XL § 3 cf. BI. I 478—479 § 4 cf. BI. I 481—482

11 cf. Ambr. De Abrah. I 28; Apol. Dau. I 3, 11

2 itaque (*mg.* ł tamen) *B* 3 aulam $M^2\alpha V$ regiam αV -que *s. l. Z* 4 histhaspen *C*,*Vp.c.m2* hidaspen *A* solitam αV 5 salomon *Va.c.* 10 usum α,*Vp.c.m2* licentia *om.* M^2 13 incessabat *BVa.c.*,*Z* 16 coniunctione *Bp.c.*,*Va.c.m2* poteretur M^2*a.c m3*,*Va.c.m2* 17 probrias M^2 18 perstricta α 19 ea (*mg.* ał omnia) *B*, *om.* α matre mea *Va.c.m2*, *quae correxit* matrem salome—adn. *om. A* 20 regi *om.* $H\alpha V$ conmonere *H* 22 terruit *HBZ*αV ortatus M^2 23 dissederent (i *s. pr.* e) *H* discederent *Va.c.m2* 24 correctionem *HBZ*,*Va.c.m2* 26 proprie α 27 defensione M^2,*Ha.c.* expectaret *Ba.c.*,*ZC*

tores inprobos, quamdiu auditor credulus suppeditaret. his et talibus emollito patre, quamuis in tempore imminentem depulerint metum, maestitiam tamen coaceruarunt, quod urgueri sese a Ferora et Salome uidebant, quorum alter patruus, altera soror patris quibus defensioni esse debuerant insidiabantur. accedebat enim formido grauis, quod plurimum poterant apud fratrem. nam excepto diademate prope uniuersam regni potentiam cum fratre suo Herodes participauerat, nec mediocres utrique contulerat opes et maxime Ferorae. denique is centum annua talenta recondebat praeter eam regionem, quae ultra Euphraten sita redituum copias multiplicabat. tetrarches quoque petitu Herodis a Caesare fuerat constitutus, donatus etiam regalis coniugis necessitudine, quia sororem regiae coniugis in conubii sui sortem adsciuerat. post cuius obitum desponsata sibi seniore regis filia in gratiam successerat generi, nisi amore captus ancillulae regalis puellae copulam declinauisset. qua exasperatus Herodes contumelia ei filiam
6 tradidit, qui postea Parthico bello occidit. insimulatum tamen apud se Feroram quod uenenis adpetiuisset fratris salutem, qua suspicione ne uiuente quidem caruerat uxore, plurimorum primo et ad postremum amicorum eius quaestione exercita, uacuum eius cuius arguebatur facinoris inuentum uolens absoluit, dans etiam fugae ueniam, quod rapta quam diligebat ancilla dispositionis initae, ut ad Parthos confugeret, familiarium suorum confessionibus detegebatur. respirauerat aliquantum Alexander, dum Feroras incessitur et ipse incessit Salomen quod spopondisset nuptias suas Obaedae Sylleo, qui erat regis Arabiae pro-

XL § 5 cf. BI. I 483—484 § 6 cf. BI. I 485—487

1 auditur M^2 2 in] eo $Ba.c.m2$ 3 coacerbarunt $M^2a.c.m3,HBV$ coacerbauerunt Z coaceruauerunt $Ca.c.$ quod *suppl.* $m2V$ 5 patris] *add.* erat $\alpha,Vm2$ defensione $M^2a.c.m3$ 6 enim *s. l.* $m2B$ 7 fratrem] patrem Z 9 utrisque $\alpha,Vp.c.m2$ et *suppl. s. l.* $m2B$ 10 is] in H 12 tetharches (*alt.* h *m3*) M^2Z thetharches H tethrarces C 14 coniugis regiae B 15 concubii $Z,Va.c.m2$ 18 filiam non $Ca.c.$ 19 occiditur Z 20 se *s. l.* C ferora M^2 adpetisset $HBZ\alpha V$ 22 quaestione *om.* M^2 25 depositionis M^2 26 confugeret] *add.* et $\alpha,Vm2$ 27 aliquantulum B 28 spondisset $H,BVa.c.$ 29 obede (*in spatio uacuo*) $M^2m2,C,Vp.r.$ silleo M^2A sylaeo ZV

curator, Herodi inimicissimus. sed remisso utrique crimine 7
tempestas domus in Alexandrum incubuit atque ipsum graui
periculo inuoluit. furebat enim saeua pestis et procella to-
tius aulae Antipater, omnibusque modis et contentu etiam
propinquorum ingrauans fratrem, ita ut turbato mentis
sobriae statu instare sibi Alexandrum cum gladio pater
magnis uocibus protestaretur. uenerat in medium scena
huiusmodi, quod eunuchos III, quorum unus pocula regis
ministrare solitus foret, alius fercula cenae inferre, tertius
torum obseruare regium nec usquam discedere cum se He-
rodes lectulo conposuisset, donis uberioribus inlexisset
Alexander ad sui gratiam et turpis flagitii societatem. quo
prodito suppliciis adacti spadones obscenae ludibria libi-
dinis manifestarunt. promissa etiam amatoria tegere neque-
untes quibus sermonibus sollicitati forent et qua stupri
mercede retexuerunt, ut inuolutum dedecore parricidium
crederetur. inesse sibi iuuentae gratia formae decorem,
robur aetatis, contra inualidum Herodem et iam senecta
grauem, qui capillum inficeret, ne aetatem proderet, a quo
cum uellet regnandi ius transfunderet in se, praemiaque
polliceri ingentia et ideo eos in iuuene spem suam consti-
tuere oportere, non in decrepito sene, cui ipsa natura finem
acceleraret. quae grauiter quidem Herodem mouebant, sed 8
illud prae ceteris quod conspirare ei militarem manum
ducesque exercitus et centuriones spadonum indicio con-
pertum haberet. denique ita exagitatus est, ut nullum
saeuitiae genus praetermittendum putaret, nulli crederet,
omnes suspectos haberet. uelociores erant poenae quam
interrogationes flagitiorum et iudicium praeueniebat reorum

XL § 7 cf. BI. I 488—490 § 8 cf. BI. I 491—497

1 utrimque *Z* utrisque *α,Vp.c.m2* 2 occubuit *M²* 3 totius aula totius aulae *Ca.c.* 4 omnibus] *sequitur ras. 7—8 litt. M²* -que *om. Z, s. l. C* quae *M²* concentu *HBV*, (*alt.* c *in ras.*) *C* contemtu *Z* conuentu *A* 7 protestatur *C,Vp.c.m2* schena *α,Vp.c.m2* 8 tres *C* regi *HBZαV* 9 inferret (*pr.* r*m3*) *M²* 10 thorum *BZα* discederet *M²* descendere *Z* 13 addicti (*s. l* adacti*) *B* schenae *α,Vp.c.* 14 atoria *Ca.c.m2* 15 et *om. α, eras. V* 16 retexerunt *Ca.c.m2* 17 iuuentute *Ba.r.* gratiam *HBZ* 20 transfundere *M²* transferret in se *α,Vp.c.m2* 21 iuuenem *αV* 26 est *om. α, del. V* 29 eorum *M²a.c.m3*

exitus. rapiebantur passim ad supplicium quos aliqua incessebat suspicio. feruebant calumniae, multi uolentes regi placere deferebant reos, sed ilico etiam ipsi qui alios detulerant deferebantur et cum reis suis ducebantur ad locum poenae. itaque ecferauerat Herodes in uniuersos, ut si aliquis superesset suspectus foret, aliter rex non putans esse se tutum nisi genus deficeret humanum, insimulatis inreconciliabilis, amicis incredulus, familiaribus superbus, inmitis reis, pauidus ad omnia ut crebro sedes mutaret, noctes sine somno duceret. quis omnibus exasperatus repente Alexandrum alligatum uinculis saepsit custodiis et amicos eius in quaestiones uocauit. qui negabant inter supplicia moriebantur, rursus tacentes, quia nihil quod esset suspicionibus consentaneum confitebantur, usque ad mortem supremam exulcerati. tamen aliqui ut tormentorum et poenarum uicti acerbitate propositum adulescentibus adserebant, ut uenationi intentum occiderent patrem et ad urbem Romam sine mora pergerent, ut effugio poenae luderentur. quod etsi nullo argumento fulciebatur, tamen ad solacium studii ferocis deriuabat pater uolens uinculorum filii causas iustas
9 habere. considerans itaque Alexander obseratas aures patris ad omnem sui defensionem nec ullo modo rem posse deduci, ut de innocentia sua praesumeret, qui tantis calumniarum molibus adpeteretur, simili arte nequissimis delatoribus occurrendum putauit, ut fraudolentos et calumniae machinatores dolis circumueniret atque in calumniam reos uocaret, quorum se calumniis urgueri credidit. scripsit igitur quattuor libellos, quibus commentum sceleris quo pater-

XL § 9 cf. BI. I 498—501

1 incessabat *CV* 4 defebantur M^2 deducebantur α,*Vp.c.m2* 5 ita *HBZαV* efferauerat M^2*p.c.m3*,*HBZV* efferuerat α,*Vp.r.* ut] ubi M^2 aliquit *Ca.c.* aliquid *A* 6 se tutum (set *in ras. m3*) M^2 se *s. l. B* se esse securum *A* 10 quibus *Hα*,*Vp.c.m2* his *B* ex quîs *Z* exasperatis *C* 12 questione *H* negauant M^2*a.c.m3* 15 ut *om. B* ui *HZαV* 16 aceruitate M^2V 18 poenae (a *m2*) eluderetur M^2 poena luderetur *HBZ* poenam eluderentur (m el *in ras.*) *C*,*A*,*Vp.c.m2* 19 fulciebantur *C*,*Vp.c.m2* ferocioris *H* 20 deriuat α,*Vp.c.m2* 21 obseruatas *Ca.c.* 23 deduci (*pr.* d *in ras. m2*) M^2 25 fraudulentos M^2*p.c.m3*,*Vp.c.m2*, *cet.* 26 machinatoribus M^2*a.c.m3* 27 ergo *Z* 28 conuentum M^2

nam salutem adpetierit confiteretur, atque insidiarum huiusmodi conscios plerosque eorum a quibus ipse adpeteretur exposuit. atque isdem scripsit libellis praecipue Feroram et Salomen, quod ea quoque intempesta nocte inrupto adulescentis in quo habitaret cubiculo inlexerit inuitum et reluctanti extorserit, ut incestum patraret. transmisit ad regem libellos uelut indices flagitiorum suorum, quibus potentissimos quosque inuoluerat regis comites atque amicos. in tempore Archelaus in Iudaeam properato aduenit, ut si quid posset genero ac filiae opis auxiliique ferret. sed praeuidens apud infestissimum patrem obstructos sibi aditus legitimae defensionis arte commotionem eius repressit. nam simul ut aulam ingressus regiam est, magna uoce cum iam audiretur et uideretur ab Herode uelut furens animi uociferari coepit: 'uiuitne adhuc ille ueneficus gener meus et carpit hanc lucem? ubi quaeso est, ubi parricidale illud reperiam caput, ut manibus discerpam meis? parricidio perire debet, qui parricidium uoluit implere. quid facturus est socero qui non pepercit patri? quis demonstrabit eum? euiscerabo primo scelestum, adiciam filiam bono sponso; etsi sceleris non fuit conscia, non est tamen aliena contagii, quae parricidae coniugio potiebatur. non agnosco filiam quae artes non deprehendit mariti, quae se non talem exhibuit socero nurum ut subiectum filium patri redderet. ego illam non ad sceleris ministerium coniunxi sed ad consortium matrimonii, ut coheredem gratiae praestaret non criminis adiutricem. te miror, Herodes, si adhuc uiuit Alexander ille insidiator patris. putabam iustas illum iam poenas dedisse,

14 cf. Verg. Aen. V 202

3 idem M^2 inscripsit *BZV* praecipue] *add.* et *H*,(*s. l.*) *B,Z,V a.c.* 7 potissimos *B a.c.* 8 reges M^2 *a.c.m3* 9 tempore] *add.* illo *Z* 10 genere M^2 12 legitimam defensionem M^2 defensionis] *add.* sua *Z* commonitionem M^2 eius *s. l. m2B* 13 est regiam *C a.c.*,*A* 14 iam *s. l. C* 15 uociferare *B p.c.* coepit *om. H* ille *om.* M^2 16 lumen *H* 18 quia *A*,*CV p.c.m2* 19 demonstrauit *M a.c.m3*,*AV* 20 primus M^2 21 est] fuit *H* contagio *Z* 22 coniugium M^2 *p.c.m3* contagio *A* patiebatur M^2,*H a.c.* 23 non se *α*,*V p.c.m2* exibuit M^2V 24 patris M^2 *a.r.*, *B p.c.m3* 25 iunxi*HZαV*,*B p.c.* 26 praestarem *Z* 27 adiutorem *A*

quem differri non oportebat: quid enim diutius seruaretur confessor ausi parricidalis? sed fortasse hoc quoque diuinae fuerit prouidentiae, ut amborum parentum iudicio condemnaretur qui in te laesit utriusque pietatem. non me negabo ultorem, qui me ultionis exactae praedicatorem parabam, sed nec filiam excipio, quam infaustis nuptiis ipse despondi te sponsorem secutus. non enim ego illam mariti moribus sed fidei tuae tradidi. reddat causas quod uadem suum dissimulauit, maritum dilexit. de utroque nunc nobis iudicium est. si firmus exsecutor tanti doloris es, accingere; pater, sequestra pietatem, non optandum quidem officium patribus sed non dissimulandum. si te pietas mollit, inflectit natura, mutemus uices ut ego in tuo filio et tu in meo pignore ministerii mutui simus exsecutores.' huiusmodi oratione circumferens transduxit Herodem atque a furore animi paulatim intentionem eius molliuit, ut quasi conpatienti atque unanimo sese crederet et daret ei libellos legendos quos Alexander conposuerat. at ille singula quaeque aduertens ubi intellexit magis dolore congesta quam fide nixa, profundo consilio minuere paulatim inuidiam temtamenti parricidalis atque obiectorum causas in eos qui descripti fuerant et maxime in Feroram coepit transfundere. itaque ubi aduertit regem a sua sententia non abhorrere: 'considerandum', inquit, 'ne forte adulescens magis tantorum improborum insidiis adpetitus apud te sit quam tu ab adulescente. quid enim causae erat, ut tuam adpeteret uitam, cui regni honorem concesseras, regnandi ius reseruaras et spem successionis? quid expeteret quod habebat, aut quemadmodum tantis muneribus ingratus foret? quidue aliud ageret in tua

XL § 10 cf. BI. I 502—503

1 diferri *M²B* differre *HVa.c.* seruatur *Ca.c.* 6 dispondi *M²Z* 8 tradidit *M²a.r.* 9 nobis nunc *Ba.c.* 11 pietate *M²* 13 et *om. HBZαV* 15 circumfremens *H* fremens *s.* ferens *B* ferens *in ras. m2V* heroden *M²H* 16 emolliuit *HBZαV* 17 uno animo *Z,Va.c.m2* legendos *s. l. B* 20 temtamenti *om. M²* 22 feroran *ZV* 23 considerandum] *add.* est *B* 24 adproborum (appr. *m3*) *M²V* ac probrorum *α*, (probor.) *Vp.c.m2* 25 apud] in *M²* 26 causa *Z* 27 honore *M²a.c.m3* regnandi—reseruaueras *mg m2V* reseruabas *M²p.c.m3,BZ* reseruaueras *α,Vm2* 28 quemammodum *C* 29 quidue *add.* ro *s. l. B* qui uel *α*

nece, nisi ut suum affectaret periculum, quod te uiuo metuere non posset, defuncto timeret ab his utique, a quibus etiam sub patre positus propriae salutis excidium perhorresceret? patet ista aetas fallaciae, facile decipitur et fraudolentorum insidiis circumuenitur. uix resistit dolis aetas senilis, plerumque tamen et senum prudentia circumscribentium uersutiis inretitur. ergo si maturior usus saepe affectus est, quid mirum si aetas inmaturior adesse non potuit sibi, cum insidiantium cateruis perurgueretur?' illos igitur perturbatores regiae domus esse, illos incitatores adulescentium, seminatores discordiarum qui in desperationem salutis deduxerint adulescentem, ut stomacho magis indulserit et ultioni potius quam absolutioni intenderit, aliquid 11 etiam impertierit commotioni. quibus paulatim inflecti Herodes coeperat et mollire indignationem circa Alexandrum, at uero in Feroram commoueri uehementius, quod illis quattuor libellis ipse omnium flagitiorum minister et totius scenae architectus exponebatur. qui uidens regem Archelao mentem suam inclinauisse atque in eum prae ceteris propendere gratiam interioris amicitiae, ad ipsum se contulit obsecrans ut animum sibi regis conciliatum redderet. uerum ille innexum plurimis scelerum uinculis, quibus euidenter regi parasse insidias conuinceretur atque adpetisse adulescentem, nullum habere aiebat ueniae locum, nisi deposita infitiandi uersutia quae obiecta sibi fuerant confiteri germano sui amanti atque ab eodem poscere sibi indulgen-

XL § 11 cf. BI. I 504—505

1 uiuum (*s. l.* uiuo) *Z* uiuente *Cp.c.,A,Vp.c.m2* 2 ab] ad M^2*a.c.m3* 3 patre *s. l. m2C* excidi**um M^2 4 fallaciae *om. H, s. l. B* fraudolentorum M^2*a.c.m3* fraudul. *cet.* 6 circumscribitur *A* 7 uersutis *HBV* uersutus *ZA, add.* insidiis (*cf. l. 5*) M^2*HBZ* inretiatur M^2*a.r.* 8 affectus] labefactatus *HBZαV* inmatura *Z* 9 sibi] ubi M^2*; an* ubi *recipiendum*, cum *expungendum?* 10 praeturbatores *B* proturbatores *A* 14 commotio *Ba.c.m2* paulim *Ca.c.* inflexus *A* 15 et *om. A* molliri M^2*a.c.m3* emollire *A* indignatione M^2 16 uehementius—totius *om. H* 17 flagitiorum *s. l. m2C* 18 schenae *C,Vp.c.* 19 proponderare *HZ,* (ra *s. l.*) *C,* (ra *m2*) *V* praeponderare *BA* 20 gratia *HC,Va.c.m2* 21 regis sibi *B* 22 plurimum sceleris M^2 23 parasset (e *ex* i *m3*) M^2 24 aiebat] *add.* spem *BZ* 25 sibi *s. l. Z* 26 germanusui (-ano sui *m3*) M^2 suo *αV* amanti] mandati M^2

tiam non dubitauisset. huiusmodi sese actioni quibus posset
12 studiis non defuturum. mutata itaque ueste suffusus lacrimis, specie miserabili fratris inhaerens uestigiis orare ueniam, inprobitatem fateri, omnia de quibus argueretur non abnuere sed recognoscere, dementiam sibi causam fuisse tantae prolapsionis, quod nimius in eo furor amoris dilectae sibi mulieris exaestuasset. statuto itaque Ferora suorum flagitiorum accersitore pariter ac teste tamquam pro mercede conpositi quod in usus suos cederet argumenti, Herodem Archelaus deprecabatur, ut naturae contemplatione molliret iram fratrique ignosceret supra uindictam constituens ius naturae. nec mirum si in maximis regnis tamquam in magnis corporibus saepe aliqua pars ferueat, quae non incidenda sed mollioribus sit curanda medicamentis. sibi quoque multo grauiores conpositas a germano insidias, sed remisisse se necessitudini quod debebatur dolori, ut quo magis poenam leuaret ingrati eo amplius causam grauaret.
13 cum haec atque huiusmodi alia subtexeret, mitigauit quidem Herodem ut germano remitteret, sed ipse tamquam inexorabilis genero manebat. denique minitabatur quod diuelleret ab eo filiam tantisque infremebat indignationis suae motibus, ut ipse Herodes satis expiatum filii aduersum se facinus arbitraretur ultoremque suarum iniuriarum rogaret atque ipse pro reo suo apud socerum interueniret, quo de integro renouaret nuptias. perseuerabat Archelaus, cui uellet Herodes alii nurum suam iungeret praeter Alexandrum, cuius causa etiam uxor traduceretur, atque ea arte multo amplius inpellebat Herodem, ut ille filium sibi reddi-

XL § 12 cf. BI. I 506—507 § 13 cf. BI. I 508—510

1 dubitasset *Z,Ca.c.m2* se *Z* 3 miserabilis *H* ueniam orare *Z* 4 de *om. M²* 5 causam sibi *HB* 6 anteprolapsionis *Z,Va.c.* prolaptionis *C* amores *M²a.c.m3* amore *BZ,Va.c.m2* 8 accesitore *M²* accessit ore *A* 9 heroden *M²a.c.m3,H* 11 iram—ignosceret *mg.Vm2* 12 iustum *M²a.r.,HZCV* 13 saepe *s. l. B* 14 melioribus *H* sit] sed *M²a.c.m3* 16 se *om. HZα* necessitudine (i *s. ult.* e) *H* ut *om. α* 17 ingrato *M²a.c.m3* 18 miticauit *M²* 19 ipse *om. M²* 21 infremebant *Ca.c.* 22 montibus *Ha.c.m2* 23 iniuriam *M²a.c.* 24 quod *HαV* 25 de] e (*add.* x *s. l.*) *V* ei *α* ei de *H* renouaretur *CV* renouarentur *A* nubtias *C* perseuerabatur *H* 26 alexandro *H,Ba.c.* 27 causa *om. H* 28 heroden *M²C*

tum putaret, si coniugium eius non solueretur, quod ille uxorem inpense diligeret, ex qua etiam filios suscepisset dulces auo, gratos parentibus. hoc munus restituti sibi filii fore, quia non mediocri ex parte bona uxor uiri sui reprimeret errores aut conpensaret officiis inuidiam flagitiorum. quae si ab eo diuelleretur, nullum remedium uiro futurum quin praeceps in omne rueret nefas. molliores enim fieri solere scelerum praesumtiones quae domesticis affectibus reuocarentur. uix tandem Archelaus inflexus reconciliatur ipse genero atque eidem reconciliat patrem. hoc consilio eripuit generum neci, ut pro mercede acciperet eius absolutionem, dum condemnare se simulat quam interuenire, pro quo si intercedendum putasset, haut dubie nihil inpetrauisset. addidit oportere eum Romam pergere purgatum quae in eo pater suspectauerat, quoniam omnia ipse scripsisset Caesari. quod aeque compositum reor, ut hoc genere Alexander cum se purgasset Caesari commendaretur atque Antipatri paratae fratribus insidiae patescerent.

XLI. Hoc consilio soluta factio et conuersio facta in laetitiam, instauratum conuiuium initae indicium reconciliationis, cuius auctori Archelao LXX talenta et sedile aureum gemmis insignitum electi quoque eunuchi regali conferuntur magnificentia, et concubina, cui Pannychi nomen erat, dono datur atque accipitur. similiter et propinqui monitu regis clarissimis donis Archelaum munerabantur, nec quisquam familiarium eius exors muneris fuit, quibus omnibus suis Herodes pro uniuscuiusque meritis plurima inpertiebat. prosecutus est etiam cum potentibus suis usque ad urbem

XLI § 1 cf. BI. I 511—512

7 cf. Horat. Carm. I 3, 26

2 suscepisset] *add.* et M^2Z 7 qui∗in *B* qui *Va.c.m2* in omne *s. l. m2Z* omni α reuerteret M^2 8 praesumsiones *C* 9 tamen *Z*,*Va.c.m2* inflexis *C* 10 idem (i *m3*) M^2,*Z* 12 condemnaret M^2 sese $H\alpha$, *Vp.c.m2* 14 purgatum] *add.* ab his *BZ* 15 in eo *om.* M^2 omnia *om.* α 18 antipat(h *A*)ris αV in] et *Va.c.m2* 20 laetitia M^2,*Va.c.m2* instauratur *HBZαV* conuiuum $M^2a.c.m2$ 21 archilao $M^2a.c.m3$ 23 pannichi M^2 pannychis *HBZV* pannycis *C* pannicis *A* 24 datur dono *Z* 26 eius *s. l. m2C* exsors *C* 27 suis *eras.* M^2, *om. HBZ*

Syriae splendidissimam Antiochiam nomine in regnum suum
2 regredientem. euaserat Alexander nisi se inmersisset in Iudaeam uir Archelai artibus longe exercitatior, Lacon genus Eurycles nomine, nimie cupidus opum earumque pro negotio contemtor, ubi maiora potiundi spes refulgebat. denique non contentus Laconicis facultatibus in effusiones regias animum intenderat uenandique artifex Herodem opimis adorsus muneribus remunerationi amplissimae locum parauit, longeque uberiora quam optulerat adeptus tamen non satiabatur, nisi cruentus atque inpiis factionibus gratiam sibi regis emercaretur. itaque more quodam usuque Graecis familiari regem adulando praedicandisque omnibus eius, non solum quae laudis aliena sed etiam inuoluta uitiis forent, in intimam eius amicitiam breui peruenit, ut inter primos secretorum arbitros eligeretur, adstipulante etiam patriae praerogatiua, quod Spartiatas Iudaei cognato sibi
3 genere copulatos pro fratribus habent. is ubi regiae domus uitia cognouit, suspectum animum patris fratrumque inter se odia, nouis artibus carum se omnibus simulans quasi fidus singulis habebatur, sed pro ingenio regis aut munerum merito sua studia formabat, ut adiunctior esset Antipatro, Alexandrum dolis atque insidiis circumueniret, familiari specie utrumque exasperans, illum praerogatiua aetatis regno debitum, istum materni generis praeditum nobilitate iure superiorem, neque cum uilissimae corruptelae pignore aequale illi consortium. quibus captus Alexander utpote

XLI § 2 cf. BI. I 513—515 (I Mach 12, 6 et sqq.) § 3 cf. BI. I 516—525

1 anthiochiam M^2A 3 archelai *s. l.* B archilai C lagon M^2 lachon α,$Vp.c.$ 4 genere BZ eulicles M^2,$Ap.c.$ euricles ZV eulycles C eulacles $Aa.c.$ nomine nimie] non minime M^2 earum quae M^2 5 nigotio $M^2a.c.m3$ negio C 6 lachonis C lachonicis $Cp.c.m2$,A,$Vp.c.$ 7 intendebat H heroden $M^2a.c.m3$,$Cp.c.$ muneribus adorsus opimis B 9 obtulerat M^2 10 cruentis HBZ,$Cp.c.m2$,AV 11 regis *s. l.* B emercabatur M^2 mercaretur Z,$Va.c.m2$ 12 grecis M^2 adolandum $M^2a.c.m3$ 13 uitis $M^2a.c.m2$ 16 sparthiatas M^2C 19 odia—se *suppl.* $m2V$ 21 adiunctor (*eras.* nc) M^2 Antipatro] archelao $M^2HZ\alpha V$ antipatro (archelao *s. l. sed eras.*) B; *eadem correctura et ras. in* B, *mendum idem in cet. toto capite* 22 dolis circumueniret atque insidiis $Ca.c.m2$ familiaris α 24 istum *suppl.* $m3M^2$ 26 cappatus $Ca.c.$

adulescentior, qui delectaretur his quae dicerentur sibi, non perpenderet illa, quae rursus de se apud Antipatrum conponerentur, effudit sese mercennario Antipatri et proditori sui aperuitque mentem lubrico ingenio affectuque incauto, patrem sibi auctorem malorum conquerens, qui matrem eripuerit, regnum decolorauerit, quod sibi ab auo ueterisque prosapiae infulis debitum cupiat auertere. fraudari legitimos iure successionis, praeferri spurium stupri mercede, sed non diu quietura iudicia dei, ut qui uxorem innocentem necauerat non etiam ipse propere parto per coniugem imperio defraudaretur. quae sine mora Lacon ad Antipatrum deferebat, circumuento etiam Aristobolo ut eiusdem querimoniae laqueis innecteretur, et pretio coaceruata regi insinuabat dicens silentio se premere nequiuisse tam immane facinus et pro hospitii munere gratiam se lucis repraesentare, quam ereptum ire filii pergerent, quos nisi ipse simulatione fidelioris consilii reuocauisset, iam dudum Alexandri gladio interfectum patrem regnumque indignis heredibus uacuefactum. neque Alexandro religioni esse parricidalem atrocitatem, qui maximi sceleris loco duceret, quod adhuc aui matrisque necem inultam haberent. conueniri se ac perurgueri peremtorum querellis, ut tam atrox flagitium ulciscerentur: deberi sibi inferias interfectorum, exigi sanguinem; successionemque eorum non oportere contaminari, ut ab eo qui maiores eorum occiderat regnum adipisceretur. renouaturum se iudicia Caesaris non simili ut ante reuerentia, sed ut Caesar ipse cognosceret omnia secreta regis,

1 dicuntur *H* 2 perpendere *α,Vp.c.* 3 proditoris *α,Vp.c.m2* proditoris ui M^2*a.c.m3* 4 suo *B* 5 conquaerens M^2 6 decolauerit M^2 ueterisq. (q. *in ras.*) *C* 7 fraudare M^2*a.c.m3,H,Ca.c.,Ap.c.* (*ex* fraudere) 9 quieta *Z* 10 partu *Mp.c.m3* parto (*s. l* parato) *B* coniugem] *add.* eam *α,Vm2* 11 lachon *α,Vp.c.* 13 coacerbata M^2*HBZ* coaceruata—silentio *mg.m2V* 14 se sil. *B* se *s. l. Z* nequiuisset M^2*a.r.* nequisse *Ca.c.* 15 gratiam munere *Ca.c.* gratia hospitii munere *A* se *om. A* representaret M^2*a.r.* 16 irae M^2*A* pergere *Va.c.m2* 17 reuocauisse M^2 iam dolum M^2*a.c.m3* religionis *α,Vp.c.m2* 20 ducerent *α,Vp.c.m2* 21 indultum *A* haberet *BZα* 22 ut] ni (n *in ras. m3*) M^2 23 ulcisceretur *BZ,Ca.c.* debere *Z,Vp.c.m2* interfectorem *V* exegi *V* exigui *α,Vp.c.m2* sanguinem *om.* M^2*HZαV*, *exp. B* 25 adipiscerentur *C,Vp.c.m2*

quaesitas sanguine opes, prouinciam labefactatam. repeti-
turum se ab inferis auum matrisque acerbissimam necem
demonstraturum, ut successor alienus in regnum subroga-
4 tur. excitauerat regem Eurycles, Antipater tamen parui
aestimans unius suggestionem alios quoque accusatores fra-
tribus subornabat, qui dicerent cum ducibus quondam
equestris exercitus Iucundo et Tyranno sermonem initum,
conpositas regi insidias dolore decessionis, in ceruicibus
periculum nisi mature caueret. denique non distulit Hero-
des ilicoque raptos seuere interrogat, sed nihil illi de qui-
bus arguebantur confessi reperiuntur. et quia inpune tam
grauia simulabantur apud eum, qui criminum se uindicem
profiteretur, et neglegentem calumniarum, non deerant qui
huiusmodi insidias machinarentur, quas acceptiores patri
fore crederent. nam et epistula prolata est quasi ad castelli
praepositum ab Alexandro et Aristobolo data, ut occiso
rege confugiendi sibi potestatem faceret, donec se armis
aduersum insectantes munirent ceterisque subsidiis defen-
sionem pararent. excruciatur castelli praepositus et nihil
5 fatetur. nihilominus tamen haut ullis affectati sceleris indi-
ciis extantibus quasi rei Alexander et Aristobolus dantur
custodiae. Eurycles quinquaginta donatus talentis auctor
6 salutis ac uitae habetur. dignum est nec Coum silere, qui
Eurycli tempore in Iudaeam transmiserat fidissimus ami-
corum Alexandri, quem rex quasi conscium temtamentorum
illius interrogandum putauit, utrumnam uero congruerent
quae Spartiates de adulescentibus intimauisset. uerum ille

XLI § 4 cf. BI. I 526—529 § 5 cf. BI. I 530 § 6 cf. BI. I 532—533. 531

1 labefactam *HZ,Va.c.m2* 2 aceruissimam M^2AV 3 demonstraturum] *add.* se *eras.* *B* 4 euricles M^2BAV 7 iocundo *HBZ* sermone inito *A* 8 insidias] *add.* in *eras.* *B* dolore] docere M^2 9 periculum] *add.* fore *B* naturae M^2 11 arguebantur] interrogabantur *H* repperiuntur M^2BZAV 13 calumniarum neglegentem α,*Vp.c.* deerat *CV,Aa.c.* 15 epistola M^2*p.c.m3,HBZAV* 16 aristhobolo *C* 18 insectatores α, *in ras.* *Vm2* 20 nullis *C* nulli *A* 21 rei *in ras.* *m3*M^2 22 euricles $M^2\alpha$ 23 coum *om.* α, *exp.* *V* eum M^2, (*mg.* ał coum) *B* 24 euricle M^2 eurycle *H* in Iudaeam] inuidiam *Ca.c.* 25 conscius *H* consocium α 26 utrum non *A* 27 sparthiatis M^2 sparthiates α spartiatis *Z,Va.c.m2* aestimauisset M^2, (*s.* intimauisset) *B*

nihil se de illis quicquam eiusmodi cognouisse sacramento interposito fidem fecit, sed adulescentibus nihil profuit. a se quaestionem depulit, ne minueret delationis inuidiam et euacuaret Eurycli fraudolentiam, si seuerius interrogatus negaret. quasi indignus igitur cui crederetur ab Herode excluditur. bonus enim pater accusari filios libenter audiebat, non sinebat defendi, delectabatur cum adpeterentur, offendebatur cum purgarentur. denique Spartiates ditatus regalibus praemiis ubi tamen Achaiam attigit, calumniarum pretium luit. Salome cum purgare sese nequiret quod 7
Sylleo Arabi pepigisset nuptias, ubi generi secretum prodidit monentis, ut consuleret sibi quo fratris commotionem euaderet, eo quod spe futurae coniunctionis consilia regis Arabis adnuntiare suspecta arcesseretur, delicti gratiam meruit et omnem saeuitiae regalis in adulescentes procellam intorsit, quo ultimo atque ineuitabili naufragio demersi poenas dederunt. uinciuntur itaque et quod ipsis erat durius uinculis a se fratres separantur, missisque Volumnio militiae magistro atque Olympo ex amicis regis uiro arguuntur apud Caesarem. at ille offensus licet, quia filiorum supplicia pater posceret, negandam tamen patri non arbitratus potestatem in liberos suos licentiam dedit, sed consilium adiunxit adserens melius consulturum, si proximorum regis eorumque qui praeessent prouinciis concilium congregaretur et iudicio communi procederet interrogatio, utrumnam aliquae patri insidiae paratae a filiis forent; et si conuincerentur intentati parricidii, ferirentur, sin uero fugae aut leuiorum ar-

XLI § 7 cf. BI. I 534—537

1 illis *in ras. C* 4 et] ut α euacueret *V* euacuaretur α euricli M^2A fraudulentiam *BCV* siue uerius *H* 6 accusare *Z* 8 cum] si *HBZαV* purgabantur *A* sparthiates $M^2\alpha$,*V.p.c.* 9 achim M^2 10 salomae M^2*p.c.m3* 11 illeo *A* peregisset M^2 pepegisset *HBA* 12 consulerent *Z* quo* M^2 13 Arabis] *dat. plur.* 14 accersiretur αV derelicti (*exp.* re) *C* gratia *Ca.c.* 15 saeuitiam M^2*a.c.m3* 16 quod αV inaeuitabili M^2 dimersi M^2*p.c.m3* 19 olimpo M^2HA regiis M^2*p.c.m3*, *Bp.c.* regi regiis *H* uero M^2*a.c.m3* 21 negandum M^2BA,*Ca.c.* arbitratur M^2*a.c.m3* pater M^2 22 dedit licentiam *HZαV* dedit itaque licentiam *B* 24 praeesse (es *in ras. 4 litt. m3*) M^2 consilium *H* 26 et *om.* αV 27 fuga M^2*a.c.m3*

8 guerentur, esset uindicta moderatior. hac permissa sibi Herodes parricidii potestate sed iudicii condicione, etiam moderationis admonitus ad urbem ilico Beryton properat, quam iudicio celebrando Caesar praescripserat. conueniunt praesules prouinciarum secundum scripta ad se data a principe Romano Caesare. Saturninus legatique considunt inter quos et procurator Volumnius, deinde cognati amicique regis, Salome etiam et Feroras et Syriae primores. Archelaus solus excipitur rex Cappadociae suspectae in generum accersitus gratiae, cum accusatores adulescentium insidiatoresque iudicium repraesentarent. sed quae iudicii species, ubi rei adesse sibi non permittebantur et absentes accusabantur? aduertebat enim Herodes quoniam si tantummodo uiderentur, absoluerentur prona hominum condicione ad misericordiam, maxime ubi naturalis esset gratiae praerogatiua, deinde si ulla copia defensionis Alexandro permitterе-
9 tur, quod obiecta facile dissolueret. itaque relegatis illis in uicum Sidoniorum quasi in praesentes accusatio dirigebatur. obiciebantur a patre insidiae sibi paratae, nulla probatio deferebatur, nulla indicia temtamentorum. haerebat accusator quem nullus redarguebat; destitutus undique congregabat in inuidiam contumeliarum genera, quae grauiora morte ab his qui consederant aestimarentur; sed nemo discutiebat, nemo examinare audebat quod a patre arguebatur, a rege imperabatur. praeiudicabat pietatis species, terrebat ius potestatis. interrogat sententias securus uictoriae, nescius quod in huiusmodi iudicio aerumnior esset qui uinceret, quam illi qui tam acerbe addicerentur. Saturninus condemnat adulescentes quia aliud non licebat, sed

XLI § 8 cf. BI. I 538—539 § 9 cf. BI. I 539—543

2 Herodes] *add.* non *HZαV* sed] se M^2 et *B* 3 beriton M^2H berython *α* (h *s. l. C*)*V* 6 saturnilus M^2HZ 8 Feroras] stroras M^2*a.c.m3* 9 rex Cappadociae] ex cappadocia M^2H cappadochiae *C* 10 arcessitus *HBZ* 18 uico *B* 19 obiciantur M^2*a.c.* 22 in *om. HαV* genera] *add.* iniuriarum M^2H,*B a.c.* contum. iniuriarum genera *Bp.c.*,*ZCV* 23 considerant M^2Z aestimaretur M^2 aestimabantur *Ba.c.* 25 impetebatur (te *in ras.*) *B* 26 tenebat *Z* sententia M^2*a.c.m3* 27 einsmodi *HBZαV* iudicio (o *in ras. m3*) M^2 aerumniosior *A*,*Cp.c.m2*, (*ex* aerumnior suo) *Vm2* aerumnosior *HBZ* 28 acerue M^2A saturnilus *HZ*

moderatur sententiam cauendum adserens ne peremtis duobus ex tribus fratribus tertio fratri adscriberetur mors duorum. timide quidem sed causam locutus est, quod ille esset auctor fratribus periculi. secuti sunt eum pauci ex pluribus. Volumnius autem funesta inmurmurat et post eum omnes, uolentia regi tali auctore pensantes, mortis sententiam diuerso quidem affectu sed pari sorte expromunt, quibus hoc aut adulatio extorserat aut odium infuderat, ut aut regis affectaretur gratia aut parricidae crudelitas grauiore poena afficeretur, qui in uictoria sua tam amarum de se triumphum reportauisset. nemo tamen quasi factum horruit et quasi commotus pronuntiauit. scenae etenim species erat, non iudicii disciplina condemnare absentes, condemnare sine teste, sine indice, solo naturae priuilegio, quod ad salutem magis quam ad periculum deriuari soleret. stupebat omnis Syria atque omnis Iudaea et attonitis mentibus tantae tragoediae finis expectabatur. quamuis enim nota esset Herodis crudelitas, nemo tamen credere poterat, quod usque ad parricidium perseueraret. at in illo effera uis animi nec mari nec terra cohibebatur. itaque tamquam usu triumphantium, ut per diuersa filios traheret, Tyrum urbem inclytam petit, inde in Caesaream nauigio transmisit, spectaculum miserum parricidii circumferens, donec color ullus acerbissimae necis filiis inueniretur. mouebatur omnis exercitus sed metu indignationem premebant. erat in exercitu regio ueteris militiae uir Tiro nomine, filium habens coniunctum Alexandro, indulgentissimus pater atque ob ea pignori carus, quoniam popularis quaedam pietatis est gratia et maxime in suos inlex dilectionis: circa adulescentes

XLI § 10 cf. BI. I 544—546

2 ex tribus *om. H, s. l. B* 4 fratribus auctor *HBZαV* eum] etiam *H* 6 uiolentiam *Bp.c.* uiolentia *Z* regis *B* 8 extorserat] *seq. ras. circa 15 litt. in qua fuit:* et pestem . . . M^2 9 affectarent *H* grauior *Vp.c.* 10 efficeretur *αV* uictoriam suam M^2*a.r.* 12 enim *Z* 13 indicii *CV* *alt.* condemnare *eras.* M^2 15 díriuari M^2, (i *ult. ex* e) *B,Z* stupebant *C,Va.c.* 16 tantae] *seq. ras. 8 litt.* M^2 21 pertraheret *C, Vp.c.m2* tirum *A* inclitam M^2 22 transmittet *αV* 23 ullus] *add.* aliquis *eras. B* 24 aceruissime M^2A 25 metus *B* premebat *BαV* 26 tyro M^2 *BZCV* thiro *A* 28 popularis] *add.* est *B* est *om. B* 29 in suos *s. l. B*

quoque filios regis studio propensior, quod ab his suus filius diligeretur. qui supra modum concepta indignatione, turbatus animi, uociferari coepit opprimi iustitiam, ueritatem excludi, aboleri religionem, confundi iura necessitudinum, naturae gratiam superfluere iniquitates. ad postremum in os ipsius regis progrediens ingerebat miserum illum, qui aduersum filios suos credendum inprobissimis arbitraretur. Feroram et Salomen consilii arbitros legi: quam fidem ab his referri posse, qui se condemnatos capitis a rege frequentissime recognoscebant, aut quid eos aliud agere nisi consulere uindictae, ut destitutus idoneis successoribus ad unum inclinaret ceteris infirmiorem qui facile subduceretur, quod ipse regius exercitus odio persecuturus foret eum, cui mors soluta esset fratrum duorum? neminem esse quem non innoxiae aetatis tangeret misericordia. plerosque autem ducum indignationem suam non iam premere sed diuulgare.
11 quorum uocabula locutus finem dicendi fecit. quibus ilico cum Tirone correptis Tryfon ex ministeriis aulae regiae, cui tondendi ars atque usus suppeditaret, subito quadam animi uanitate indicium sui facit, conpositum a Tirone adserens sibique persuasum ut cum ex more barbam Herodi raderet, nouaculam gutturi eius inprimeret quoad perageret necem, idque ei maximo emolumento fore quod de muneribus Alexandri polliceretur. statuitur Tiro cum filio, exercetur de indice simul quaestio. negantibus illis, isto nihil amplius deferente, cum deesset manifesta rerum fides, nullum suppeteret argumentum, nullum indicium documentorum, Tiro iubetur uehementioribus tormentis excruciari. tunc miseratus filius supplicia patris spondet aperturum se omnia,

XLI § 11 cf. BI. I 548—549

3 uociferare *Z* 4 relegionem M^2*a.c.m3* religioni *CV* 5 gratia M^2 superflue *α*, (i *s.* e) *V* 8 ferora M^2 salome M^2 salomem *B* consili M^2 *a.c.* arbitraretur M^2*a.c.m3* 10 cognoscerent *αV* alios M^2*a.c.m3* 11 ut *om. αV* distitutos (tos *in ras. m3*) M^2 13 regios exercitos M^2 15 angere M^2*a.c.m3* 18 tinore (-rone *m3*) M^2 tyrone *BαV* trifon M^2*A* ministris *Ba.c.* 20 tyrene *CV* 21 herodis (e *ex* i *m3*) M^2,*Z* 22 quo *B* quoadusque *A* 24 tyro M^2*BZCV* de indice] deinde M^2*BZ* deinceps *αV* 25 quaestio simul *CVa.c.* 27 tyro M^2*BZCV* 29 spondit M^2*a.c.m3*,*H* spopondit *Z* aperiturum *HαV*

si salus patris sibi condonaretur, atque a rege promissa uenia suggerit quod inpulsus ab Alexandro pater necem parasset regi. id plerique ad tempus conpositum rati, ut tali pignoris indicio Tironi consuleretur, alii pro uero editum loquebantur. sed Herodes dubia pro certis adiudicauit tamquam metuens ne parricidii sibi facultas periret. con- 12
uocato itaque populo et congregatis ducibus de insidiis deprehensis motu grauissimo promit querellam atque ad mortem eorum plebem excitat, ibique Tiro cum filio pariter atque tonsore saxis ac fustibus interficiuntur.

XLII. Alexander quoque et Aristobolus missi ad urbem Sebasten quae non longe aberat ab urbe Caesarea strangulantur imperio regis. hunc finem habuere filii Mariammes. quorum interitu non longum laetatus, successionem sibi re- 2
motis illis Antipater indubie blandiebatur, sed in eum totius gentis mox graue odium exarsit, quia apud omnes patebat eius factione fratres occubuisse. etiam successit non mediocris timor consideranti quam multiplex in dies adolesceret interfectorum prosapia, cum Alexander ex Glafyra genitos sibi Tigranem et Alexandrum filios dereliquisset, Aristobolo ex Beronice Salomes filia Herodes et Agrippa atque Aristobolus superstites manerent, Herodias quoque, et Mariammes filiae, quas sexus non inpediret et regni cupido exagitaret. quis rebus perterritus Antipater in fraude ac

XLI § 12 cf. BI. I 550 XLII § 1 cf. BI. I 551 § 2 cf. BI. I 552—555

1 patri *Z* patris salus *ZαV* condonatur *H* a *om. M²V* 2 suggeret *M²a.c.m3,ZA* 3 regi parasset *HBZαV* 4 tyroni *M²BZ* tryfoni *αV* consuletur *M²a.c.m2* consuleret *V* 5 loquebatur *M²* adiudicabat *Z* 6 ne] in *M²a.c.m3* 7 et *om. αV* congrecatis *M²a.c.m3* dephensis (*post* p̄ *eras.* caba) *M²* 8 ad] in *HBZαV* 9 tyro *M²BZαV* 11 aristhobolus *CV toto capite* missi *om. M²* 12 sebesten *H* sebanten *Z* sebastem *CV* sebasthen *A* strangylantur *C,Va.c.* strangulabantur *Z* 13 regis] patris *HBZαV* ariannes *αV* 14 interitum *αV* longe *M²p.c.m3* 15 indubiam *HBαV* 16 mox] non *M²* mox *s. l. Bm2* 17 successit etiam *HZαV* 19 ex] et *M²* glafira *M²ZA* 20 tygranem *BCV* tigrannen *A* 21 bernice *H* beroniche *B* salomis *B* 22 remanerent *Z* ariannen *C,Vp.c.*, arianen *Va.c.* arriannen *A* 23 quas] *add.* si (*s. l.*) *BZ* qua *Va.c.* et *exp. B* et—exagitaret *om. H* 24 quibus *Hα,Ba.c.,V* ac] ad *M²*

uersutia spem constituere et donis ac muneribus singulos sibi magis magisque oppignorare, etiam amicos et domesticos Caesaris allicere ad sui gratiam pretio temtabat. sed contra illi etiam quae domi erant in aduersum cedebant. nam rex paulatim processu temporis erga nepotes suos Alexandro et Aristobolo genitos molliebatur et facti paenitentiam praetendebat, cum eorum quorum parentes occide-
3 rat misereretur. denique congregatis et amicis et proximis suis quadam die lacrimis suffusus ora dicit ad eos: 'uideo mihi aetatem procedere et sine lacrimis aspicere non possum paruulos hos, infelicium germina patrum, quibus ego sum auctor doloris. ne peiore eos derelinquam condicione quam parentes abstuli. sed illos mihi quaedam eripuit aerumna, hos mihi magis magisque commendat natura et misericordia, altera quia nepotes, altera quia destituti parentibus sunt. errauerint in patrem filii, quid fecerunt auo nepotes? satis infelix pater fui, auus esse debeo sollicitior. temtabo post me consulere nepotibus, utinam et in filiis mihi consuluissem! uerum in illis communis hostis atque inimici obrepserit fraudolentia. cauendum est ne hos quoque illorum inuoluant pericula atque uno uulnere simul filios amiserim, nepotes perculerim. prouideamus his defensores quibus ademimus. desponsabo itaque seniori ex filiis Alexandri tuam, Ferora, filiam et te ei constituam patrem, tuo autem, Antipater, filio Aristoboli filiam, ut hoc modo fias pupillae pater. germanam quoque eius accipiet Herodes meus ex Mariamme Hyrcani susceptus filia. haec' inquit 'est mea sententia, ut inuicem sibi coeunte copula iungantur posteritatis meae successiones, quo nemo suspectus alteri sit et ipse tranquillioribus oculis uideam nepotes meos quam uidi

XLII § 3 cf. BI. I 556—558

2 obpignerare *HBαV* et] ac *BZα* hac *V* 3 alliceret *α*, *V* 8 *pr.* et] ex M^2B, *om. ZαV* 12 peiorem M^2*a.r.* eos *om.* M^2 condicionem M^2*a.r.* 13 mihi *om. H* 14 naturae misericordia *H* 16 errauerunt *HBZ* fili M^2*a.c.m3,C* 17 fuit M^2*a.r.* 18 temtato M^2 in *om. HαV* mihi] meis *αV* 19 illos *B* 20 obrepserat *Z* obrepserint *CV* fraudulentia M^2*p.c.m3,BCV* 22 defensoribus M^2 24 feroram M^2, *Ba.c.* 25 antipatro (*mg.* ter) *B* 26 puellae M^2 27 ariannen *αV* filiam *HA* inq* (*s.* it) *B* 28 coeunt M^2*a.c.m2* copulas M^2*a.r.*

eorum parentes.' quibus dictis iunxit memoratorum dex- 4
teras et osculatus singulos inlacrimauit. quod Antipater laetantibus aliis ita grauiter accepit, ut statim dolorem suum etiam uultu proderet haut mediocri constrictus sollici-
5 tudine, quod Alexandri filiis Archelai regis et Ferorae, qui tetrarchiam tenebat, suffragia suppetere cerneret ceteris ualidiora. aduertebat odia sui crescere, nepotibus autem adstipulari misericordiam. nec poterat Aristoboli filiam reci- 5
pere domo, ne, sceleris indicium, diuturnis eius conspecti-
10 bus offenderetur. adire non audebat patrem, ne ad omnes mobilem suspiciones exagitaret, si conplacitarum foedera nuptiarum soluenda existimaret. subtiliter tamen praesumsit orare ut consuleret ei pater, ne aduersus duorum potentium opes regis et tetrarchae nudo regni nomine in-
15 ualidus exponeretur, foueret certe honorem, quem conferendum filio iudicaret, ne species regni ad eum, uirtus ad illos perueniret. neque uero solos Alexandri atque Aristoboli filios suspectos habebat, sed omnes obstare sibi arbitrabatur, quicumque ex diuersis Herodis coniugibus conpetere
20 uel taciti uidebantur regni successionem, quorum frequens numerus erat. VIIII etenim mulieres regali coniugio potiebantur, ex his duae tantum sine liberis erant, ceteris suboles suppeditabant. Antipater Dosidem attollebat parentem, Herodes Mariammen, Antipas et Archelaus Malthaces erant
25 filii Samaritanae et filia Olympias, quae Iosepho iure conubii sociabatur. Cleopatra quoque Hierosolymitana Herodem et Philippum genuerat Herodi, Pallas Phasaelum. erant quo-

XLII § 4 cf. BI. I 559—560 § 5 cf. BI. I 561—563

1 iuncxit M^2 2 quo M^2 3 accipit H ut *om.* M^2 *a.c.m3* 4 mediocris M^2 6 tetharchiam M^2 tetrarciam C,V *a.c.* 8 misericordia C 9 indicium (um *in ras.*) C indicio A diurnis HB 10 offunderetur HB 11 molem $Ca.c.,A$ suspectionis αV 12 suptiliter C 13 ei] et V *a.c.* nae M^2 *a.c.m3* aduersum H 14 reges M^2 tetharchen M^2 tet (h *s. l.* C) rarce CV 16 iudicauerat A 18 trabatur $Ca.c.m2$ 20 successione αV 21 potiebatur CV 23 subpeditabat H 24 mariamme M^2 ariannen αV antipas (s *in ras. m2*) M^2 anthipars A matthaces M^2 maltaces H mathacis (*s. l* matates) B malthaches ZCV multaces A 25 filii] filiae M^2 olimpias M^2A 26 sociebatur Z sotiebatur A heroden HZ 27 filippum $M^2H,Ca.c.$ fasaelum M^2faselum HB phaselum αV

que etiam aliae regi filiae Roxane et Salome, quarum uni Phedra erat mater, Elpis alteri. supererant etiam Alexandri et Aristoboli germanae sorores quas Mariamme ex Herode
6 susceperat, sicut supra memorauimus. multiplicem itaque generationem Herodis metuens Antipater, aegre licet atque in primis temtamentis multum rege commoto, quod destitutis paterno auxilio nepotibus inuideret dispositas copularum sociėtates, ad postremum tamen effecit ut sibi Aristoboli filia atque ex ipso genitus Ferorae patrui sui filiae coniungerentur. tantum adulatione praeualuit, ut pactas
7 nuptias solueret. contra autem Salome cum uellet Sylleo nubere, ne suffragio quidem Liuiae quae uxor erat Caesaris potuit de fratre inpetrare, sed inuita Alexandro cuidam ex
8 amicis regis in nuptias conuenit. subuersis itaque dispositionibus regis Antipater, quasi is qui ut uoluerat sibi consuluisset, exultabat animo et superabat omnes uersutia. odium tamen nullo modo conprimere poterat, sed accendebat quoniam terrore affectabat sibi munimentum parare.
9 coniunxerat autem sibi cooperarium factionum suarum Feroram patris germanum, quem Herodes non multo post recusantem ab uxore propria diuelli, cui ob iniurias quas ea mulier Dosidi coniugi eius intulerat infestior habebatur, domo expulit. Feroras autem amplexatus iniuriam in partes suas concessit, quibus ut tetrarcha praesidebat, ea sane mentis intentione ut ad Herodem uiuentem numquam reuerteretur; denique, ne tunc quidem, cum eum aegritudine

XLII § 6 cf. BI. I 563—565 § 7 cf. BI. I 566 § 8 cf. BI. I 567 § 9 cf. BI. I 568. 572. 578—581

4 cf. supra I 42, 2

1 regis *HαV* roxanae *M²B* rosan *A* roxan *H,Ap.c.* soleme *A* 2 fedra *M²HZ,* (*ex* fede) *B* elpes *Ba.c.* helphis *A* etiam *s. l. V* 3 arrianne *C* arianne *AVm2* 5 antipater (*s.* archelaus) *B* archelaus *M²H; cf. p. 94 l. 21* 7 inuideretur *Vp.c.m2* 8 adfecit (af. *m3*) *M²* efficit *αV* 9 parentis *libri* patrui *Nolde, De vita Herodis p. 301* 10 coniungeretur *HBZαV* 11 silleo *M²H* sileo *A* 12 libiae *M²a.c.m3,A* lybiae *CV* 13 imperare *M²* deuita *M² a.c.m2* 19 coniuncxerat *M²* feroran *Z* 20 germanus *M²a.c.m2* multum *M²H* 21 diuellit *M²HBZAV* 22 infensior *αV* 23 domo] ac modo (ac *in ras.*) *B* expulit] *add.* nec *αV* 24 sane *om. B* 25 ut *s. l. C* heroden *CV* nusquam *H* 26 ne tunc] metu *M²αV*, (ał. metu *mg.*) *B*

graui affectum conperisset et frequenter orantem ut ad sese ueniret, quod ei quaedam quasi moriturus committenda arbitraretur, uisitandum existimauerit. qua percussus licet iniuria rex ubi praeter spem incommodum depulit, tamen fraterno affectu et uenit ad eum, ubi aegrum conperit, et sedulo conpatiebatur et defunctum Hierosolyma transtulit et magno fletu celebrique pompa funus curauit. nec tamen his indiciis sedulae caritatis conceptam exclusit opinionem, quod eum ueneno adpetisset. ita erat etiam in suos crudelis. nec difficilis fides rerum quod potuerit fratrem occidere qui filios interemisset.

XLIII. Hunc itaque unus de interfectoribus Alexandri et Aristoboli inprobitatis suae finem inuenit, a quo exordium sumens in Antipatrum poena transiuit sceleris auctorem. namque libertorum querellis, qui patronum suum ueneno interfectum adsererent, stimulatus Herodes, dum sollicitius quaerit, cognito quia ab uxore de sucis Arabiae accepisset Feroras poculum, quod amatorium putaretur, idque uenenum fuisse, quod Syllei studio traditum et ilico in pestem conuersum, in plurimorum quaestionem tetendit. unde quaedam inter tormenta de ancillulis exclamauit, ut 2 deus omnipotens in matrem Antipatri omnia supplicia transferret uniuersorum arbitram flagitiorum. per ipsam occultos conuentus Antipatri ac Ferorae die noctuque exercitos, potationes usque ad temulentiam, ut a conuiuio regis recipientibus sese totis noctibus biberetur. quod non otio- 3

XLIII § 1 cf. BI. I 581—584 § 2 cf. BI. I 584—585 § 3 cf. BI. I. 585—589

1 se *Ba.c.* 3 existimauerit (uerit *in ras.; fuit* uerat?) *B* 5 *pr.* et *om. ZαV, in ras. B* 8 captiuitatis M^2 conceptum *αV* 9 eum] *add.* frater *HZαV* fratrem *B* credulis M^2 credulus *HZ*, (*exp.* crudelis) *s. l. B* credulus unde *αV* 13 finem *suppl. m3* M^2 14 poenam *HB* transmisit *B* auctor M^2 *a.c.m3* 15 namque *suppl. m2* M^2 16 interfecto M^2 *a.c.m3* 17 sollicitus *H* cognito (*s. l* cognouit) *Z* 18 amatorum *Ha.c.* 19 fuisset *B* sillei M^2 syllae *BZCV* sillae *A* 21 inde *H* ancillis *H* exclamauit *suppl. m2* M^2 ut *om.* M^2H, *s. l. B* 22 ant(*add.* h *A*)ipatris *αV* 23 transfer ** et M^2 transferat *Ba.c.* 24 occultus M^2Z,*Ba.c.* exercitus M^2 exercitas (*s. l* ae) *Z* 25 potationum *αV* 26 uiueretur M^2 *a.c.m3*

sum nec a coniurationis uacuum temtamento, remotis praesertim seruulis et ministris, iure suspectabatur, magnumque uinculum conexionis et conspirationis indicium tam diuturnae morae, quae regibus suspectiores in solitudinis secreto et noctis silentio. ibi conpositum ut Antipater Romam peteret et Feroras in Peream pergeret. quod frequenter inter se conferre soliti prodebantur, eo quod post Alexandrum et Aristobolum in ipsorum necem sese Herodes conuersurus foret. miseros se qui putassent quod Herodes in illis parricidales cogitationes odisset: regni heredes persequebatur, sublatos esse non potestatum aemulos sed consortes miseriarum, in se periculum omne et odia transisse. ne mulierum quidem parsurum sexui, qui dilectae sibi Mariammae atque ex ea genitis non pepercisset. nullum sibi aliud remedium nisi ut longius aliquo secederent, quo tantae bestiae furori uel fuga eximerentur. adiciebantur crebrae apud matrem Antipatri conquestiones deplorantis ardere se inuidia regalis successionis, cum saeua regni super ipsum praecipue incubuerint, ut iam sustinere non queat; ultimis deditum obsequiis et postremis urgueri periculis. nec solum regnandi ius sibi perisse sed uiuendi quoque curricula euoluta temporum. aetatem sibi maturiorem, incanum iam uerticem, contra autem iuuenescere patrem, frustra sperari eius hereditatem qui fortasse etiam superstes tam diu reseruaretur. quod autem sibi emolumentum successionis futurum longaeuo heredi, cui tam multiplex Alexandri atque Aristoboli suboles uelut quaedam hydra renatis quae amputata fuerant capitibus regerminaret? et testamento patris

3 et *om. H* diurnae *H,Bp.r.* 4 suspectior $M^2HB\alpha V$ suspectio *Z*; *emendaui* 5 conpositum *om. M.²*, *s. l. m2B* 6 persidam $M^2p.c.m3$ piream *B* beream (*s.* persidem) *Z* feream *A* 8 conuersurus—Herodes *om. A* conuersurum *CV* 10 odisset] *add.* qui (qui regni *s. l. m2*) *B,Z* persequeretur *B* 11 esse] sese *HBCV* 13 passurum $M^2a\ c.m3$ parciturum $Z\alpha V$ ariannen α, (arr. *a. c.*)*V* atq.] qu(a)e αV 16 furore *Va.c.* 17 antipatris αV quaestiones $M^2p.r.$ deplorantes $M^2,Ba.c.$ 18 cum—regni *suppl. in spatio uacuo* $m2M^2$ saeuitia $Bp.c.m2, Z$ saeuam αV 21 euoluta et *B* 22 inmaturiorem αV incanuisse *BZ* 23 sperare *Ba.c.* eius $m2M^2$ 24 eius $m2M^2$ etiam] *add.* heredi *Z* superstes] *add.* heredi (*s. l.*) $B,\alpha V$ 25 futurus $M^2a.c.m2$ 27 hidra M^2A 28 germinaret M^2

etiam ius commune ereptum, ut data specie regnandi, cuius ad tempus uicarius foret, non aliquem ex suis filiis in suum imperium substitueret, sed Herodi Mariammes filio necesse haberet regnum refundere. itaque non ad fructum sibi regni speciem datam sed ad periculum, ut esset decessori suspectus, successori grauis. postremo ipsum regem longae senectutis uiuidum et intentum caedibus suorum sui esse testamenti exsecutorem, ut nemo superesset qui posset succedere. ferri odio graui in filios nec in fratrem minore, qui sibi dederit C talenta ne cum patruo suo sermonem haberet. et respondente Ferora: 'in quo enim eum laesimus? num etiam ipse successor sum?' rettulisse Antipatrum non ullas habere eum causas offensionis, sed ipsum conponere, feram esse bestiam, quae ne mortibus quidem satiaretur, nec posset perpeti ullam inter propinquos caritatem manere. 'atque utinam amissis omnibus liceret ut nudi eum tantummodo uiuentes euaderemus, sed inpossibile' ideoque sibi occulta ad tempus conloquia necessaria. fore tempus quo uterentur uirili mentis uigore et consilii uiuacitate, dexterae quoque uindicis ministerio. haec a mancipiis in supplicio 4
positis respondebantur, et credebat Herodes, maxime quia de C talentis soli Antipatro dixerat, nec ullus sermoni eius adfuerat interpres. succensus itaque indignatione rapit ad supplicium plerosque et innoxios, ne qui de obnoxiis relinqueretur. accersitur ad supplicia Antipater Samaritanus, 5
eo quod esset Antipatri procurator, et diuersis excruciatur

XLIII § 4 cf. BI. I 590—591 § 5 cf. BI. I 592–594

1 ius] huius αV dominandi *H* 2 ex] de *H* filios M^2 3 substineret M^2 ariannes α ariannis (*ex* ariamnes) *V* filios M^2 4 habere M^2 regni sibi *A* 5 spem $HB\alpha V$ dictam *H* decessoribus M^2 decessorum *B* decessor *A* 6 patrem αV longa senectute $HBZ\alpha V$ 9 minorem $M^2HZ\alpha V$ 11 enim *s. l. C* 12 successorem $M^2\alpha V$ suum αV ret(t)ulisset $M^2\alpha V$ non *s. l. m2B* nullas $M^2B\alpha V$, *Ha.r.* 13 causas] *add.* utinam amissis omnibus liceret offensionis (offensioni *Z*) $Z\alpha V$; *cf. l. 16* sed] se *Z* conponere] *add.* sed ipsam *Z* 15 posse *H* 17 modo *s. l. m2C* inpossibile] *add.* esse *B* 18 foret *CV* tempus] *add.* quoque *B* 19 uterentur (ut *in ras. m3*: *fuit* ni?) M^2 dextrae *Ca.c.* 20 uindices *Ba.c.* misterio *Ca.c.* 21 et] *add.* mancipia *s. l. m2B* 22 antipatri M^2 sermonis $B\alpha V$ 24 quid *A* de *om. A* innoxiis *H* relinquerentur *B* 25 arcessitur *HBZ* sammaritanus M^2 26 esse M^2 *a.c.m3* ant (h *A*) ipatris αV

modis. prodit quaestio missum ex Aegypto uenenum per Antifilum quendam contubernalem idque ab illo datum Theudioni amico Antipatri, per ipsum Ferorae redditum, cui regis filius Antipater exsecutionem commiserat, ut dum ipse in urbe Roma degeret pater eius Herodes extinguere- 5
tur, quo tempore nulla de absente patratae necis suspicio foret: sed Feroram in tempore uenenum acceptum uxori propriae commendauisse. recurrit altera etiam in uxorem Ferorae ueneni inuidia. iubet ilico rex Ferorae uxorem uenire, uenenum deferre. egreditur mulier quasi perlatura 10
quod petebatur et sese de fastigio praecipitat aedificiorum, quo gemini pondus criminis euitaret atque obitu praeueniret indicium rei et quaestionis acerbitatem. sed quia maturabatur Antipatro feralis ultio parricidii, non supra uerticem capitis ruit, quo casu facile extingueretur, sed in aliam 15
partem corporis decidit ut mors protelaretur. consopita erat tamen atque attonita mulier, quia ex alto deciderat loco. iubet eam paulisper recreari Herodes, donec ad se rediret, spondet ueniam si simpliciter aperiret gestorum ordinem. non de nihilo esse quod sese praecipitauerit, sed 20
magni criminis consciam conpendium supplicii quaesisse. inpunita sibi omnia flagitia confitenti fore, aut infitianti acer-
6 uanda supplicia, ipsam quoque sepulturam negandam. at illa ubi resumsit paululum: 'et cui' inquit 'adhuc ego secretorum seruabo silentia Ferora mortuo? illi enim debui fidem 25
tacendi, pro quo supplicia non recusarem si necessaria forent. sed ille nunc liber a cruciatibus et si ueniabilis erroris correctio est, liber a culpa. quid igitur inuoluere

XLIII § 6 cf. BI. I 595—597

1 prodidit αV questio M^2 2 antifili M^2HBZ antifilium αV; *corr. Weber* ab illo] per illum *B* theodioni M^2 theudoni *B* 3 ant(h *A*)ipatris αV 5 degeret in urbe roma *B* 7 ferora *codd., add.* cum *Z*; Feroram *ego* 8 commendauisset *codd.; emendaui* recurrit] *add.* et *B* etiam *om.* $H\alpha V$ iam *B* 9 iubetur αV ilico—uxorem *om.* αV 12 uitaret *B* 13 aceruitatem (m *m3*) M^2,*AV* 14 super *V* 16 mori M^2 protilaretur M^2 17 quia] quae αV 20 praecipitauerat *Ha.c.m2* 21 conscientiam *BCV* supplicium *H* 22 at *B* acerbanda $M^2HBZ\alpha V$ 23 ipsamque αV 24 ubi] *add.* spm *B* 27 libera *uno uerbo* M^2*a.c.m3* uenialis *Z* 28 correptio *libri; corr. Gualtherus* culpa] *add.* est M^2*m3*,*Z* 29 inuolueret M^2

ueritatem mendaciis cogit? aut ut Antipatro morem geram? parcam ego illi, non parcam mihi? egregiam enim mercedem debemus uiro qui nos omnes sceleribus suis in haec supplicia deduxit. audi, rex, deo praesule qui solus mihi ueritatis arbiter est, proposui enim nihil fallere, audi, inquam, sed prius repete quemadmodum adsederis lacrimans germano periclitanti, ut inpleueris omnia circa Feroram munia piae germanitatis. quibus ille inflexus, ubi discessisti, continuo me ad se reuocauit et ait: non exiguum ego mulier a fratris affectu et studio deerraui, qui oderam sic amantem mei et uolebam occidere tam inpatientem dolorem in periculis meis. ferre ille non potest fortuitum, quod ego urguebam indebitum. circumuentus sum, fateor, Antipatri dolis, sed cogitationis eius ego pretium feram. tu quod habes uenenum ab eo relictum mihi cito perfer et sub meis effunde oculis, ut uel ad inferos non feram animum parricidalem. paenituisse correctionis sit, quod criminosum est praeparauisse. cito, inquam, mulier, ut uel mortem praeueniam, quoniam culpam nequiui. tum ego detuli uenenum et in conspectu eius exinaniui, parum tamen ex eo reseruaui mihi quae te metuerem, ut esset remedium, si proderetur, paratum ad hos usus uenenum.' his dictis pyxidem cum eo 7
quod resederat ueneni protulit. subicitur quaestioni mater Antifili et frater ipsius. confitentur ex Aegypto Antifilum detulisse pyxidem plenam ueneni, quod ille accepisset a

XLIII § 7 cf. BI. I 598—600; IS. ZNtW 1908 p. 47 sqq.

1 cogit aut] cogita M^2 cogitem $M^2 p.c.m3$ cogito an B cogitant Z cogit an $H\alpha V$ 2 parcam—illi *suppl. mg. m2B* mihi parcam B parcat $M^2 p.c.m3$ 3 habemus H uero $M^2 a.c.m3$ suis *om.* H 5 ueritatis] pro ueritate Z nihil] mihi αV 6 asseris CV asserens A lacrimans *s. l. m2B* 8 munera αV 9 ad sese BZ adesse $C,Vp.c.m2$ uocauit $HBZ\alpha V$ 10 a *s. l. m2B* 11 doloris $M^2 p.c.m3,HBZ\alpha V$ 12 ille *om.* αV 13 ant(h A)ipatris αV 14 sed] *add.* eo CV ego A ego *om.* A feram] luam A 15 praefer $Va.c.m2$ et] id Z 16 parricidale M^2 parricidae CV parricidiae A 17 correptionis A sit] est A criminum αV 18 uel] ante $Ba.c.$ 19 quoniam *s. l.* B nequiui *s. l.* B 20 eo reseruaui $Cp.c.m2$ ex ore seruaui $Va.c.m2$ 21 mihi *om.* M^2, *s. l. m2B* timerem αV remedium *om.* H 22 paratum—uenenum *om.* αV paratos M^2 23 quae αV residerat A 24 anthif. A fratres M^2 antifilium $M^2 V a.r.,Ba.c.$ anthifilium A 25 ueneno $Ba.c.,V$ quod] quam Z

fratre, quia Alexandreae commoraretur sub medicinae professione. deprehenditur etiam Mariamme insidiarum conscia quae pararentur marito, idque fratribus eius inter supplicia confitentibus manifestatur. unde Herodes iunior maternae audaciae pretium luit, quem in regni successione Antipatro substitutum idem qui subrogauerat pater de testamento delendum putauit. et hic quidem non mediocris error Herodis senioris, ut alterius flagitio deprehenso alter multaretur, sed etiam Herodis iunioris non iniusta multatio. nam diuinitus praecautum uidetur, ut licet nondum facti sui merito tamen ob pretium futurae inprobitatis regno abdicaretur. nam quis eum regem perpeti potuisset, qui
8 tetrarcha tam insolens fuit ut tolerari nequiret? adicitur etiam aliud ueneficii genus, quod Bathyllus Antipatri libertus Ferorae et eius uxori detulit conpositum ex sucis serpentium et ueneno aspidum, ut si primum non conualuisset ad mortem Herodis secundo uterentur.

XLIV. Reperiuntur etiam litterae aduersus Archelaum et Philippum fratres conpositae. hi regis erant filii qui Romae instituebantur, quos Antipater ea uel maxime causa adpetebat, quod uidebat non mediocri praeditos sapientia, supra quos rex patrium animum reclinabat; denique euocauerat eos litteris ut maturius domum regrederentur. obstare itaque eos suis utilitatibus Antipater arbitrabatur atque incumbere suis artibus, ut spe adulescentium simulata omnia factionis suae studia obumbrarentur. conponit itaque epistulas nomine uirorum potentium, quos Romae positus

XLIII § 8 cf. BI. I 601 XLIV § 1 cf. BI. I 602—603; IS. l. l.

1 quia] qui $M^2p.r.$,*HBZA*,$Vp.c.m2$ alexandriae $M^2p.c.m3$,*Z* alexandria *B* alexander *A* commemoraretur αV 2 etiam] *add.* et αV mariamme (*add.* filia *s. l. m2*) *B* ariannes filia αV mariamme(-nes) filia pontificis *edit.* conscientia M^2 consciam $Ba.r.$ 3 praepararentur *Z* 4 manifestaretur αV 5 successionem $Z\alpha V$ 8 alter] alteri M^2 11 meritum *CV* regnum M^2 12 abduceretur *A* 13 tamen *CV* insolis M^2 adiciebantur (*s. l* adicitur) *B* 14 bathillus M^2 batthillus *B* batillus *Z* batilus *A* batyllus *HCV* ant(h *add. A*)ipatris αV 15 detulerit *B* serpentum αV 16 uenena M^2 17 herodes (i *s. alt.* e *m3*) M^2 19 filippum M^2HV reges $M^2a.c.m3$ 21 adpetebat causa *B* 23 obstaret $M^2a.r.$ 26 adumbrarentur *A* 27 positos *HZA*

in suam amicitiam inlexerat, aliis quoque pretio extortum ut scriberent, quod adulescentes infestis patrem odiis urguerent et nimio questu mortem Alexandri et Aristoboli deplorarent. et cum huiusmodi epistulas clandestinis artibus per 2
5 aulicos sceleris sui ministros patri ingereret, eadem uersutia qua supra simulabat fratrum intercessorem, ut praetento pietatis patrocinio inpietatis subtexeret parricidium. quibus omnibus in medium deductis cum quaestionibus patris uita, epistulis mors fratrum adpetita euidentissime panderetur, con-
10 silium definitur de auctore supplicium sumendum, qui posteriore prodidisset calumnia quod germanos suos non quasi parricidas sed quasi legitimae successionis aemulos persequeretur, non quo patrem defenderet sed ne consortem regni haberet. interea cum septem mensuum curricula inter docu-
15 menta flagitiorum et reditum Antipatri concluderentur, nulla innotuere Antipatro indicia rerum gestarum, tanta circa eum uniuersorum odia feruebant. incertus igitur omnium scribit ex urbe Roma continuo se adfore summoque honore dimissum a Caesare. quibus litteris rescripsit Herodes maturato 3
20 eum contendere oportere securum affectus paterni, cui non solum nihil imminutum per absentiam foret, uerum etiam tantum accederet gratiae, ut eius contuitu matris offensa minueretur. nam iterum domo eam, deprehenso in artes filii conscientiae consortio, exutam regiae liberalitatis
25 conpendiis eliminauerat: cui se remissurum indignationem

XLIV § 2 cf. BI. I 604. 606—607; IS. l. l. § 3 cf. BI. I 608. 590 609—613; IS. l. l.

1 inlexerat (nlex *in ras.*) *C* inflexerat *A* iniunxerat (iniun *in ras. m2*) *V* quoque *s. l. B* 2 quos *α,Va.c.m2* 3 quaestu (u *alt. in ras. m3*) M^2 4 clamdestinis *C,Va.r.* 5 aliquos *A* eadem—intercessorem *suppl. mg. m2V* 6 memorabat M^2*a.c.m3* fratrum] *add.* se *Z* ut] et *αV* pretextu *A* 7 patrocinio inpietatis *om.* M^2A subtexerat *αV* 8 reductis (r *ex* s *m3*) M^2 9 consilium *suppl. mg. m2B* 10 supplicio M^2 posteriorem M^2HZ 11 calumniam M^2HZCV quo M^2 parricida *αV* 12 emulus *A* 13 quod *B* defenderent M^2 nec M^2*a.r.* 14 mensum *BAp.c.* 15 ant(h *add. A*)ipatris *HαV* 18 summoque] *add.* se *B* honore se *Z* 19 litteris] *add.* lectis *HZαV,Bm2* rescribit *HBZ* maturo *CV* 20 oporteret *CV* secundum M^2*,Ba.c.* 22 tanta M^2H*,Ba.c.* contutu M^2*a.c.* 23 inueheretur M^2 deprehensam $M^2BZαV$ artibus *B* artis *Z* 24 conscientia *Z* libertatis M^2*a.c.m2,Ba.c.* 25 remissum *α,Vp.c.*

scriptorum specie manifestaret, mętu ne conperta matris expulsione suspiciones suas Antipater ad cauendum exsuscitaret. adueniens itaque Tarenti primum de Ferorae obitu cognouit ibique magnum luctum exercuit, quod a quibusdam pietatis affectui datum, eo quod patrui mortem inpatienter doleret. ille autem ministrum ausi parricidalis sibi sublatum ingemescebat, nec solum non processisse sceleris apparatum uerum etiam uenenum resedisse terrori erat, ne quo modo ad cognitionem regis perueniret et ille scenam criminis publicaret. transmittit igitur in portum Caesareae hautquaquam uacuus grauioris curae ac sollicitudinis, cum eiecta mater non mediocre praeiudicium condemnatae subolis daret. sed urguentibus amicis, qui patriae cupiditati postponenda omnia quae Antipatro conducerent arbitrarentur, deinde spectato eius ingenio, quo uel auersum patrem a sui gratia facile consiliis suis flectere solitus erat, hortantibus ut sese patri et praedestinato sibi regno ocius repraesentaret, quod nemo auderet eo praesente contra niti, sed occasio absentiae eius sola adriserit, ut auerti posse ab eo regis animus aestimaretur, et ideo praeueniendum mature, ne demorando magis aut desiderantem offenderet aut suspectum exacerbaret, cum diffidentiam sui proderet, credidit itaque uolentia magis quam necessaria suadenti-
4 bus. uerum ubi portum ingressus est neque quemquam sibi obuium circumspectauit et quasi pestem aliquam sensit suam praesentiam declinari, in summa locorum frequentia maximam solitudinem, cum occurrere nemo auderet, me-

XLIV § 4 cf. BI. I 614—617; IS. l. l.

1 metuens *BZ* conpertam M^2 2 antipater *s. l. B* 3 th (h *om. A*)arentii α tharenti *V* de Ferorae] defensorem (r *m3*; m *eras.*) M^2 8 sese dedisse *Cp.c.* et errori M^2*a.c.m3* errori *A* 9 quoquo *Bp.c.* 10 igitur] itaque *HBV*α*V* cesarae M^2 12 matre M^2*a.c.m3* 13 cupiditati* M^2 cupiditate *HBZ*α*V* 14 postposita M^2*a.c.m2* posthabenda *HBZ*α*V* 15 aduersum *Z*α*V* 16 plectere M^2 17 regnum M^2*a.c.m3* 18 praesentiae M^2 19 ut auerti *om.* M^2 ab eo *s. l. m2B* 22 exaceruaret M^2*a.c.m3*,*Ba.c.*,α*V* diffidentia M^2 proderit *CV* 24 portum *s. l. m2B* 25 aliquem *Ca.c.* 26 declinari—frequentia *suppl. m2H* frequentia] praesentiam (*eras.* m) M^2 27 cum] quo *Ba c.* occurrere* M^2 occurrens *A* tuentibus M^2*a.c.m2*

tuentibus aliis, aliis auersantibus — etenim id temporis et odia quominus se tegerent auctoritatem acceperant — reputare secum scelera sua coepit et conscientiae stimulis exagitari, nullum fugae locum neque euadendi subsidium sibi relictum, circumuentum uelut quibusdam retibus et captum teneri. fiduciam omnem adsumsit ex impudentia, ut dissimulatis omnibus inprouisum se patri offerret, in amplexum rueret, pietatis officia dependeret. uerum ille extensis manibus ingerentem sese repellens et reclinans caput, ne parricidae osculo contingeretur, exclamauit et hoc esse amentiae parricidalis, 'ut amplexum petas qui inuisum te recognoscis, ut horrore tui afficias patrem et contactu noxii corporis uiuendi suauitatem extorqueas. ne igitur contigeris ne adtaminaueris quem scelere petisti. purga certe prius, si potes, deprehensa dilue. iudicium non refugiam nec audientiam tibi negari patiar, nec in te mihi adsumam cognitionem, ne argumentandi tibi occasionem relinquam. oportune adest Varus, apud quem defensionem tui praepara. nec differendi locus, crastina die quamuis dolis et fraudibus praeditus habes purgandi tui copiam.' at ille obstupefactus tantae commotionis pauore nihil est ausus referre nec potuit, sed egressus foras fluctuabat animo, quod nihil omnino ex his quae gesta erant et prodita apud regem conpererat. aduenientes autem ad eum postea mater et uxor aperuerunt omnia. quibus cognitis colligere sese ac praeparare animo coepit, quibus modis criminationi occurreret, offensiones extenuaret. sequenti die congregantur omnes propinqui, 6

XLIV § 5 cf. BI. I 618—619; IS. l. l. § 6 cf. BI. I 620—621; IS. l. l.

7 cf. Sen. Phaed. 705

1 aduersantibus (ad *add. m2*) *H,BA* et] esset *Z* ut *A* 2 odii M^2 hodios *Ba c.* tegeret M^2 quominus siti (= sibi?) satagerent *Z* 5 circ.] *add.* se *H,* (*s. l.*) *B,Z* 7 se *om.* M^2 offeret *C* rueret] *add.* et *s. l. B* 8 praetenderet *HBZαV* extentis *ZαV* 10 oscula M^2 11 qui] quem *B* 13 *alt.* ne] nec *αV* 14 potes] *add.* et *αV* 15 non refugiam *C, ubi m. posterior summo mg. rescripsit* refugium *quod praebet A* 16 in te] ipse M^2*p.c.m3,HBZαV* 18 uatus M^2*a.c.m2* deferendi M^2 22 foras *om. H* fluebat M^2*a.c.m2* quo M^2*a.c.m3* ex *in ras. m2* M^2 24 ad eum autem *CVa.c.* aperuerunt (u *alt. ex corr.*) *C* 26 offensioni M^2,(-e) *Ba.c.* confessiones *HZαV,Bp.c.* 27 omnes] *om. HZ,Ba.c.m2 add.* regis *B*

et amici Antipatri intersunt examini. uniuersi qui diuersa de Antipatro prodiderant induci praecipiuntur. leguntur etiam epistulae matris Antipatri, in quibus illa ad filium scripserat, ut cognosceret proditam patri suorum scenam flagitiorum, nequaquam eum debere adesse, nisi a Caesare aliqua manus arcesseretur, cuius se praesidio circumuallaret neque iudicio committeret qui tantorum confessionibus adpetebatur sed armis muniret. his ad superiora additis ingressus Antipater et sese ad uestigia deiciens patris obsecrat, ne se praedamnatum haberet, confidere se, si deferatur audientia, uacuum criminis fore si pater uellet. 7 iubet pater silere atque eum istiusmodi sermone praeuenit: 'quod nulli iusto ueniabilis Antipatri nequitia possit uideri, satis certus sum, sed eo magis grauari me apud te, Vare, arbitror. uereor enim ne etiam me oderis qui parricidas generaui filios, quibus non posset etiam pater parcere, licet hoc quoque miserandus magis sim quod etiam tales amaui. sed de illis taceo quos ipse exasperaui et iustas aduersus hunc allegationes eorum respui. nullas enim aduersus me habuerunt causas doloris, nisi quod his Antipater praeferebatur et consortii regalis praerogatiuam acceperat, qui natus in regno non erat. putabam tamen quod maiorem natu minoribus ad tutelam adsciscerem, sed hostem induxi, qui inuideret nobilioribus, excitaret puerulos, infirmos circumueniret, incautos proderet. lapsos non nego sed excusari potius quam urgueri oportuit. Antipater mihi et illos abstulit, hic mihi et illos insidiatores fieri conpulit. dolui fateor quod hi quibus regni spem dederam, quibus successionem reseruaueram, aduersum me inproba machinaren-

XLIV § 7 cf. BI. I 622—628; IS. l. l.

1. 3 ant(h *add. A*)ipatris αV 2 prodiderunt $M^2 A$ 6 aliqua *om.* M^2 accerseretur αV 7 neque—muniret *suppl. mg. m2C* neque] *add.* se $Bm2,Z$ 8 abditis M^2 10 obsecrans M^2 11 uellet pater Z 12 huius (*s.* istius) Z 13 accusatio antipatri apud uarum a patre herode *mg. H* antipatris αV 15 qui *s. l. m2B* 16 geraui *Ca.c.* posse CV 17 miserandum M^2 magis miserandus B 18 exasperauit $Z\alpha V$ 19 alligationes M^2 enim *eras.* M^2, hi *add. s. l. m2B* aduersum $BZV,Ca.c.$ 23 natum $Ha.c.,Z\alpha$ sciscerem M^2 25 sed—Antipater *om. B* excusare *H* 27 abstuli $M^2 a.c.m3$ fieri insidiatores $HBZ\alpha V$ 29 seruaueram *A* aduersus $Ba.c.$

tur, sed in me non patrem sed Antipatrum oderant. perierunt itaque ad dolorem patri, ad fructum Antipatri. quaeris, Vare, quis eos occiderit? cognosce cui mors eorum profecerit. uacuata est domus nouercae filio, patuit aula uni ad succedendum, quae multos successores habebat. nec expletus est morte fratrum cruentus animus et mens inpia. postquam non habuit fratres quos odisset, patrem persequebatur. reputo mecum: qui huic munimentum hereditatis paraui, uisus sum et ipse diu uiuere decessorem fastidienti. docui quid uellet. cui successionis conpetitores ademeram, morantem non passus est. nec expectauit regnum, nisi parricidio adipisceretur. reddidit mihi uicem, quia proiectum collegeram et praetuleram nobilioribus. cui enim tantum ex illis quantum huic contuli? cui ipse uiuens potestatem cesseram, testamento aperte heredem designaueram, quod solet esse perniciosum regibus, ut aliqui se successurum nouerit. quinquaginta in fructibus talenta concessi, trecenta Romam proficiscenti dedi, commendaui Caesari quasi solum filium, nihil mihi reseruaui quo deberem parricidam timere. sed hoc eum magis ad parricidium armauit, quod se superiorem uideret. quid tantum sceleris commiserunt fratres eius, quos ad mortem coegit? quae istiusmodi aduersum illos indicia detecta, qualia istius deprehenduntur? sed interrumpere atque obstrepere audet parricida et dolis temtat ueritatem inuoluere. caueas, Vare, admoneo, caueas simulatas eius lacrimas et gemitus arte conpositos nec ullo expressos dolore. hic est qui mihi pietatis affectum abstulit, cum adficto metu cauendum admoneret Alexan-

1 antipatrem *Ba.c.* 2 queris (eris *in ras. m3*) M^2 3 cognoscis *H* profecerat αV 5 successores *s. l. m2B* 6 morte est αV 9 decessorum *A* fastidiendo (di *s. l. m3*) M^2 fastidientia *H* fastidiendi *Z* fastidianti *A* 11 expectauit] *add.* ut αV 12 parricidii M^2*a.c.m3* reddit *A* 13 colligeram αV 14 potestate *BV* 15 aperto M^2,*Ba.c.* 16 aliquis *B*,*Cp.c.* aliqui se (*s. l* aliquem) *Z* successorem *H* 19 seruaui *H* quod $M^2\alpha V$ 20 armauit] aestimauit M^2 21 se] *add.* meis beneficiis (*s. l. m2*) *B*,αV 22 coegit] aut *add.* *HBZ*αV 23 deprehendatur M^2 deprehendantur *HZ* 25 ueritatem] *def. V usque ad* excitauerunt Felicem (*p. 143 l. 28*) Vare] cauere M^2*a.c.m3* 26 gemitos *H*,M^2*a.c.m3*,*Ba.c.* 27 mihi *om.* α 28 abficto M^2*p.c.m3* ficto *Ba.c.* alexandro *Ba.c.*

drum, cum illo mentes plurimorum conuenire adserens, non temere committendam uniuersis praesentiam meam. simulabat se circumspectare omnia, usque ad lectum deducere, discutere atque examinare singulos. hic erat somni dispensator minister securitatis, in quo ego solacium constituebam, atque eius officiis leuabam de interfectis dolorem. arbitrabar quod et illos mihi redderet, maerorem auferret, pietatem obtenderet. hic erat protector meus, cui credebam corporis senilis custodiam. quomodo uiuam nescio, quomodo tantum insidiatorem euaserim, quibus me circumuenerat delinimentis, quibus fraudibus uinctum tenebat, ut soli huic me crederem quem solum caueri oportuit? incredibile mihi est quod euasi, nec uiuere mihi uideor sed somnium mihi puto. quis enim crederet aut illum tam ingratum futurum, cui in me potestatem omnem commiseram, aut me posse euadere si Antipater nollet? tutiorem tamen gratia me factum putabam. sed quae, malum, infelicitas mea, ut aduersum me eos faciat insurgere quos plus dilexerim! deploro aerumnam domus meae, Vare, defleo solitudinem, ingemesco uim tanti doloris. sed tamen tanta est acerbitas sceleris parricidalis, ut neminem mihi patiar euadere, quicumque sitierit sanguinem meum, etiamsi in omnes filios
8 meos affectati parricidii indicia promantur.' cum haec diceret, indignatione pariter ac dolore intercepta uox est loquentis. continuo Antipater eleuans caput — uelut ictus enim et saucius graui uulnere iacebat ante pedes patris — nec adsurgere existimans ait: 'tu quidem, pater, ut iratus accusas, sed mihi nulla est maior defensio quam testimonium accusationis tuae, quia semper custos fui tuae salutis. defensio-

XLIV § 8 cf. BI. I 629—631, 575—577, 632—636

3 lectulum *Z* 4 somnii *HBZ* 5 dispensator] *add.* et (*s. l. m2*) *B*,*α* 7 filios (*s. l* illos) *B* maerorem] dolorem *α* 11 uictum *α* 14 mihi *om. HBα* 15 omnem potestatem *α* 16 si] nisi *Z* 17 me] met M^2 quae] quod *Bp.c.* ut] aut M^2 18 aduersus *Ba.c.* faciam M^2 19 sollicitudinem *Ba.r.* 20 uitam *B* aceruitas M^2 21 sceleris *om. H* mihi] me *B* 24 uox *in corr.* M^2 uxor *H* 25 addictus *A* 26 patris *s. l. B* adsurgere] *add.* audebat *HBZα* 27 exaestimans M^2*a.c.m3* exclamans *HBZα* ait] exclamat *sed del. C* accusas] accusas (as *s. l. m2*) M^2 mihi] *add.* in M^2 28 nullo*** M^2 defensio maior *α* 29 fui custos *A*

nem igitur pro me uoto accusantis adhibuisti. quomodo enim parricida ego quem ipse tuum protectorem fateris, aut quomodo circumspectus atque astutus quem commentatorem arguis parricidii, cum extremae insipientiae sit cogitasse quod et apud homines execrabile et apud deum inultum esse non possit? uel fratrum exemplo doceri potui nullum tanti sceleris effugium fore, quod scelus istiusmodi nec latebram inueniat nec poenam euadat, quandoquidem et illi pro tanta in te maliuolentia poenas dederunt. at illos, ut dicis, inuidia quaedam inpulerit ad parricidium, quod me sibi praeferri uidebant, quibus materni generis nobilitas animos dabat, ut regnum quasi ex materna successione sibi debitum uindicarent et quasi a te ereptum reposcerent. quid tale ego qui nesciui regnum nisi de te sperare, tuum iudicium quaerere, tibi soli placere? quid autem erat quod me aduersus tuam salutem audere aliquid inpelleret? an regni cupido? sed regnabam; an odii suspicio? sed diligebar; an iniuriae dolor? sed praeferebar. si illos sola formido praelationis meae armauit ad parricidium, ego absoluor, quia nesciunt praelati parricidium cogitare sed odisse. nisi forte aliquis ex te metus conpulit, uerum ego, ut mihi tua uox testis est, nihil sciebam nisi pro te timere. quid enim mihi timerem qui minister eram tuae securitatis et dispensator quietis? an uero inopia pecuniae et egestas coegit, quae solet indigentibus suadere latrocinium? sed dederas quod non solum in praesens sed etiam in omne tempus abundaret, et diuitem Romam miseras, ut regum reges pronuntiarent imperii apud se principatum esse, non diuitiarum. denique Fabatum illum Romanae rei moderatorem et intimum Caesaris tibi cepi et a Sylleo ingenti ambitum pecunia ut te inpugnaret ita commutaui, ut fieret tuus de-

2 ego *om.* M^2,*B a.c.* 5 execrabile] *add.* sit *s. l. m2B* 6 exemplum M^2 *a.c.m3* 7 tantum M^2 *a.c.m3* effectum *H* 8 latebra *α* 9 pro] *add.* ea M^2 12 ut *s. l. B* 13 a te *s. l. B* ante *H a.c.* 14 exposcerent *α* 16 aduersum *HZα* 17 an regni] n *in ras. m3* M^2 18 sed—dolor *om. A* 19 formauit *H* 21 aliqui *α* conpulerit *Z* 22 uox] uxor M^2 23 secur.] salutis *H* 24 *pr.* et] esset M^2 *a.r.* 25 solit M^2 *a.c.m3* solent *α* 26 quo M^2 27 habund. M^2*HBZA* ministrans M^2 regum] regnum *Zα* 29 fauatum *α* 30 silleo *Z* syleo *A* ambitu *α* 31 tuus] auus M^2

fensor et sollicitatoris sui proditor. per quem, pater, alium insidiatores tuae salutis detecti sunt? quomodo igitur parricida ego qui custodem tui corporis Corinthum latentem deprehendi, insidiantem remoui, ad confessiones negantem deduxi? potui parricidium non cogitare et parricidii fructum habere, si tacuissem. sed mihi si bestiarum immanitas, si atrocium ferarum inesset furor, tamen tantis beneficiis tuis mansuescere potui, ut nullam opem nisi in tuae salutis subsidio constituerem, ut pro omnibus tibi uel solam caritatem referrem, te meo corpore protegerem, te intimis si fieri posset uisceribus concluderem. praetuleras nobilioribus filiis materna stirpe minus nobilem, matrem quoque regni exulem in regnum uocaueras, nec iam successorem me imperii sed quasi consortem habebas. o miser ego cui tantum liberalitatibus tuis se bonorum effuderat, ut inuidias accenderet. o stultissimus ego, qui te, pater, reliqui, si datus est inuidiae locus et potestas insidiantibus. namque dum ego pro tua salute diu demoror, meam prodidi, et tamen nihil habeo quod mihi adscribam. tu me, pater, abire iussisti, tibi ego peregrinabar, pater, ne tuam senectutem Sylleus circumueniret, ne te uiuentem regno exueret, ne apud Caesarem tuam salutem adpeteret. testis est mihi Roma pietatis, Caesar quoque praesul orbis terrarum et censor uniuersorum atque arbiter mei pectoris me amantem patris appellare solitus erat. testificare, Caesar, quid ego de patre apud te loquebar, apud quem solum nocere potuissem, testificare, inquam, mihi, qui de aliis pronuntiaueras, nec dissimulandum parricidium sed inquirendum putasti. o si mihi adspiraret praesentia tua! sed absens es et longe positus, et

1 sollicitationis $M^2a.c.m3$ sui (i *in ras. m3*) M^2 3 chorintum BZ 4 confessionem B 7 beneficiis *suppl. mg. m2* M^2 9 tibi *s. l.* B karitatem M^2 10 referrem te] referentem $M^2p.c.m3$ referam te α 11 potuisset α includerem $H\alpha$ 12 maternam stirpem C 13 tam M^2 tamen $M^2p.c.m3$ me *s. l.* B 15 bonum Z inuidia succederet $H\alpha$, (accederet *a.c.*) B 16 sic $HB\alpha$ 17 dum] ut α ego dum B 18 salute tua Z 19 abeo M^2 20 silleus A 21 uiuente M^2 regnum $M^2a.c.m3$ 22 es $M^2a.c.m3,H$ 23 censor] caesar M^2B 24 mei *suppl. m3* M^2 pectoris] *add.* qui $HB\alpha$ 25 eras HZ de patre *suppl. m2* M^2 aput eloquebar $M^2a.c.m3$ 27 qui de] quid $M^2a.c.m3$ 28 putasti *suppl. m2(3?)* M^2

ego sine te a patre adiudicor. abes tamen sed in litteris tuis praesens. tua scripta offero, quae solent parricidae timere, tuam epistulam porto, quam solent promere qui cupiunt parricidium non latere. suscipe, pater, litteras Caesaris, ipse te instruat qui dudum uindicauit; suscipe Caesaris scripta argumentis omnibus ualidiora. quibus usus dudum ad ultionem, utere nunc ad salutem. hos ego apices defero innocentiae meae testes, illa dextera te numquam fefellit, illa dextera Caesaris diadema tibi inposuit non ademit, illa mens Caesaris regnum tibi quod abieceras repraesentauit. potuit me prius Caesar odisse, si fratrum similem deprehendisset, sed cognouit et pronuntiauit pietatis interpretem. qui nisi Romae fuissem, Sylleus uicerat. illi ego hodie adiudicor, illi poenas miser pendo. memento, pater, quia non uoluntarius nauigaui. uidebam mihi iam parari foueam insidiatorum, malui tamen, pater, me potius quam te periclitari. nec tamen exhorresco salutis periculum, sed apud te, pater, doleo me quasi tuum hostem periclitari. periclitor tamen, si apud te et Caesaris testimonia periclitantur: his ergo utor indiciis meae defensionis. Caesarem ego non appello quasi audiendus sed inploro quasi absolutus. quodsi iudicium exercendum aestimas, ecce me, pater: ad te ueni post Caesarem, ad te festinaui a Caesare. utinam quidem nusquam a te abissem! sed tu me, pater, nesciens periculis obiecisti iubens pergere. praesto sum, pater, nec perfunctorie de uilioribus testibus requirendam pro salute tua ueritatem aestimo. non praeiudicent qui

1 abest (*eras.* t) M^2 ades *HBZα* sed] et *α* 2 praesen es *H* tua *om.* M^2 parricidae—solent *om. A* 3 praetimere M^2 premere *Z* 5 ipse–Caesaris *om. A* ipsae, instruant *C* 7 dudum] *add* es *Z* ad ultionem] adulationem *α* 9 diadema—Caesaris *om. H* tibi (t *in ras. m2*) *C* 10 mens *libri* manus *editt.* 11 poterat *H* prior *B* 13 romae fuissem *suppl. m2*M^2 silleus *C* syleus *A* 14 adiudicor *s. l. m2B* miserendo M^2*a.c.m3* 16 foueas M^2*p.c.m3*,*HBZα* insidiarum *H* malus M^2*a.c.m3* 17 exorresco M^2 perhorresco *Ba.c.* horresco *Ca.c.* 18 te] *add.* cesaris *eras.* M^2 19 periclitor] pericliter *HBZα* si *suppl. m2(3?)* M^2 20 ergo] ego *HBα* 22 absoluendus *Bp.c.* 23 uenio *A* 26 perfuncturiae M^2 de uilioribus] debilioribus *HA*,*Ca.c.* gestibus *Ca.c.* 27 non] ne *Z* praeiudicent] *add.* mihi *eras. B*

possunt timere tormenta, nec qui possunt contemnere. omnis homo mendax, dicit Scriptura. ego defero incorruptibilia elementorum testimonia. uenio ad te per maria et terras numquam aliquid passus. parricida debui non euadere si reus essem. absoluat me, pater, apud te caelum quod non fulminauit, mare quod non demersit, terra quae non absorbuit. per haec ad te tutus uenio, pater, quae non solent euadere etiam qui non sunt parricidae. Dathan et Abyron hiatu suo uorauit terra, nec tamen genitalem adpetierant patrem. Abessalon fugientem arboris suae ramis terra suspendit, ne ad patrem perueniret, ad quem si peruenisset, euaderet. ego ad te ueni et adhuc periclitor. Dauid parricidam suum quia seruare non potuit uindicauit, ego de inimicis et calumniatoribus uindicari non expeto, ut eos ad tormenta uocem. lucrentur illi poenam calumniae. unum rogo, pater, ne alienis credas tormentis, de me ipso aduersum me require. suspende reum tuum, in uiscera mea pergat interrogatio ueritatis, in corpus meum atque interiora penetralia descendant fidiculae quaestionum, profluat sanguis qui solet parricidium clamare, ferantur ignes in artus noxios. quid dubitas, pater? si parcis, innocentem pronuntias, si a cruciatu temperas, absoluis a crimine. non est parricida, qui simplici morte dignus putatur. aut si ut filio parcis, ex te genitis membris conpateris, non sunt membra tua quae sunt ministeria crudelitatis.' haec ubi locutus est, magno fletu et gemitu lamentabili finem dicendi fecit ululatuque maximo Varum et omnes ad miserationem inflexit. solus Herodes nullis mouebatur lacrimis atque ipse a fletu

2 Ps. 115, 2 = Rom. 3, 4 8 cf. Num. 16, 30. 32 10 cf. II Reg. 18, 9 19 cf. Gen. 4, 10 28 sq. cf. Verg. Aen. IV 438 sq.

2 dixit *HBZα* 3 uenio] *alt.* uenio *add. s. l. B* 4 nusquam *HZα* debuit *H* 6 dimersit M^2A 8 sunt] *add.* patrum genitalium (patrum *m2*) *B,Zα* datan *Ha.c.* 9 abiron *HBZA* hiatus M^2HBZ suo *om.*M^2HBZ terrae M^2*p.c.m3,HBZ* genitale M^2*a.c.m3* petierant M^2*a.c.m2* 10 abesselon *H* absalon *Z* sui *Ca c.* 12 euaserat *HBα* adhuc *s. l. m2B* 14 uindicare M^2 15 euocem *HZC* 16 me *s. l. m2*M^2 17 require] *add.* supplicia *Z* 18 atque] *add.* in *Z,*(*s. l.*)*C* 19 fiduc. *α* quaestionem M^2 20 feratur ignis *Bp.c.* 22 *alt.* a *om. HB* 24 parcis] *add.* et *BZα* 25 ministra *Z* misteria *Ca.c.* 26 dicendi *s. l. m2C* 27 maxime M^2*a.c.m3*

temperabat intractabilis ad ueniam, quaestioni imminens, uindictam expetens.

XLV. Successit orationi Antipatri Nicholaus regis mandato, qui astute eius responderet uersutiis et inflexos a miseratione abduceret referendo in Antipatrum fraternae inuidiam necis, allegando quod si quos moueret misericordia, illorum misereri deceret, qui eius peremti fraudibus ultionem requirerent, si unum absoluerent, omnis domus regia in periculum deduceretur, germani, adfines, parentes, ipse rex, cuius saluti non pepercisset. itaque conuersus ad oratorum uersutias uelut epilogo quodam excitabat ab inferis peremtorum animas, qui miserabili questu replerent subsellia, insontes se oppetisse subornatis grauatos testibus, conpositis epistulis, fraudulentis sermonibus. circumuentum patrem credidisse filio, quem non putaret de fratribus posse mentiri. offerre nunc eum supplicia sua, qui fratrum tormentis non credidisset, quos onustos uinculis obligauerit, ne cognitioni interessent. in absentes latam sententiam; cum longe positi essent, necatos, ne eorum pater misereretur. nullum itaque reliquum futurum, si iste euaderet doctus uenena parricidalia suorum uisceribus infundere, mutare mentes hominum, qui etiam Feroram semper amantissimum fratris Herodis in necem eius parricidio funesto exsuscitauit. ad haec 2 cum plurima alia excitandae commotionis gratia Nicholaus addidisset, ubi sermonem absoluit, interrogatus a Varo est Antipater, si respondere uellet. nihil aliud rettulit, nisi: ‘deus mihi testis est quia nihil laesi.‘ tum Varus uenenum proferri atque id dari iussit uni de his qui iam rei mortis essent adiudicati, quo epoto statim mortuus est. de quo relatum

XLV § 1 cf. BI. I 637—638 § 2 cf. BI. I 639—640

1 quaestionis $M^2a.r.$ 3 ant(h *add. A*)ipatris α nicholaus *sic* M^2C *ut infra*, nicolaus *cet.* 4 responderet eius Z inflexus $M^2a.c.$ *m3*, A 5 referendo—necis *suppl. mg.* B 7 diceret C perempti* fratribus H 11 epiloco $M^2a.c.m3$ epylogo α 12 implere $Ba.c.$ 13 operisse M^2 appetisse $Ba.c.$ 16 offere M^2 18 interessent] essent *in ras.* $m3M^2$ interesset $Ca.c.m2$; *add.* ne M^2 19 misceretur M^2 22 fratrem B fratri α herodes M^2 23 exsuscitauerit HZA, (su *s. l.*) B, (erit *in ras.*) C 25 est *om.* α 26 antipater est Z 28 id *s. l. m2B* et $M^2a.c.m3$ de] ex $Ba.c.$ 29 epotato (e *paene eras.*) B,$Ap.c.m2$ potato Z

ad Caesarem est et in uincula Antipater imperio patris
3 ducitur. nec tamen ab insidiis uacuus erat. nam tum maxime Salomes periculum dolis temtabat directis epistulis, quas Salomes nomine Antipater conposuerat, plenis in regem contumeliarum atque ad Acmen ancillam Iuliae, quae uxor Caesari erat, per Antifili seruulum perferri iusserat, quas Acme sibi redditas regi transmitteret. ac paene in mulieris perniciem fraus conualuerat, ni reperta esset epistula Acmes ad Antipatrum, quae dolum prodidit, scripta in hunc modum: 'sicut uoluisti, patri tuo scripsi et epistulas illas direxi, nec dubito regem in periculum sororis insurrec-
4 turum. tu uicem restitue optato effectu potitus.' his litteris deprehensis rex in suspicionem deductus, quod etiam Alexander pari arte conpositis a fratre esset adpetitus epistulis, et nimia commotione exasperatus aegritudinem grauem contraxit. quo se uidens urgueri periculo Antipan unum ex filiis heredem imperii testamento scripsit praelatum Archelao et Philippo senioribus liberis, quoniam ipsos quoque Antipater dolis atque fallaciis suspectos patri fecerat. Caesari legauit M talenta donis muneribusque additis, in uxo-
5 rem et filios, libertos atque amicos quingenta contulit. nec Salomen sororem munerum suorum expertem reliquit. procedebat in deterius aegritudo atque accessu temporis asperabatur, quam inbecilla senectus suis incommoditatibus acerbabat cotidie, siquidem non minus LXX grauatum annis corpus, crebro quoque maerore animi adflictum gerebat tot parricidiis conuulneratus, quae aut deprehendisse in filiis

XLV § 3 cf. BI. I 641—643 § 4 cf. BI. I 644—646 § 5 cf. BI. I 647

2 duc. — in de- *p. 123, 13 m. recentior in Z; cf. praef.* 3 salomis *B a.c.* 4 salomis *B* salome (me *in ras.*) *C,A* plenis] legis M^2 5 agmen *HBZC* agnem *A* 6 caesaris M^2 *p.c.m3,BZα* seruum *B a.c.,C a.c.m2* 7 hacmes M^2 agmes *HBZ* agmen *C* agnem *A* mihi *ante* regi *exp.* M^2 8 nisi *H* 9 hacmes M^2 agmes *HBα* 10 et *om. H* 12 optatu tu *in ras.m2(3?)* M^2 aptato *α* potius M^2 16 quos se M^2 *a.r.* antipater M^2A antipatri *Z* 17 herodem *α* 21 libertos (t *in ras. m3*) M^2 libertis *Z* amicis *Z* ne *C* 22 salom(a)em *HB* salome *α* suorum *om.* M^2 23 exasperabatur *B a.r.* 24 inbella M^2 *a.c.m3,C* inbellis (*?*) *B a.c.* 25 aceruabat *Ba.c.m2, α* minor *HBZα* LXX (*s.* septuagenario *m3*) M^2 septuagenario *HBZα* grauatus *H* grauato *B* 26 annis] animis M^2, (*ex* aminis) *H*, (s *s. l.*) *C,A*

extremae miseriae erat aut intulisse. immedicabilis tamen aegritudinis feruor, quod superstes Antipater metuebatur. contemtus quoque in dies uilior, quod imagines Caesaris 6 atque animalium similitudines contra legem templo adpositae detrahebantur, auctoribus maxime Iuda atque Matthia iuuentutis doctoribus, qui conspirantibus sibi uenisse tempus aiebant, quo uiolatae legis iniuria uindicaretur. dare poenas sacrilegum, qui putaret fas esse quicquid potestati liceret, nec religione inclinatum sed elatum superbia in penetralibus templi faciendi quod uellet libidinem pro iure exercuisse. et quamquam uis diuina ultionem adceleraret, tamen pulchrum uideri si etiam templo sacrati libertatem suam in defendendis paterni ritus obseruationibus adprobarent. nec periculi metu quemquam reuocari oportere, cum etiam mori pro lege patria insigne inmortalitatis sit. primique adorsi auream aquilam supra fastigium por- 7 tae adfixam detrahere, conprehensi atque ad regem perducti cum interrogarentur, cui oboedire cupientes tantum facinus adorsi forent, responderunt: 'legi paternae.' et iterum quaerenti quo freti laetiores adessent, cum ad mortis uocarentur periculum, rettulerunt, pietatis et deuotionis praemiis, quorum remuneratio pro ritu patrio mortem expetentibus persolueretur. nec diutius ferre potuit responsionis con- 8 stantiam, sed indignatione super aegritudinem factus, ut infirmitatem uinceret, in conuentum populi processit. ibique tamquam sacrilegii reos ad plebem referens accusare coepit, quod maiora de factis talibus suspectarentur. quae etiamsi

XLV § 6 cf. BI. I 648—650 § 7 cf. BI. I 651—653 § 8 cf. BI. I 654—655

5 iudae *H* martha $M^2a.c.m2(3?)$ marthia *Bp.c.,ZC* marthias *H* mactia *A* 6 iuuene ut his *α* ductoribus *Cp.c.,A* qui] *add.* cognitis et *Bm2,Zα* 7 adiciebant *α* uindicarentur *Ca.r.* 8 esset $M^2a.r.,H$ 10 penetrabilibus *Bα* 11 quam M^2Z diuinam *HA* ultio *Z* adceleraret] *add.* et mortem *Z* 12 si] sibi *α* si *ante* libertatem *α* 14 oporterent *Ca.c.* oporteret *A* 15 minori *Ca.c.* pro *om.* M^2 16 super *B* fastidium (*alt.* i *s. l.*) M^2 17 deducti *H*, (*s.* perducti) *Ba.r.* 19 et *om.* *HBZα* quaerente *Ca.c.* 23 praesoluerentur *C* praesolueretur *A* 24 indignationis M^2 super] sua *α* super aegritudine facta *suppl. mg.* *B* aegritudini $M^2a.c.m3$ aegritudine *α* fractus *Ca.c.,A* 25 -que *om.* *C* ubi *A* 26 deferens *HZα,Bp.c.* 27 suspicarentur *α*

non probarentur, tamen cuncti sibi quisque metuentes auctorum qui conprehensi forent luenda supplicio deprecabantur, nec pergendum in ceteros, ne quaestio plures atque alienos et innoxios perturbaret. rogatus itaque in prae-
9 sentes sententiam tulit ut uiui exurerentur. unde incommoditas aucta et grauioris aegritudinis uis diuersis totum corpus eius passionibus depascebatur. febris erat uehemens, prurigo intolerabilis, continui ac sine ulla intermissione interiorum dolores uiscerum, colo medius uexabatur, hydrope grauabantur uestigia, abscondita corporis scatebant uermibus, spasmi totius corporis, anhelitus grauis et suspiritus perniciosi cuiuis indicio erant, quod iniusti parricidii et sacrilegae damnationis poenas reposceretur. non cedebat tamen animo et uiuendi cupiditate passionibus reluctabatur. petitae trans Iordanen Callirrhoes aquae calidae nihil profuerant. Asphaltius lacus plerisque medicabilis sine ullo profectu aegrum tenebat. ubi dum oleo plurimo foueretur, laxato resolutus corpore morientium specie oculos inuertit, et uox defecerat nec sensus manebat, sed excitatus strepitu
10 conclamantium resumsit. et ad sua regredi cupiens ubi ad regionem loci qui appellabatur Hiericho aduenit, atro felle exagitatus et ipsi quodammodo morti minitans immane facinus excogitauit, quo uelut inferiae sibi populi mitterentur. namque ex omni Iudaea congregari iamdudum praecipiens quosque nobiliores, ut ex singulis uicis in unum conuenirent, ubi imperio obtemperatum, claudi eos intra hippo-

XLV § 9 cf. BI. I 656—658 § 10 cf. BI. I 659—660. 658

2 leuanda $M^2H,Ba.c.$ 4 praesentes (tes *s. l. m2*) M^2 5 sententiam (senten *s. l. m3; ras. s.* m) M^2 unde] hic dicit de herode cuius modi infirmitate consumtus est *mg.* C 7 depasceb. passio. $Ba.c.$ 8 plurigo $M^2a.c.m3$ prurigo intolerabilis *s. l. m2B* 9 interiores $Ba.c.$ ydrope M^2 10 corporis—cuiuis *om.* M^2, *mg. suppl.* B 11 hanhelitus C spiritus Z 12 pernitiosus Z pernitiosius A cuius *codd.; em. Gronouius* 13 poena A 15 petit BZ iordanem $B\alpha$ calliores M^2, (lli *in ras. m2*) C calliroes H galliroes B callores Z calidiores A sed *ante* nihil *(s. l.)*B,Z 16 alfatis M^2 assalti (*alt.* s *s. l.*) B asfaltis Z 18 relaxato A 19 sensum C strepitus C 20 conclamantum α suam $M^2a.r.$ 21 quae B herimo M^2 hericho $M^2p.c.m2$ 22 quodammodum $M^2a.c.m3$ nitans $M^2a.c.$23 uel M^2 inferias $M^2HZ\alpha$ 26 obtemperatum] *add.* est $HZ\alpha$ yppodromum M^2

dromum iussit et accersita Salome atque eius Alexa uiro legatum sanguinis mandauit, asserens laetitiae populis gentis Iudaeae suam mortem futuram et ideo commentum se, quo praeclarissime suum epitafium celebraretur; deposcere a suis, ut cum ultimum exhalasset spiritum, statim eos omnes qui clausi tenebantur necari iuberent. ita neminem futurum in uniuersa Iudaea atque omni domo, cui mors eius esset inlacrimabilis, cum uniuersis domestici luctus hereditatem dereliquisset, qui dum suorum deplorant necem iusta regi uiderentur persoluere, atque ita publicorum laetitia uotorum domesticis doloribus inpediretur. ac ne forte scelesta imperia mandata exsecutio destitueret, quinquagenas dragmas iussit militibus dari, ut tali sceleris inposita mercede ferale ministerium milites non recusarent, compensaturi exsecutionis horrorem remunerationis emolumento. cedebat prope iam tantae incommoditatis suppliciis, sed 11 expetebat funestae responsa legationis, quae rettulit de Acme supplicium sumtum ad Herodis querellam, Antipatrum quoque conuictum parricidii morti adiudicatum, tamen si pulso patria, regno pater fugae potestatem tribuere uellet, Caesar iuberet sententiam sceleri ferens, consilium pietati relinquens. soluerat natura parricidii necessitatem. nam recreatus paulisper permissa sibi utendi ut uellet potestate, dum de genere necis tractat, distentus doloribus propriae diem mortis praeuenire desiderauerat. poposcit itaque malum pariterque gladium, ut eo pomum solitus incidere refectionis aliquid assumeret, et paulisper se attollens cubituque adnixus leuauit dexteram cupiens sese ferire, sed occurrit

XLV § 11 cf. BI. I 661—664

1 arcessita *HBZ* alexandro *Ba c.,Z* elexa *A* 2 laetitia M^2 4 epitaf. *sic* M^2,*C(?)a.c.m2* 5 a *om.* M^2 7 atque] *add.* in (*s. l.*) *B,Z* domo] modo *α* cuius M^2HB 8 domesticis M^2 *α* luctum M^2 10 iustam M^2 11 domesticis *om.* M^2 13 dari militibus *B* talis *Z* 14 deferali (-i *ex* e *m3*) M^2 recusarent] *add.* nequis negarent *s. l. B* 15 emolumentum M^2*a.c.m3* 17 exspectabat *HBZ,Ca.c.* funesta *α* purgationis M^2,*Ba.c.* 18 hacne M^2 agme *HBα* 19 conuinctum M^2 20 patria] *add.* et *HBZα* 21 caesari M^2*α* uiueret *α* pietatis *HC* 23 permissa —potestate *suppl. mg. B* missa *HC* missam *A* potestatem M^2A 24 decernere neces M^2 propriis *A* 26 eum M^2B 27 sese*Bα* cubitoque *HBZα*

Achiabus et inpediuit ictum, luctuque tota concrepuit domus, ut obisse Herodes foris aestimaretur. exultauit Antipater ad sonum planctus et a custodibus postulauit ut uinculis resolueretur. sed praepositus ei muneri non solum abnuit quod rogabatur, sed etiam regi adnuntiauit. exclamans ille insultari sibi adhuc uiuenti percussores direxit qui Antipatrum interficerent, caesumque in Hyrcania sepeliri iussit. atque iterum mutauit testamentum regemque Archelaum instituit seniorem ex fratribus, Antipan tetrar-
12 cham reliquit. V itaque diebus Antipatro superstes defecit, XXXVII annis, ex quo a Romanis imperitare iussus est, regno potitus; ex quo autem Antigonum sustulit regni aemulum, annos XXXIIII in imperio exegit, utinam tam domestico usu quam publicis laetus successibus. namque ita foris secundae ei res adspirauerunt, ut priuatus in regnum adsciscerétur, eoque permulta usus annorum curricula, quod difficile, saluo potestatis usu decederet relinquens liberis imperii successionem, quam ipse a suis non acceperat, sed intra domum infelicissimus, quam acerbo suorum sanguine et luctu repleuit. nec tamen exsecutionem inuenit ultimae crudelitatis, hoc uno Salome obliterante criminum suorum ludibria superiora, quod eos quos percuti rex iusserat omnes dimisit, dicens regem praecepti feralis postea paenituisse reuocatisque mandatis superioribus praecepisse ut ad sua omnes dimitterentur.

XLVI. Deinde postea facta in amphitheatro militum et reliqui populi congregatione de obitu regis indicium fac-

XLV § 12 cf. BI. I 665—666; AI. I XVII 193 XLVI § 1 cf. BI. I 666—669

1 aciabus (h *add. s. l.*) *H* achiab *BZ* aciab *s. l. A*, *add.* consobrinus eius *s. l*, *m2B* domus concrepuit *B* 3 sonitum *H* 4 solueretur *α* 7 -que *om. H* hyrcani $M^2a.c.$ sepelire *Z* 9 instituit—tetrarcham *om. A* antipater M^2 antiphan *B* antipatae *Z* antipae *HC* tetharcam M^2 thetrachiam *H* tethrarchiam *C* 11 ex quibus *α* a *om.* M^2 12 positus M^2 antipatrum *Ba.c.* regi M^2BZ 13 in *om.* M^2H 15 secunda *A* ei *s. l. B* adspirauerant *C* adspirauerat *A* regno M^2 17 decedere (i *ex alt.* e *m3*) M^2 decedens *B* deceret *α* relinqueret *B* 22 quos *om. Ca.c.* 25 suam $M^2a.r.$ 26 dein *HBZ* dehinc *α* facta *om.* M^2HZ, *s. l. B* amphiteatro M^2 ampitheatro $M^2p.c.m3$, *C* 27 populi] *add.* facta *eras. B*

tum. processit Ptolomaeus, qui regis amicitiae inter fidissimos quosque usque in extremum adhaeserat, et anulum deferens, quem defuncti digito detraxit, conlaudat regem et populum admonet tranquillitatis. aperitque epistulam, qua precatus fidelissimos sibi milites hortabatur, ut successori suo beniuolentiam exhiberent et gratiam. apertis etiam tabulis testamenti recitatur Philippus Trachonitidis regionis et finitimorum locorum heres nuncupatus, tetrarches Antipas, rex Archelaus, ita tamen ut ad Caesarem deferri anulum suum atque ei arbitrium et firmamentum omnium dispositionum suarum reseruaretur, ac tunc demum ratum esset testamentum suum si Caesar probasset. reliqua secundum priora sua testamenta custodiri praecepit. continuo ad- 2
clamatio facta militum Archelao plaudentium, circumuallatur ilico stipatorum ambitu, promittunt beniuolentiam, spondent fidem. post haec conpetenter atque magnifice funus curatum omni ambitu regalium diuitiarum praemisso ac pompae funebris celebritate. lectus erat auro totus et gemmis insignitus, stratum refulgens murice, corpus adopertum purpurea diploide, quam internectebat fibula lapidibus pretiosis coruscans, diadema adhaerebat uertici supraque corona aurea, sceptrum in dextera, ut uiuentem putares. praeibat agmen Thracium Germanique et Galli stipatores regii militarem seruabant ordinem. pari modo succincti armis ac si in bellum prodirent, sed ora maesti et dolentibus similes prosequebantur. reliqua manus praegrediebatur or-

XLVI § 2 cf. Bl. I 670—673

1 praecesset (e *alt. ex* i) *C* ptolomeus (pt *in ras. m2*) *C* tholomeus *A* 3 conlaudet $M^2a.c.$ 4 aperit itaque α 5 mil. sibi *Ca.c.A* 6 exhiberent—gratiam *om. H* 7 filippus M^2 trachonithidis M^2 traconitis *Ba.c.* trach(h *ex corr.*)onitidis *C* 8 thetharche M^2 thetrarces α antipater M^2 antiphas *BA* 9 deferretur *Ba.c.* anulus suus *B* 11 reseruaret α tum *HB* α demum *s. l. B* 12 suum] eius *B* sequundum *C* 14 facta] *add.* est α circumuallabatur M^2 17 curat *Ba.c.* amictu *A* promissum (o *ex* um *m3*) M^2 praelato (*s.* praemisso) *B* ad M^2HBZ 18 funeris α celebritatem *HBZ* totus *s. l. B* 20 deploide $M^2a.c.m3$,*B* dyploide *C* 21 supra quem *H* superque *B* 22 dexteram M^2 dextra *Z* putaret $M^2a.c.m3$ 23 tragicum M^2 tragycum (*s.* cium) *B* tragoechum *C* 24 regi $M^2\alpha$ 25 bello *H* 26 praegrediebatur] prosequebatur M^2B proseque *H* reliqua—prosequebatur *suppl. mg. B*

natu solito et cultu adsueto comitantibus pariter ducibus et centurionibus. L etiam seruorum et libertorum regiae domus aspergebantur aromata, ut suaui odore tota fragraret uia. lectum filii regis et propinquorum uis maxima circumfundebantur. sepultus est in Herodio ut ipse mandauit, quod aberat CC stadiis ab eo loco, in quo finem uitae inuenit, magno obsequio per tantum spatii deductus uniuersorum sed non omnium pari affectu. metus enim officium non uotum extorserat, dolor intra se saltem liberam habebat sententiam. hunc finem habuit Herodes.

LIBER SECVNDVS.

I. Sepulto Herode libera ut in defunctos solent iudicia populi depromebantur: grauem fuisse illum et intolerabilem sibi; iniusta imperia in ciues exercuisse tyrannum non regem; suorum parricidam domesticum, expoliatorem publicum, nemini quicquam dereliquisse; tributum additum, exhausta omnia, locupletatos alienigenas, Iudaeos exinanitos; qui templum hostem induxerit, sacra omnia sacrilegio contaminarit. beatos qui defecissent, cum tormenta uiuentibus non deessent, plura malorum Iudaeam post depulsam captiuitatem in paucis annis sub Herodis imperio pertulisse quam in ipsa captiuitate sub hoste barbaro sustinuerit, cum sibi Babyloniorum reges imperitarent. sub illis tolerabiliora exilia quam sub Herode domesticum domici-

I § 1 cf. BI. II 4—5. 84—89

12 sqq. cf. Tac. Ann. I 9—10

1 solito *s. l. B* pariter *s. l. Z* 2 centurionebus M^2 liberorum α 3 adspergebant *HBA* aspergebat *Z* adspargebantur (*eras.* ur) *C* aromatha *C* flaglaret uia *ex* flaglaretur $M^2 m3$ fraglaret *C* 4 lectus *Ba.c.* filiorum *Ba.c.* filiis α et] ut M^2H uix M^2 ui *B* maxime M^2 circumfundebat *B* circumfundebantur (unde *in ras. m2*) *C* circumferebatur *A* 9 statim M^2 Ege(*ex* IO *m3*)SIPPI LIB. PRIMVS · EXPL · INCP · SECD ambrosi epi de grego transtulit in latinum M^2 EXPLICIT · LIBER · PRIMVS · (PRIMVS *om. A*) · INCIPIT · (EIVSDEM *add. A*) · LIBER · SECVNDVS *cet.* 12 sepulto] *add.* igitur α defuncto $H\alpha$ 15 domesticorum *H* expilatorem *HBZ* 16 dereliquisset M^2 tributis *HBZ*α additum *om. HBZ*α 18 templo *HBZ*α induxit $M^2 a.c. m3$ sancta *HBZ*α 19 contaminauerit $M^2 p.c. m3$ qui] *add.* uite (ui *s. l.*) *B* 20 malorum] ut maiora *Ba.c.*

lium, ab illis ad sua remissos, ab hoc fugatos. immitiorem Dario, Artaxerxe superbiorem, Medis rapaciorem. sperasse finem malorum, ut sibi exire liceret exilio, si diem clauderet, sed accessisse ad seruitutis miseriam Archelaum spontaneum successorem, qui et Herodem referret et noua adderet. miserum hoc in regnis esse quod dominus eligeretur, miserius quod inuitis inponeretur. solacium seruitutis uideri, si ipsi sibi dominum legant, eo quod fiat benignior si deferatur imperium, superbior si usurpetur. longe itaque Archelaum Herode intolerabiliorem futurum, cum iste assumserit regnum, ille acceperit. ea non solum crebro in Iudaea con- 2
ferebantur, uerum etiam Romae adsistenti Archelao perorantibus accusatoribus in os obiecta apud Caesarem senatumque, ubi de regno Archelai confirmando abrogandoque diu certatum. denique cum in templo Apollinis, quod Caesar condiderat multisque ornatibus uenustarat, locus esset cognitioni datus, Salomes filius Antipater illa quae supra diximus et multa alia dicendi ualidus prosequebatur: mirari se quod Archelaus quasi petendum a Caesare regnum praetenderet, cum usurpatione temeraria iam dudum intra Iudaeam inconsulto Caesare regem exercuisset. quid enim sella aurea allatumque diadema nisi regni insignia forent? quo spiritu sedere praesumserit supra thronum regium? de sublimi solio salutare plebem circumfusum stipantibus numeris militaribus; more quodam et usu imperatorum promi diadema, quod Caesaris iudicio seruari oportuerat non solum pro potestate Romani imperii sed etiam pro iure testamenti. Herodem enim nec praeripere potuisse Caesari uel

I § 2 cf. BI. II 80—81. 26—28. 2. 31—32. 30. 90—91

2 artarxerxes (*eras.* s) M^2 xerxe *H*, (*mg.* al artarserse) *B,C* xerse *A* superiorem M^2Z maediis *C* separasse M^2Z superesse (*s.* sperasse) *B* 3 liceret exire *Z* in *ante* exilio *Ba.c.* 5 heroden M^2*a.c.m3* 6 esset M^2*a.c.m3* 8 eligant *Bp.c.,Z* 9 imperio M^2*a.c.m3* 10 herode *s. l. B* intolerabilem *C* tolerabilem *A* 11 iudaeam *α* 13 os *om.* M^2 15 diu *om.* M^2 decertatum M^2Z 16 cognitio mundatus (-tur *in ras. m3*) M^2 17 salome *H* salomis *B* filia antipatris *α* quam *A* 18 ualidius $M^2\alpha$ 21 Caesare *om. H* 22 sella]*add.* illa *exp. B* auream M^2*a.r.* 23 ut *ante* de *H* 24 salutare plebem] salutarent quem *H* circumfusam *B* 25 militantibus M^2*a.c.m3* promi] pro $M^2\alpha$ 28 heroden M^2*a.c.m3* nec *s. l. m2* M^2

senatui, quod ipse uel a senatu accepisset uel a Caesare recepisset. et superiore testamento expressisse satis propriae indicium uoluntatis, quo Antipan succedere sibi in regnum sensu integro perpensoque consilio declarauerit, et posteriore omnia Caesaris iudicio reseruasse, quamuis soluto iam corpore, anxius supremo periculo nec ullius iam sensus aut consilii capax dictauerit non quod arbitrabatur sed quod ingerebatur. praereptorem igitur imperii de se ipso pronuntiasse quod non mereretur tuo, Caesar, iudicio in regnum substitui, nam si meriti sui conscius foret, petere potius quam eripere maturauisset. non petendo autem sed usurpando quae in petitione consisterent etiam in pecuniariis negotiis praeiudicare solere, ut praeposteri litigatores cadant causa. hic uero non pecuniarum quaestum in crimen uocari sed imperii Romani uiolatum ius, reuerentiam despectam, spretam potestatem; indignum aestimatum Romanae curiae senatum, qui soleret regnum dare atque eripere, ut cum Caesare uetustam conferendi imperii seruaret praerogatiuam. quid facturum esse, cum regnare legitime coepisset qui ante regnum insoleuisset? necatos praeterea plurimos, quia opem fessis rebus et tributorum alleuamentum poposcerant, remedium postulantibus bellum inrogatum, interfecta VIIII milia Iudaeorum in ipsa uenerabili apud suos paschae celebritate, pro pecudibus homines immolatos, sacratorum qui ad templi festa conuenerant sanguinem fusum, spectaculum miserabile. si quis caesorum stragem recenseat, Babylonios reuertisse arbitretur. quanto crudelius a ciue commissa quae in hoste barbaro

21 cf. Verg. Aen. XI 335

2 prope *Ca.c.A* 3 antiphan *B* antipam *C* anthipater *A* 4 int.] *add.* ac *s. l. m2B* -que *om. HBα* 5 posteriora M^2BZ reseruauisse $M^2p.c.m3$, *HBZC* 6 suppreme M^2 7 aut] ac *B* 8 praeceptorem M^2HZ 9 ipsum *H* meretur $M^2a.c.m3$ tuo] *add.* nisi *Z* tunc *A* caesaris *Ba.c.,A* 12 subsisterent *H* constiterint *A* 13 soleret $M^2a.r.$ praeproperi *Ba.c.* 14 c(a)edant α hic—uocari *suppl. mg. B* non *om.* M^2 pecuniarium *BZα* 16 pot,] uoluntatem *H* 18 ut] et *Ba.r.* cum *om.* α caesarem M^2 caesari *Ca.c.m2,A* conferendum M^2 19 reseruaret *Z* esset $M^2p.c.m3$ 22 deposcerent *A* 23 VIIII] CIIIII *C* 25 conuenerat M^2 conuenerunt *A* 27 arbitratur α

plena immanis saeuitiae atque impietatis aestimarentur? hanc sportulam ciuibus datam, hoc sacrificio Archelaum regni sui primordia commendauisse. debere misereri Caesarem senatumque reliquiarum Iudaeae, quae quondam liberis fulta populis seruitutem optaret, si modo tolerabilem liceret perpeti sub rege iusto. longe illum abesse a iure imperitandi, siquidem nullis apud Iudaeos regnum conpeteret, nisi ei qui esset ex generatione Iudae, sicut lex diceret. at uero istum Idumaeum genus, quem nulla prosapiae regalis origo contingeret, inrepsisse in honorem indebitum, siquidem, cum Antipater sibi atque Archelao fuerit auus, praestans diuitiis ceterisque artibus potens et maxime Romanorum amicitia Caesarique seniori bello probatus, cum posset regnum sibi adsciscere, numquam tamen affectauerit, quin etiam defendere aliis maluerit quam sibi parare, meritoque illum habitum ut parentem optimum, qui Iudaeam in libertatem uindicauerit uulneribus suis nec in seruitutem deduxerit. Herodem Antoni testimonio qui paternus sibi hospes fuisset in regnum adspirauisse; ex illo Iudaeorum res imminutas, egisse ut hostem non ut rectorem. cum igitur etiam ipse adulter regni fuerit, quomodo potuisse ab eo legitimum regem creari? non deprecari tamen quo minus sub regno sint, sed poscere ut sub Romano cuius sibi gratia iam in Macchabaeis parata tantum per usurpationem regni postea degenerauerint, ut multo inferiores sint his, aduersum quos Romanam petierint societatem. denique orare sese 'ut eadem condicione Iudaea qua Syria praesidale iudicium a uobis adipiscatur, quo deuotionis nostrae detur

8 cf. Gen. 49, 10

1 aestimaretur M^2*a.c.m2* 2 sportulum M^2 6 illud *B* 7 imperandi *C* nulli *HZα* conpetere *HBZ* 9 ad M^2*a.c.m3* genere *H*, (ere *s. l.*) *B* 10 inrepisse *BZA* in *om.* *α* 11 antipatro M^2*Z*,*Ba.c.* sibi *s. l. Z* 15 qui nequaquam defendere *A* parere M^2 17 uindicauerat M^2*Z* 18 deduxerit *om. A*, *add.* potestate *B* herode M^2*a.c.m3* antonii (an *in ras. m3*) M^2*p.c.m3*,*HZA*,*Cp.c.* 19 sibi *s. l. m2B* hospes sibi *α* exilio M^2 21 fuisset *Ba.c.* 23 poscere] agere *α* ut *om. H* Romano] *add.* agere *s. l. B* romanos *C* 24 gratiam M^2*BZα* iam *om. B* in] inde a *HZα* paratam *Bα* partam *Z* 25 degenerauerit *B* 26 aduersus *Ba.c.* 27 se *α*

experimentum, utrum qui seditiosi ac rebelles uocamur possimus moderatis iudicibus obtemperare'. aduersus ea Nicholaus pro Archelao respondens inquietissimam nationem insolentiae adseruit poenas dedisse, ne hinc potissimum Archelaus in inuidiam inexcusabilis criminis arcesseretur, si per seditionem pacem turbarent atque a Romanorum societate animis atque armis discederent. de testamenti autem praelatione quis dubitaret, 'cum et posterius praeferri soleat superioribus et hoc multo ualidius ceteris uideri debeat, in quo Caesari confirmandi regalis iudicii seruata sit praerogatiua, quo cumulata potius quam imminuta Romani nominis reuerentia sit, si et a uobis, Caesar, non praeripiatur regibus quod priuatis licet, ut eorum ualeant testamenta et quem potissimum sibi cupiant succedere ultimo scribant stilo, atque ab illis iterum ea uobis honorificentia seruetur, ut confirmatio iudicii a uobis petatur, ut is succedat quem pater elegerit, uos probaueritis? quando igitur magis sapuit Herodes, cum tibi, Caesar, seruauit praerogatiuam, an quando praeteriit? ubi Antipas substituitur, Caesar praeteritur, ubi Archelaus subrogatur, Caesar adsciscitur. sine firmamento nulla res stabilis. diuino itaque iudicio, ubi iustitia deerat, uel simulationi uel uoluntati firmamentum defuit: ubi autem aequitas animi suppetebat, robur quaesitum, ut iudicium confirmaretur. considera igitur, utrum fecerit iniuriam qui te elegit, aut rescindi debeat quod te arbitro sanciendum reliquit, rerum omnium domino, cui iure etiam reges cedunt potestatem. qui enim sciuit quem eligeret ad confirmandum, sciuit utique quem eligeret

I § 3 cf. BI. II 92. 34—36

2 obtemperare] *add. et del.* Quid nicolaus aduersus salome dicta responderit contra iudeos *A* eam M^2 3 nicholaus *sic* M^2, (-as *a.c.*) *C* respondit *Ba.c.* 4 insolentiae] *add.* suae (*s. l.*) *B,Zα* hic *C* his *A* 5 in *om.* M^2Z inuidia *Z* inexcusabilis** (ui?) M^2 inexcusabili in crimen (*s.* criminis) *B* accerseretur *Hα* 7 desciscerent *Ba.c.* 8—9 posteriores soleant *Ba.c.* 11 cum multa M^2*a.c.m3* seruentur M^2*a.r.* 19 antiphas *B* 21 subsciscitur *Z* stabilis] *add.* est *B* 22 uoluptatis M^2 uoluntas *A* 23 se animi (exanimi *p.c.m3*) M^2 examinis *H* et animi *B* subpeditabat (*s.* petebat) *B* 25 aut] *add.* que *B*, *add.* si *Z,Bp.c.m2* 26 tuo arbitrio *B* arbitror M^2*p.c.m3,Z* relinquit *H* 27 potestate *HBZ* 28 elegeret

ad imperandum, nec in successore falli potuit qui non est falsus in confirmatore. nam qui te arbitrum constituit, cognouit utique talem successorem sibi constituendum, qui tibi quem constitueres non displiceret.' auditis partibus 4
Caesar sententiam distulit. deinde conlato cum senatu consilio Archelaum genti praeposuit, ut fungeretur rectoris munere non regni honore. spopondit tamen et regnum daturum, si se ita gereret ut probaretur. iam enim temtamenta discessionis Israhelitae populi nuntiabantur. tetrarchas duos constituit Herodis filios, Philippum et Antipan, qui cum Archelao de regno certauerat, Herodis sorori cui nomen Salome legatum seruauit, etiam alia ipse adiunxit. duabus quoque filiabus Herodis mille talenta, quae sibi relicta erant, dispertienda arbitratus addidit etiam alia sexcenta milia et eas Ferorae liberis sociari censuit.

II. Interea quidam e iuuenibus, simulans se Alexandrum et propter misericordiam ab his, quibus necandi munus ab Herode patre mandatum foret, subrogatis aliis in locum suum cum fratre se Aristobolo dimissum, Miletum petiit et inde Romam, quo difficilius apud ignotos cognosceretur. ubi facile Iudaeos ad rerum nouitatem promtissimos 2
excitauerat, nisi conperto ea Caesar ad se eum perduci ocius per Celadum quendam qui Alexandrum plene nouerat praecepisset. Celadus, ubi iuuenem uidit, similitudine deceptus haesitauit, sed reliqua perspiciens indicia non con-

I § 4 cf. BI. II 93—94. 98—99 II § 1 cf. BI. II 101—103 § 2 cf. BI. II 105—110

M²a.c.m3 elegerit *B* confirmandum—ad *om.* *α* elegeret *M²a.c.m3* 1 successorem *M²* 2 arbitrem *M²* 3 ut *ante* successorem *exp.* *B* 4 confirmares (*s.* constitueres) *B* 5 distulit] *add.* Archelaum a cesare rectoris munere non regis honore praepositum (*mg.* capitula) *A* consilio cum senatu *Z* 7 spopondit—gereret *suppl. mg.* *B* 8 gereret] ageret *M²* iam enim] tamen*****in *M²* 9 dissensionis *M²HZα* 10 thetharcas *M²* tethrarcas *C* filippum *M²* antiphan *B* 11 certauerant *B* certauerit *Z* 12 nomen] *add.* erat *α* salomen *M²α* 14 dispartienda *C* arbitratur *Bp.c.* arbitrabatur *A* 15 ea *Hα* sociare *M²* 16 Quendam alexandrum mendaciter se simulasse (*mg.* capitulum) *A* quidem *M²a.c.m3* similans *M²* alexandro *M²* 20 petit *α* incognitos *BZ* 21 promtissimos *s.l.m2B* 22 conprato *M²a.c.m3* ea *om.* *A* eo *H* compertis his (*s.* -o eo) *B* 23 coelodum *B* cheladum *C* quendam *om.* *H* 24 celaudum *M²a.c.m3* cheladus *C* 25 perspiciens reliqua

uenire quaesiuit ubi esset Aristobolus. at ille in Cypro insula degere adseruit cauentem insidias eo quod coniuncti inter se fratres facilius extinguerentur. deinde ad Caesarem deductus aperuit ilico inpunitate promissa fretum se specie similitudinis quod esset Alexander simulauisse, ut innumerabilia munera quasi regis filius a Iudaeis consequeretur. Caesar dolum risit, sed et ipsum immunem dimittit et eos, qui ultra priuatum modum quasi regis filio detulerant, satis multatos esse pronuntiauit, quod superfluis sumtibus in-
3 finita dispendia toleràuissent. Archelaus autem profectus in Iudaeam ob obscenitatem morum et insolentiam accusatus apud Caesarem cognita inter partes causa Viennam relega-
4 tur opesque eius thesauris Caesaris adsociatae. hoc merito pretium luit qui nec a fratris sui germani coniuge suas conpresserat cupiditates. nam ubi Alexander obiit patris imperio neci traditus, Glafyra uxor eius Archelao rege Cappadocum genita, quemadmodum supra memorauimus, Libyes regi Iubae secundis est copulata nuptiis. quo defuncto reuertit ad patrem. illic eam contemplatus Archelaus, quod fratrem mariti filiorum patruum hautquaquam pie refugiendum arbitraretur, ita deperire coepit, ut uxorem eiceret Mariammen et Glafyram in locum illius substitueret. non multo post, ubi mulier in Iudaeam rediit, uidit in

II § 3 cf. BI. II 111 § 4 cf. BI. II 114—116

17 cf. supra I 38, 3

B a.c. prespiciens *A* 1 cyro *B* 6 munera] *add.* ibi *B* ibi—consequeretur *mg.B* 7 dolo M^2 *a.c.m3* dimittit] *add.* iubet *s. l. B* dimitti iubet *Zα* 9 sumtibus] fluctibus M^2 10 tolerauissent] *add.* Arcelaum a caesare uiennium religatum (*mg.* capitulum) *A* 11 ob *s. l. B* propter *B p.c., Z, om. cet.* obscenitate M^2 *p.r., C* insolentia M^2 *p.r., α* 12 biennam M^2 uienniam (*ex* -um) *A* ligatur M^2 *B a.c.* religatus *Z* 13 eius opesque *B* adsociatae] *add.* sunt *Z* 14 pretio M^2 16 glafira M^2A glaphyra *B* 17 cappadochum *C* 18 libies M^2A lybies *H* libyae *BZ* ioba M^2 iuba *H* toba (v *s.* o) *B*, (*s.* tobae) *Z* iudae *A* 19 reuertitur *B* reuerti *C* 20 fratre M^2 22 mariamen *HZ* mariammem *B* ariannen *α* glafiram M^2A glaphyram *BZ* eius illius (*exp.* eius) *B* ipsius *Z* subrogaret *Z* 23 rediit] Somnium glafire uxoris alexandri filie archelaus cappadociae regis (*mg.* capitulum) *add. A* uidet *B a.c., α*

somnis Alexandrum et conplecti desiderauit. at ille indignanti similis a conplexu refugus uisus est dicere: 'haec est, Glafyra, promissi fides? ita amores erga te seruasti meos, quorum memorem te esse oportuit? sed esto: adulescentula secundas nuptias non refugeras, etiamne tertias, etiamne fratrem mariti? ita te mea delectauit iniuria, ut in meam domum tertio nupta coniugi remeare non erubesceres? sed mihi curae ne diutius maneat contumelia mea contagio tua, nec longum laetabitur fraterni incestus matrimonii.' exsurrexit mulier et familiaribus narrauit somnium, atque ipsa biduo post defuncta fidem fecit, quod huiusmodi coniugia nec uiuorum legibus inpunita sint nec mortuorum uoluntatibus.

III. Ipse quoque Archelaus uidit in somnis spicas VIIII plenas magnas a bubus uorari. cui quaerenti respondit interpres VIIII spicis VIIII annos significari, quibus potestate usus sit amplissima et maxima. nono itaque anno imperii sui mutationem eidem fore, eo quod boues, qui arua aratro soleant interuertere, mutationem significent laboriosam, quae deuoret atque absorbeat merita superiora. his cognitis quinto die uenit a Caesare qui eum ad iudicium Romam deduceret, in quo condemnatus et actus in exilium etiam morte inpleuit somnia sua. principatus gentis qui ad 2 Archelaum pertinebat conuersus est in nomen prouinciae, quo nomine Romani, cum in ius suum uincendo redigerent, procul positas regiones appellauerunt. manserunt tamen

III § 1 cf. BI. II 112—113 § 2 cf. BI. II 167—168

3 sq. cf. Verg. Aen. IV 28 25 sq. cf. Isid., Etym. XIV 5, 19

1 indignanti similis *exesa suppl. m3C* indignati *H* indignanti* *B* 2 a] et a *H* 3 glafira M^2A glaphyra *B* 5 etiam nec *α* 6 mariti] *add.* adpetere debueras *Z* 8 curae, *add.* erit *B* 9 contagioque (que *s. l.*) *B,Z* tuo *A,Bp.c.* 10 exsurrexi M^2*a.c.m2* et surrexit *Z* 12 contagia *α* 15 plenas] *add.* et *α* et magnas *suppl. s. l. m2B* 16 spicas *HBZα* anni M^2*a.c.m3* 17 itaque anno nono *α* 19 inuertere (*add. s. l.* ter) *B,ZC* inuoluere *A* mutationem, *add.* regni *Z* 20 merita superiora *suppl. mg. m2B* 21 ad caesarem *BCa.c.* 22 exactus *B* 23 mortem M^2*a.r.* somnium suum M^2*p.c.m3,HBZα* 26 regiones] *add.* prouincias *ex Isidoro aut ex Isidori exemplari* M^2H,(*s. l. m2*)*B,Zα* tamen] autem *H*

tetrarchae ut erant Philippus et Herodes, mutato uocabulo qui Antipas prius nuncupabatur. nam Salome moriens loca quae tenuerat et potestatem suae gentis Liuiae uxori Caesaris dereliquerat. is status erat Iudaeae quando Caesar defunctus est, relinquens Tiberium priuignum suum Liuiae uxoris filium ex superiori genitum coniuge successorem imperii Romani, cuius in honorem Tiberiadem Herodes condidit. Philippus quoque Liuiam urbem matris eius uocabulo
3 nuncupandam putauit. et quia propositum nobis est aperire causas, quibus populus Iudaeorum a Romano imperio desciuerit sibique exitium accelerauerit, Pilatum prouinciae praesidem initium ruinae dedisse res indicat, quandoquidem Caesaris imagines Hierosolymitanis aedibus inferre primus omnium non dubitauerit. quo motus populus cum resisteret atque ille recipiendas censeret imagines, plurimos in mor-
4 tem coegit. dum haec in Iudaea geruntur, Agrippa Aristoboli filius Romam aduenit cupiens aduersum Herodem tetrarchen apud Tiberium iudicio decernere, sed despectus a Tiberio, cum Romae degeret, plurimos sibi adsciuit ad amicitiam et maxime Germanici filium Gaium, quem siue paterni nominis gratia amabilem populo, seu regii generis propinquitate proximum imperio ratus an quodam praesagio studiosius excolebat, quam uel aetatis uel honoris eius ratio patiebatur, ita ut quodam die manus eleuans deprecaretur, ut maturius Tiberio mortuo Gaium uideret imperatorem. quo prodito per Eutychum, libertum suum, Agrippa iussu Tiberi in uincla ducitur et grauibus modis excruciatur, non

III § 3 cf. BI. II 169—170. 176—177 § 4 cf. BI. II 178—180 AI. XVIII 168

7 cf. Isid., Etym. XIII 19, 5

1 tetarch. M^2 tethrarcae *C* filippus M^2 2 quia *B* antiphas *B* nuncupatur *Z* salomae *Mp.c.m3* 3 libyae α 4 is *om. A* status erat] statuerat α iudeam *A* 5 thiberium *A* libie *H* libyae α 6 filius M^2*a.c.m3* superiore *HBZ* 8 libiam *ZA* libyam *C* 9 putauit] uocauit α 11 exitum M^2*a.c m3* pylatum M^2 16 iud(a)eam M^2*a.r.*,*C* geruntur] agerentur *B* agrippae *Za.c.* 17 aduersus *B*α heroden M^2*a.c.m3*,*B* 18 tetharchen M^2 tethrarcen *C* decertare α dispectus M^2*H*α,*Ba.c.* 22 proximo M^2 imperii α oratus (*eras.* a) *C*,*A* 23 studiosus M^2*a.c.m2* 24 potiebatur *Ba.c.*,α 25 tvberiu* M^2 26 euthicium (i *alt. m3*) M^2 eutichum *ZC* heuticum *A*

ante dimissus quam Tiberius diem clauderet. cuius tempora foeda ludibriis Caprearumque secessus — ignauia intolerabilis — nullum tamen efficacis uirum operis in necem eius excitauerunt, recentis, ut arbitror, Romani imperii reuerentia siue terrore saeuissimae crudelitatis, quia plerumque asperitas quo grauior eo tutior est.

IV. Eo imperante famosum ludibrium Paulinae spectatissimi generis feminae Romae percelebratum est. quae cum egregiam castitatis apud omnes famam haberet, esset autem praestantissimi decoris et eminentis gratiae, temtata Mundi equestris militiae ducis interpellationibus nec inflexa. uitio nimiae superstitionis patuit errori, namque subornatis Isidis sacerdotibus qui uelut Anubis ad eam mandata perferrent, quod eam ad templum inuitaret, delectatum se eius sedulitate et pudicitia noctem poscere, habere se quod eidem secreto uellet committere. quod illa accipiens laeta ad maritum detulit, deum suis adesse uotis, a deo suam posci praesentiam, negare se non posse oboedientiam. itaque et ex sua et ex mariti sententia pergit ad templum Isidis, noctem exegit remotisque procul arbitris quasi sacri cognitionem mysterii perceptura sese stratis conposuit suis, aestimans quod ad eam deus suus in somnis ueniret et per uisionem sese eidem demonstraret. uerum ubi aliquid noctis processit, quo facilius mulier plena somni deciperetur, Mundus assumto uultu Anubis habituque aduenit, uestimenta ableuat, in oscula ruit. expergefactae mulieri Anubem se esse dicit, uultum Anubis praetendit. illa deum credidit, beatam se adserit quod eam dignatus sit uisitare dominus

IV cf. AI. XVIII 65—80

2 successus $M^2H\alpha$ caprrearumque secessus *s. ras. 14 litt. B* intolerabili *B* 3 exciuerunt *Z* 7 imperitante *HBZ* spectatissim(a)e M^2ZC, *Ba.c.* spectantissimi *A* 8 praecelebratum (le *s. l.*) *A* 10 temtatam α 13 insidiis M^2 isidiis *BZ* uel $M^2a.c.m3$ a nobis $M^2a.c.m3$ anubes *Ba.c.* ad eam *om. A* deferrent (n *s. l.*) *A* 15 haberet $M^2a.r.$ se *suppl.* $m3M^2$ 16 accipiens *s. l. B* 17 ab eo $HZ\alpha$,*Bp.c.* poscit $M^2a.r.$ 18 et *s. l. BC* 20 egit $H\alpha$,*Bp.c.* 21 suis *s. l. B* fuit M^2 fusis α 22 uenisset *A* 23 eidem] ei *BZ* idem *A* 24 somno *Ba.c.* somnii *C* 25 Anubis] *add.* in M^2 26 adleuat *B* adleuatur *A* expergefacta *Ca.c.* 28 esse *ante* adserit *eras. B* uisitare dignatus sit *Ca.c.*

deus suus. amplexum petenti non negat, refert tamen utrum deus possit homini misceri. ille promit exempla quod et Iouem summum deorum Alcmena susceperit et Leda eiusdem concubitu potita et plurimae aliae, quae ediderint deos partu. de se quoque et illa deum esse generandum persuadet mulieri, concubitu miscetur. redit ad maritum laetior, dicens quod mixta deo sit mulier et eius promissu deum esset generatura. fit ingens in stupro mulieris mariti gaudium. postea occurrit Mundus mulieri et ait: 'beata Paulina concubitu dei, magnus deus Anubis, cuius tu accepisti mysteria. sed disce te sicut diis ita et hominibus non negare, quibus tribuunt quod tu negaueris, quia nec formas suas dare nobis nec nomina dedignantur. ecce ad sacra sua deus Anubis uocauit et Mundum ut tibi iungeret. quid tibi profuit duritia tua, nisi ut te XX milium quae obtuleram conpendio defraudaret? imitare deos indulgentiores, qui nobis sine pretio tribuunt quod abs te magno pretio impetrari nequitum. quodsi te humana offendunt uocabula, Anubem me uocari placuit et nominis huius gratia effectum iuuit.' praestricta sermone mulier inlusum sibi intellexit et dolens iniuriam pudicitiae confessa est fraudem marito. ille nihil habens quod uxori indignaretur, cui ipse cubandi in templo potestatem permiserat, et conscius coniugalis castimoniae principi querellam detulit. qui motus potentis uiri contumelia atque atrocis flagitii commento sacerdotes templo rapuit, quaestioni subicit, con-

1 cf. Luc. 1, 68

1 poscenti α 2 miserire $M^2a.r.$ promittit $Ca.c.,A$ 3 almena M^2H acmenas A 4 Leda] daeta H laeda C eius H potita] *add.* sit BC aliae *om.* H 5 et] ex B 7 sit deo B 8 promissum M^2 promisso BZ esse $M^2H\alpha$ genitura H 10 anobis $M^2a.c.m3,A$ anub H 11 discite M^2H te *om.* M^2HZ 12 quibus (bus *s. l.*) B, *add.* dii $HZ\alpha$, (*s. l.*) B negasti (*s.* ueris) B 13 dedign. nec nom. B numina C 14 et] ut B ut *om.* B 16 obtulerant H defraudares Z 17 tribuunt—pretio *om.* H 18 inpetrare $BZ\alpha$ nequitum] *add.* est *s. l.* B 19 placeat $Ba.c.$ 20 iuua $Ba.c.$ hoc *ante* praestricta (*s. l.*) B,Z perstricta α inluxum $M^2a.c.m3$ inlusam (v *s.* a *m2*) B 21 et *s. l.* B 23 conscii M^2 24 castimonii M^2 26 e *ante* templo $HB\alpha$ rapit $M^2p.r.,HBZ\alpha$ subigit H

fessos necat, simulacrum Isidis Tiberi demergit. Mundo fugiendi potestas permissa, eo quod ui amoris et formae superatus gratia leuioribus commissorum suorum pretiis multandus aestimaretur.

V. Quod igitur ludibrium imperitante Tiberio acciderit non putaui praetereundum, ut ex eo deformitas colligatur imperatoris. sicut enim boni principis uita probitatis quaedam praescriptio et per uniuersos uiuendi forma est, ita imperatoris conluuio lex flagitiorum est. ab eo missus Pilatus in Iudaeam, uir inprobus atque in exiguo ponens mendacium, circumuenit Samaritanos, ut montem cui nomen Gadir peterent — erat enim illis sacratus — eo quod uellet eorum mysteria cognoscere. et ascendens populum praeuenit equitatu pedestrique exercitu, strauit adficto crimine, quod a Romanis discedere et conciliabulum sibi quaerere praeparauissent. quid enim non auderet, qui etiam Christum dominum ad salutem humani generis aduenientem, multis et diuinis operibus profundentem in homines misericordiae suae gratiam nihilque aliud docentem, nisi quod primum deo, deinde imperatoribus faceret populos oboedientes, cruci suffixerit? demens qui minister esset sacrilegi furoris et interficeret auctorem salutis. ex illo itaque Iudaeorum res perditae, ex illo exitium genti temploque maturatum excidium. nam si Herodes, qui Iohannem neci tradidit, perfidiae et crudelitatis suae pretium luit deiectus regno atque exilio datus, quanto magis praecipitibus furiis actum intellegi datur eum qui Christum occiderit? quae autem causa mortis fuerit Iohanni breuiter expediam. Philippum et Herodem

V § 1 cf. AI. XVIII 85—87 § 2 cf. AI. XVIII 63—64 (Marc. 12, 13—17) AI. XVIII 116, BI. II 182—183 § 3 cf. (Marc. 6, 17—18. 20) IS. TuU. NF. XIV 4 p. 7

2 fugienda M^2 5 imperante *H* 9 imperatori M^2 conlubio M^2 flagitiosorum *α* 10 pylatus M^2 12 gaddir *Z* gadira *C* gadisa *A* sacratus] gratus *H* 13 ascendente *B* 14 strauitque *Ba.r.* quod] *add.* et *eras. B* 15 disciscerent (*s.* cedere) *B* discedederet *Z* et *s. l. B* 16 enim *om.* M^2 17 uenientem *Ba.c.m2* 19 quod] quo *HZC* ut *B* 20 facerent M^2 21 fixerit *α* et] ut *Zα*, *add.* suum *α* 22 interfecerit (*alt.* i *ex* -e- *m3*) M^2 24 iohannen *H* ioannem *B* 25 delectus *A* 27 causa autem *HBZα* iohannis *A* 28 expedam M^2*a.c.m3* filippum *ut infra* M^2 heroden M^2

qui prius Antipas dictus est germanos fuisse supra ostendimus; uxorem Philippi Herodiadem quam Herodes inlicito ac nefando sociauit sibi iure matrimonii. non tulit hoc Iohannes et ait illi: 'n o n t i b i l i c e t u x o r e m h a b e r e f r a t r i s t u i.' tum ille commotus in carcerem trusit Iohannem. nec multo post necauit uirum iustum et constantem diuinae legis exsecutorem. non solum enim quasi praedicator euangelii fraterni cubilis incestum reprehenderat, uerum etiam quasi legis exsecutor praeuaricatorem legis condemnauit, qui fratris uiuentis uxorem eripuerat, praesertim habentem semen de germano ipsius. hinc excitata Iudaeorum fere
4 omnium in Herodem odia et poena adcelerata. cuius auctor Herodias, uidens Agrippam plurimum praeualuisse apud Caesarem, conpulit eum Romam pergere, quo sibi imperatoris gratiam conciliaret, obiectans desidiae contumeliam, quod fugitans labores, dum moratur domi, indignos sibi pateretur anteferri. nam cum Agrippa ex priuato rex factus sit, quanto magis ipsi iam dudum tetrarchae quo regnum conferat Caesarem non dubitaturum. itaque mulieris obprobria nequaquam sustinens, Romam profectus, dum Gai amicitiam petit, ab Agrippa accusatus etiam tetrarchiam amisit, quam a Iulio Augusto acceperat, et fugitans in Hispaniam una cum uxore Herodiade maerore animi con-
5 sumtus est. mortuo quoque Tiberio Gaius successit, qui

V § 4 cf. BI. II 182—183 § 5 cf. BI. II 184—185. 218—219

2 cf. supra I 42, 5 4 *Marc. 6, 18 5 cf. Matth. 14, 3 11 cf. Deut. 25, 5

1 hostendimus M^2 2 herodiaden $M^2H,Bp.c.$ herodiam $Ca.c.m2$ quam *om.* $B\alpha$ in lectu A ac nefando] *ras. in* B 3 nefasto ZC nefario A nefando fastu (-u *ex* o *m3*) M^2 4 illi] *add.* quia A habere uxorem α 5 carcere $M^2a.c.m3$ detrusit $HBZ\alpha$ 7 praedicatorem $M^2a.r.$ 9 exsecutor *om.* H praeuaricatorem] *add.* enim A legis] mandati ueteris α 11 hinc ipsius $M^2\alpha$ ipsius *s. l.* B excita $Ba.c.$ 12 heroden $M^2a.c.m3$ cuius] *add.* rei *eras.* B, *add.* odii Z 13 praeualuisse (prae *ex* plur) C ualuisse A 16 fugiens B laboris $H\alpha$ 18 quanto] quam $M^2a.c.m3$ thetharche (-ae *m3*) M^2 thethrarce C quo] **** *et s.* quo B 20 gaii $M^2a.r.$ 21 accusatur $M^2a.c.m3$ thetharchiam M^2 tetharchiam C 22 a Iulio] ab octauiano (*s.* a iulio) B fugiens H 24 gaius (i *s. l.*) M^2

dominum se et deum uideri atque appellari uolens causas dedit Iudaeis grauissimae seditionis, ac nisi propero fine imperium clausisset, Iudaeorum genti finem fecerat maturiorem. non solum enim ab inlicitis non reuocabat suos, uerum etiam missis in Iudaeam ultima supplicia minitabatur, nisi omnia aduersum ius et fas religionis armis patrarent. plurimum eius imperio potuit Agrippa, sed dum uellet muro ambire maximo Hierosolyma, ut Romanis fieret inexpugnabilis — praeuidebat enim imminentem ruinam — morte praeuentus opus inperfectum reliquit. nec minorem potentiam exercuit imperitante Claudio, quia ipsius quoque primitiis interfuit, cum Gaio peremto ipse a militibus adsumtus in imperium, resistente sibi senatu regni taedio, Agrippam legatum direxit, quo interprete repromissa moderationis fides, inita gratia, pax conuenit. in locum Agrippae patris Agrippa filius eius a Claudio Caesare rex subrogatus est. 6

VI. Ipse quoque Claudius exactis tribus et decem annis cum deficeret, Neronem Romano imperio principem dedit captus uxoris Agrippinae persuasionibus, quae tantum fraudibus ualuit, ut filium imperatoris Brittanicum designatum successorem ipso iure naturae principatus exortem redderet. cuius artis mox paenituit eam, quia dum ex se genito consulit, principi suum negauit ignara quod elatus imperio nec matrem agnosceret atque in exitium eius beneficii mercedem inuerteret. idem tamen Octauiam Claudi filiam coniugio tenebat, praepostero ordine gener filio praelatus, quia mala rei publicae praeponderabant, cui debebatur parricida, sacrilegus, incestus, ut in eo crimina, non ulla

V § 6 cf. BI. II 204—214. 223 VI § 1 cf. BI. II 248—251

2 finem *Z* 3 imperio *M²a.c.m3,Z* clausisse *M²a.c.m3* faceret *B* fecerit *Z* 4 suos] satis *A* 5 minabatur *C* 6 aduersus *α* patrarent] aptarent *M²a.c.m3* 12 gaaio *M²a.c.m2* 13 sibi *s. l. B* 14 promissa *M²p.r.,HBZα* moderatioris *HBZα*, *add.* imperii *HBZ*, inperfidiae *α* 15 fides *om.α* 16 Agrippa] agrippe *M²a.c.m3* lex *M²* 19 agrippae *α* 20 brittanicum *sic M²C* brittannicum *B* 21 successorem *s. l.*'*B* naturae *s. l. B* 23 genito *om. M²* consuluit *H* principi suum] principium *A* delatus *Ba.c.* 24 ingnosceret *M²* 25 octabiam *A* 27 rei publicae *om. H* re publica *Bp.c.m2* 28 incaestus *C* crimina] *add.* uniuersa *B* non nulla *M²α*

2 bonae artis merita regnarent. tali imperatore, seu morum eius intuitu atque ignauiae contemtu siue quia Iudaeis ob grauia sacrilegia auerso praesidio dei summi ultimum excidium praeparabatur, erupit in seditiones graues, latrocinia, dissensiones eorum insolentia, quos per XX annos Eleazarus princeps latronum grauissime depopulatus, aliquando tamen captus a Felice, qui Iudaeae praeerat, et Romam
3 directus graues poenas dedit. ne sic quidem graui caesorum numero infractus est populus Iudaeam inhabitantium, sed in ipsis Hierosolymis aliud latronum pullulauit genus, qui uocabantur sicarii. non iam secretis abditi, nec tenebris nocturnis insidiantes sine aliquo praesidio commeantibus, sed luce diei atque in medio urbis et turbae stipaminum, percutiebant quoscumque propius accesserant. breues manu gladios gerentes, conferto populo permixti, ubi adhaerentem fixerant, cadebat inprudens caeco uulnere ut querellam mors praeueniret. funus in promtu sed percussor latebat, et si quis commotus fuisset alieno uulnere, propior suo factus, erat caesorum portio. ita uel periculi metu uel dissimulatione facinoris sicarius non deprehendebatur: tanta erat insidiantium uelocitas et celandi ars. occiditur sacerdos Ionathes, addebantur multi cotidie, grauior erat metus uiuentium quam aerumna interfectorum. quasi ad pugnam, sic cotidie unusquisque progrediebatur, grauiore tamen condicione, quia hostis praeuidetur, sicarius delitescebat. mors in oculis, in animis timor. nemo se regressurum credebat, nec amicis fides deferebatur dum sicarius
4 metueretur. quo plerique perterriti, insontes quidem a fla-

VI § 2 cf. BI. II 252—253 § 3 cf. BI. II 254—257 § 4 cf. BI. II 258—259

2 contemtus *C* 4 eruperunt *Ba.c.* in *s. l. B* seditionis *M²a.c.m3* graues] *add.* et *Z* latrocinii *α* 5 dissensionis *M²p.c.m3,C* discessiones *HB* discessionis *Z* eleazaros *Ha.c.* 8 nec *Hα,Za.r.* 9 est *s. l. m2C* 10 sed] *add.* et *α* 11 sycarii *ut infra α* in *ante* tenebris *B* 13 luci *M²a.c.m3* stipamine *HBZC* stipam hinc *A* 14 quocumque proprius *α* 15 gladio *M²* 16 fixerat *B* cadebant *M²* 17 mortis *Ba.c.* promtum *α* promto *Ba.c.* 18 si *om. M²* proprior *M²* prior *α* 19 periculi uel *Z* 21 insidiantum *Cp.c.,Z* latendi *α* 22 ionathis *Bp.c.* grauiorque (-que *s. l. m2*) *B,Zα* 24 sic] si *Ca.c.* cottidie *M²p.c.m3,BZ* 25 delitiscebat *H,Ba.c.,α* 26 se *om. M²* 28 pertimeretur *H*

gitio latrocinandi uel sicariorum contubernio, etsi manu innoxii, consilio tamen infirmiores desertum petiere. sed dum sibi consulunt, terrorem fecerunt discessionis, ex quo belli aduersus Romanos suspicio primo, deinde inuidia exarsit. quo motus prouinciae rector misso equitatu et pedestri agmine maximae multitudinis stragem edidit.

VII. Aegyptius quoque pseudopropheta adueniens et magicis inbutus artibus, iactabat se prophetico spiritu caelestia adnuntiare oracula; XXX milia fere Iudaeorum adsociauit sibi eosque ad montem Oliueti congregans frequenti inruptione penetrabat Hierosolyma, ita ut etiam Romanas incursaret custodias, quae ne quid a populo moueretur Hierosolymis praetendebant. ubi etiam haec con- 2
pressa est insolentia, quasi in aegro corpore alia pars grauius inflammabatur. plurimi enim palam discedendum a Romanis, libertatem seruitio praeferendam uociferabantur progressisque in agros quibus alimonia deerat ui expetebatur.

VIII. Postremo in urbe Caesarea grauis inter Iudaeos et gentiles seditio incessit, uindicantibus sibi Iudaeis urbis totius quasi ab Herode Iudaeo conditae possessionem, renitentibus gentilibus quod conditor quidem Iudaeus fuerit, sed Caesaris eam nomine declarauerit, denique et templa intra eam instruxerit et statuas adposuerit eoque uideri magis eam gentilibus usibus mancipatam. harum contentionum seditio in manus uertit, quia neque primi Iudaeorum suos seditioni deditos conprimere poterant et gentiles opprobrio ducebant, si Iudaeis sibi cedendum arbitrarentur. itaque excitauerunt Felicem, ut dum utriusque partis gestit

VII § 1 cf. BI. II 261—263 § 2 cf. BI. II 264—265 VIII § 1 cf. BI. II 266—270

1 contuuernio M^2 *a.c.m3* 2 petire M^2 3 fecerant M^2 discensionis M^2 discessiones *H* dissensionis *A* 6 dedit *Cp.c.*,*A* 7 pseudo *s. l. C* pseudoprofeta M^2 8 artibus] *add.* dum *HB*α iactat *HB* profetico M^2 9 ferme α 12 romanos *Bp.c.* 13 praetendebat M^2,*Ca.c.* praetendebatur *B* conpraehensa α 17 deerant M^2*p.c.m3* ui] ut M^2 uix *Bp.c.* expetebantur *Bp.c.m2* 20 referentibus α 21 iudaeus quidem *B* 22 dedicauerit *Ba.c.* 24 gentilibus] *add.* quam iudeorum *exp. B* gentium α 25 seditio] iurgia *Ba.c.* uersa *Ba.c.* 26 opprobria M^2 27 iudaei *HZA* 28 excitauerunt] *rursus incipit V*

conprimere multitudinem non adquiescentem, praesertim
2 armis quando aliter nequibat consuleretur. cui successit Festus, qui latronibus plurimis conprehensis haut exiguos ultimo exitio dedit. Albinus quoque eadem a Romanis potestate sibi credita nullum nequitiae genus praetermisit, ra- 5
pinarum inprobus praedo, ut qui non dedisset pecuniam in uincula raperetur quamuis innoxius, qui dedisset etiam reus absolueretur. auaritia gignebat superbiam, ut paupe-rioribus se tyrannum praeberet, mancipium ditioribus. idem tamen ut sit praetergressus nequitiam superiorum, ita a suc- 10
cessore Floro quasi deses ac lentus in flagitiis longo sed proximus interuallo praeteritus ac derelictus, ut conparatione deterioris integer aestimaretur. et qui primo questi fuerant ut adflicti, postea Festum quasi bonum iudicem desiderabant. hic enim singulos exuerat, Florus urbes diri- 15
piebat inquinatissimus in obscenitatibus, in saeuitia crudelissimus, armis omnia conturbans et proelia de proeliis serens, qui nec obsecratus ignosceret, nec exsaturatus
4 parceret. in conspectu Beronices, quae soror Agrippae regis ad templum religionis causa uenerat, acerbissima caede 20
in populum desaeuiebat, nec obsecranti deferendum arbitratus, cum inseruientem religioni, nudis pedibus adstantem cerneret et orantem fastidio haberet. unde ad Agrippam regem et ipsa scripsit et populus Iudaeorum direxit preca-
5 tum auxilia libertati. cui regredienti ex Aegypto occurre- 25
runt plerique ultra LX stadia Hierosolymitanae urbis obuiam progredientes et circumducto per urbem cum fidem querellarum probarent, insistere coeperunt ut legatos ad Neronem mitterent. uerum ille dolorem ut ciuium et ipse

VIII § 2 cf. BI. II 271—276 § 3 cf. BI. II 277—279 § 4 cf. BI. II 312—314. 333 § 5 cf. BI. II 335. 338—344

11 cf. Verg. Aen. V 320 17 cf. Sall. Hist. I 77, 7 M.

2 alter M^2 3 exiguus M^2 6 in] ad *B* 7 uincla α *V* quamuis—absolueretur *s. l. m2C* pauperibus *Z* 10 sit *om.* α*V* est *B* supergressus *B*α*V* a *om. Z,Va.c.m2* 13 integra *CV* 14 fuerunt M^2*HZ* 15 exercuerat *Ca.c.* 18 exatiratus M^2 19 conspectu (u *in ras. m3*) M^2 bernicis *H* beronicis *B* ueronicis α*V* soror] sor *Ca.c.m2* 20 regionis *H* 21 populo (-o *ex* u *m3*) M^2,*Ba.c.* 23 unde] tum *B* unde et *Z* 25 regrediendi *CV* 28 probaret M^2*HZ,Bp.c.* 29 mitterem M^2*a.c.m3* dolore M^2

miseratus temtamenta tamen belli aduersus Romanos alta prudentia cernens moueri, ne sibi inuidia populoque ultimum gigneretur periculum, coacto in unum populo, eo loci, qui templo proximus et ponte diuisus Xystus appellabatur, huiusmodi orationem habuit.

IX. 'Etsi in plerisque inprouidus consulendi moderandique inpatiens dolor grauibus aliquos faciat inaestuare querimoniis, tamen ubi consilium sumitur, sequestratur affectus doloris. nam si promptos ad ulciscendas iniurias et ad inferendum Romano bellum imperio uniuersos ex hoc populo conperissem ac non melioris partis et tranquillioris sententiam quod pacis est praeoptare et quod quietis praeferre, nec uenire ad uos ausus forem, nec consilium dare. superfluum enim est suadere quid fieri oporteat, cum audientum adsensus in deteriora sit. sed quia aliis inexpertus bellicorum usus malorum, aliis perfunctoria spes libertatis, praedulcis ad expetendum sed plerumque inrationabilis ad adipiscendum, — multis enim dum libertas petitur seruitus adcumulatur, et frequenter totum eripitur, quibus uel nomen libertatis remanserat, — alios, quibus praesentia uilitate sui displicent, rerum nouitas inuitat, ac si turbentur negotia lucrum putatur, ideo uobiscum consilium conferendum putaui, ne aut prudentiorum sobrietas praeripiatur insolentiorum audacia, aut qui recte sapere nesciunt nostro saltem admoniti sermone cognoscant adquiescendum esse consultioribus. silentium igitur deferendum censeo, ut et nos quae conducere uobis arbitramur

IX § 1 cf. BI. II 345—401

1 aduersos $M^2 a.c.m3$ aduersum $HBZ\alpha V$ acta $C a.c.$ actu A 2 prudentius A cernens moueri (*exesa in C*)] nitens (enit. V) amoueri $VCm3mg.$ ne] *add.* et (*s. l.*) B,Z 3 eo] et M^2HCV, *in ras.* B, $Z a.c.$ e A loco $A,Z p.c.$ 4 systus M^2 xistus A 6 LAVS ROMANI IMPERII *mg.* B 10 bello M^2 imperio bellum B 12 sententiae B et *om.* $HZ\alpha V$, *s. l.* $m2B$ 13 darem αV 15 audiendum M^2 ad audiendum B 16 bellorum αV perfuncturia M^2 17 ad *om.* αV expetenda A 18 cum M^2 20 aliis M^2 alius $A,V a.c.m2$ 21 utilitatis M^2 utilitate V sui] uia M^2 displicet M^2 displiceret αV al presens ciuilitatis uia displicet *mg.* *add.* B 22 putetur $Z\alpha V$ 23 prudentium αV 24 insolentium αV 26 esse *s. l.* B consultoribus $B a.c.,Z$ 27 nobis M^2B

aperiamus, et uestrum nemo perturbet, si aliqua praeter suam uoluntatem audiat. nemo enim poterit aestimare quale sit quod dicitur, nisi audierit prius, cuius cum ipse futurus arbiter sit, probetne an respuat, frustra conturbat ne audiat. licet enim et post consultationem unicuique sentire quod sentit et, si discessio placet, etiam post sobrios monitus seruare inconsultae uoluntatis sententiam. sed dicit aliquis: cur frustra audiri uelim, si non adquiescant qui audiunt? quia si nolint adquiescere cum audierint, portio mihi contionis, non omnis populus periclitabitur; si autem audire nolint, etiam cum pars conturbat auditorii, uniuerso populo eripitur audiendi profectus. itaque apud eos mihi sermo morietur qui audire uoluerint, si uel ex parte aliqua mihi silentium non deferatur. intercipitur enim sermo omnis et quasi totus decidit, si contionalis fragoris et inquieti strepitus exanimetur impedimento. duo sunt itaque quibus primo respondendum arbitror, quae in maximo sunt querellarum pondere, quod plerique uociferantur de iniuriis praesidum et quod plerique perisse sibi libertatem gemunt. quarum propositionum separanda mihi conplexio uidetur. si enim praesides inprobi, quid opus est libertatem attollere? ne uideamini non eorum merito sed seruitutis fastidio accusare praesides quasi dominationis ministros. aut si intolerabilis seruitus, superflua ergo de praesidibus querimonia. nam etsi in illis moderatio sit, nihilominus tamen turpis seruitus est. consideremus igitur ne in utroque eorum non perfunctoria bellorum materia sit.

1 perturbetur *B* aliq.] *add.* res (*eras.* s) M^2 aliquam rem *Ba.c* praet.] per M^2 2 audeat M^2 potuerit *Ca.c.* 3 cuius *om.* M^2 quo cum (*s.* cuius) *B* 4 conturbet *Bp.c.* et *s. l. m2 C* 5 consolationem M^2 *HZ,Ba.c.Va.c.m2* 6 si *s. l. m2 C* discessit M^2H discessis *B* dissensio *A* 7 monitos M^2*a.c.m3,H,Ba.c.,Va.c.m2* inconsulte *C* consultae (a *s. l.*) *A* 8 dicet *BA* aliqui M^2*p.r.,H* aliquit *Bp.c.* audire $M^2B\alpha V$ uelint *Bp c.* requiescant M^2 quiescant *Ba.c.* adquiescunt *αV* 9 quia *om.* M^2 qua *Ba.c.,Z* 11 conturbata *B* audiri (audire *Va.c.m2*) *codd.*; *emendaui* 13 mihi *om. B* mouetur (m *et* u *corr. m3*) M^2 moritur *H* oritur *Hp.r.,A* orietur *BZ, Ap.c.* 15 decidit (*pr.* i *ex* e *m3*) *s. l. m2* M^2 decidet *ZC* continalis *Ca.c.* 16 examinetur M^2HZA examineretur *Ba.c.* 17 primum *αV* max.] proximo M^2 20 gemunt *A* 22 sed *om.* M^2 24 superflue *α* 25 sit] est *B* 26 tamen *s. l. B* est *om. α*

quid autem ineptius quam de iniuriis queri et bellum subtexere ac periculis mutare contumelias, dum iudicem refugias, hostem inducas, cum iudex iniquus plerumque iuris interpres sit, hostis autem etiam iustus semper sit adpetitor salutis? temperari ergo non exasperari iudicem decet, hostem caueri, ne alterum acerbes, alterum arcessas, cum et ille delinimento mitior fiat et iste declinari debeat ne possit nocere. cauendum igitur de iudicibus ne maior querella quam iniuria sit grauiorque obiectionum inuidia quam commissorum pretia. saepe enim qui primo uerecundius deliquerint accusati insolentiores sunt, et qui occulte ante furati sunt postea palam latrocinantur. nihil itaque tam exasperat feruorem uulneris quam ferendi inpatientia. denique in ipsis agrestibus feris artissima uinculorum, si se excitent, inprimuntur, si quiescant, relaxantur, grauisque febrium uis tolerando minuitur, inquietudine augetur. quodsi norunt sibi consulere agrestia ut naturae obliuiscantur, quo dolorem ableuent, quanto magis in hominibus frequens docuit usus quod eorum qui laesi sunt tolerantia laedentibus fuerit uerecundiae, ut sine accusatore correxerint quod accusatione non emendassent! sed esto, fuerit intolerabilis Romanorum iudicum insolentia, quid igitur tolerabilius, uniuersos an unum perpeti? quae autem iustitia, cum unus laeserit, bellum inferre omnibus? numquid omnes Romani iniuriae auctores? numquid ipse Caesar? aut studiose electus est inprobus qui ad uos mitteretur? sed neque speculari possunt trans maria oculosque ad orientem ab occidente intendere ut illic uideant quae hic geruntur, ne-

2 iudicas M^2,*Aa.c.* 3 iuris] iniuriis M^2 iniuriarum *Ba.c.* 4 semper *om.* M^2B 5 ergo *om.* α 6 acerbe M^2*a.c.m3* acerues *ZV* arcersas *ZV* accersas *C*,*Vp.c.m2* accersias *A* 7 delinimentum M^2*a.c.m3* delemmento *Ba.c.* delimento *C* fuit M^2 declinare M^2 9 sit quam iniuria *Z* 10 uerecundias relinquerint *C* 11 qui* *C* ante *s. l. B* 12 tam] tamen *s. l. m3* M^2,*C* 13 fecundi M^2 den.] *add.* inpensius *s. l. m2B* 14 in *s. l. C* istis *A* uincula *Bp.c.* se *om.* M^2 18 dolore α, *Vp.c.m2* adleuent *B*,*Va.c.m2* abluent *Z* alleuentur α,*Vp.c.m2* 20 ut] et *B* 21 accusationem M^2 accusati M^2*p.r.*,*HBZCV* non *om. A* fuerint M^2*a.r.* 22 toler.] intolerabilius α,*Vp.c.m2* 26 est *om.* α 27 oculos neque *H* ab oriente in occidentem α

que audire facile, quod, etsi sollicitudo exigat, longinquitas negat probationum difficultate. unius igitur culpa discidium pariet orbis Romani, cum etiam sine querellis uestris propera correctio sit nulla accusationis inuidia, itineris nullo labore? annuis enim uicibus Romani magistratus mutantur, quo fit ut nec insolens diu maneat et moderatior cito succedat. nihil igitur oberit quieuisse, cum remedium deferatur etiam quiescentibus. causas autem belli intexere perniciosum, quia belli dura aduersum omnes condicio, aduersum Romanos ultima est. quos si fugere uelis cum superare non queas, orbis terrarum tibi relinquendus est. sed libertatis cupiditatem praetenditis. sera ista deliberatio. prius certandum fuit ne amitteretis libertatem, quam ut amissam reposceretis. durus seruitutis usus et ideo aut a principio subeunda non fuit aut suscepta aequanimiter ferenda. tunc decuit restitisse, cum ad seruitium uocaremini. illa iustior pugna. qui autem semel se dederit in seruitutem, etsi postea subtrahere uelit, non ille tamquam amator libertatis adseritur, sed tamquam seruus contumax adiudicatur. ubi erat ista libertatis defensio, cum Pompeius uestris ingrueret regionibus, urbem dominus intraret? ubi erant arma pro libertate? cur deposita sunt a patribus nostris? et certe illi fortiores nobis fuere. uigebant animis, abundabant subsidiis, cupiebant repugnare sed exiguam portionem Romani exercitus non sustinuere. uicti sunt sed reseruati. agnouerunt iugum seruitutis, ne tolerarent poenam captiuitatis. quid recusatis heredes quod debetis iure successionis? adstringunt uos negotia patrum. quomodo oboedientiam refu-

5 cf. Isid. Etym. IX 3, 7

2 necat M^2 difficultatem $M^2 B\alpha$ unius] *ab hoc uerbo incipit P* 4 prospera (o *ex* u *m2*) *P* praepospera (*corr.* praepropera) *A* correptio *A* 5 Rom. *om. Z* 6 moderator $M^2 a.c.m2(3\,?)$ moderatio *A* 7 referatur *P* 8 causa *P* 9 aduersus omn. *P* 10 est *om. PHB*α*V* 11 non *om.* α nequeas α sibi $M^2 a.c.m3$ derelinquendus *BZ* sit *H*α*V,B a.c.m2* 14 a *om. B* 15 fer.] *add.* debuit M^2 17 etsi] et *Z* 18 subtrah.] *add.* se *P* uellet M^2 20 ista] talis *Z,V a.c.m2* inrueret *B* 21 ut *ante* dom. α*,m2V* arma erant *Z* 22 uestris *Z* 23 abundant *V a.c.m2* 26 cupiditatis $M^2 H,B a.c.$ 27 qui *Z* recusas herodis M^2 heredes *s. l. m2 B* debuistis (?) *C a.c.* 28 refuges (*alt.* e *ex* i *m3*) M^2

gitis tanto inferiores oboedientibus? aut quid uobis reliqui erit qui in uos Caesarem et omnem uirtutem Romanam mouetis? quomodo potestis sustinere eos, qui de omnibus triumpharunt atque ab omnibus sibi militantibus nunc adiuuantur? et Athenienses quidem pro libertate totius Graeciae incendio patriam tradiderunt, exilio mutantes domos ne sibi Xerxes dominaretur, quem in terris nauigantem, in fluctibus gradientem, cum eum nec maria caperent nec terra sustineret, quod Europae totius spatia transitus eius itineris includeret, angustioribus terrarum finibus quam exercitus commeatu, ita persecuti sunt fugientem, ut uix una naui fugitans auxiliique indigens se subtraheret captiuitati. uerum ipsi illi uiri, qui totam fregerunt Asiam propter exiguam Salamina et imperitantem fluctibus Xerxen subigentem maria in eo ipso quod sibi subiectum putabat elemento gloriosissime bellatum fugarunt, nunc Romanis seruiunt, et principes totius Graeciae Italorum imperiis obtemperant, atque illae Athenae, quae leges aliis dabant, nunc alienis legibus famulantur. Lacedaemonii quoque post Thermopylas et Leonidae defuncti triumphos, post Agesilaum seruatorem Asiae nunc amant dominos suos. Macedonia atque Africa, quae per duos ualidissimos duces totius orbis imperium in sua iura et possessionem transfuderant, translatam a se potentiam non indignantur tantaque rerum mutatione contentae optant propitios, quos ad seruitutem petebant. nec Philippi diuitiis Machedones nec Alexandri

6 cf. Verg. Georg. II 511 7 cf. Cic. De fin. II 112 11 cf. Horat. Carm. I 37, 13

1 tantum $M^2 a.c.m3$ reliquerit (*om.* erit) M^2,$Za.c.$ reliqueritis αV 3 mouebitis P poteritis $M^2 p.c.m3$ 4 triumfarunt PM^2 *atque* P *semper* 6 grecia M^2 grecie C gratiae HB 10 interclud. H quam *om.* M^2 11 com meato $Pa.c.m2$ commeantum αV 12 naue $M^2 ZV$,$Ba.c.m2$ fugiens B auxiliq. C captiuitatem P 13 illi ipsi B ipsi illi uero (*ex* -i) P 14 salaminam (-am *in ras.*) P,$M^2 p.c.m3$,$HBZ\alpha V$ xersen C 16 gloriosissimo $Bp.c.$ debellatum $HBZV$ 17 grec. M^2 gratiae HB ita illorum Z 19 lacedem. $Pa.c.$ lachaedem. (*eras. alt.* a, de *s. l. m3*) M^2 lachedaem. C quoq.] *add.* qui B therimophilas C 20 triumf. PM^2 hagesilaum (e *s. pr.* a *m2*) P agesylaum $M^2 C$ 21 scrutatorem $H\alpha V$ machedonia *sic* $PM^2 C$ 22 duas ualidissimas P 23 et *om.* B possessionemque B transfunderant $M^2 a.r.$ 24 se] re M^2 25 propitius P,$M^2 a.c.m3$ propius Z,$Va.c.m2$ 26 filippi PM^2 machedones *sic* $PM^2 C$

excitantur triumphis, quos duces omnium prudentissimos non inmeritos arbitrantur, quia alter se intra Graeciam tenuit, alter fugiens arma Romana usque ad regna Caspia et extrema subactae Persidis atque Indorum secreta uictor peruenit. Magni nomen optinuit, quia maximos omnium non lacessiuit. quem licet inmatura mors triumpho Romanorum subtraxerit, seruit tamen et ipse in posteris suis, quibus orientis spolia non ad fulcrum dominationis quaesita sed ad pretium seruitutis, ut nobilitas famulantium ad uictoris opes peruueniret. magna uirtus in Alexandro: quid mirum tamen? ille usque ad oceanum uictoriam extendit, Romani ultra oceanum. testis est Brittania extra orbem posita sed Romanorum uirtute in orbem redacta. quos aetas ignorauit superior didicit Romanorum uictoria. seruiunt et ipsi qui quid esset seruitus ignorabant soli sibi nati et semper sibi liberi, qui a superiorum potentia interfuso oceano secreti metuere non poterant quos nesciebant. plus itaque fuit transisse ad Brittanos quam triumphasse de Brittanis. quid facerent enim elementis iam Romano imperio subiectis? docuit illos oceanus seruitutis patientiam, postquam transfretantibus et ipse Romanorum nauigiis insuetam sibi seruitutem agnouerat. nam de Hannibale quid retexam? qui tot regionum uictor Romanis et ipse militauit, triumphis quibus Alpes aperuit, uiam strauit, urbes subegit quae uictoribus adquirerentur. et qui frequenter superior spem tamen uictis numquam interclusit, semel uictus reparare sese nequiuit. cessit sponte uictoribus, quos uictor non sustinebat, abiectisque armis uictrici-

3 cf. Verg. Aen. VI 798 15 cf. Isid. Etym. IX 2, 102 (XIV 6, 2)

1 triumfis *PM²* 2 inmerito *PHBZαV*, *add.* inuictos *PZαV,Bm2* qui *M²C* 3 a roma *Ba.c.m2* greciam *M²C* 5 obtinuit *P* 6 triumfo *PM²* 7 et ipse *s. l. m2C* 8 quib.] *add.* uictis *α,Vm2* pulchrum *P* pulchram *α* dampnationis *Ba.c.* 10 in *s.l. C* 11 tamen mirum *H,Bp.c.,Z* tamen mirum est *V* tam mirum en *α* 12 brittannia *HBZ,Va.c.m2* britthania *A* 14 quo si *M²p.c.m3* 15 solis *BZ* 16 quia a *P* quia ad *Z* potentiam *M²ZCV* 17 potuerant *Ca.c.* 18 ad] a *M²* brittannos *PBZV* britthannos *A* 19 brittannis *PHBZV* 22 agnouerant *C* annibale *M²B*; *cf. V 31, 28* 24 alpis *P* 25 orbes *M²* et *om. HV*, *exp. Bm2* 26 tamen] *add.* uictoriae *(s. l.) Bm2,Z* uictis] uictus *H* 28 uictor] uictos *H,Bp.c.,ZαV* adiectisque *B*

bus ad Prusian sese contulit regem, ex duce mercennarius, ex triumphatore fugitiuus. ueniam ad Galliarum incolas populos natura feroces et naturalibus muris ferociores, quos non caementa parietum sed iuga Alpium ab ortu solis tuentur, ab occasu oceanus includit, a meridie praerupta Pyrenaei, a septentrione Rheni fluenta immanisque Germania insuperabiles reddidisse et inaccessibiles claustrorum beneficiis aestimabantur. Romanis tamen supra nubes uiantibus et ultra columnas Herculis imperium propagantibus nihil inuium fuit: tanta facilitate hostis et qui latebat repertus et qui resistebat uictus est. quorum inprouiso aduentu consedisse montes Germania credidit, Rhenum exaruisse: magnitudine corporum et contemtu mortis ceteris ualidiores retinaculum ante suum Rhenum putabant, nunc salutis defensorem. itaque iam non caupulis Germanorum repletur sed Romanorum liburnis, quae pererrantes toto usque ad mare bicornis amnis fluento quondam liberas gentes seruitio premunt, ut quae ante sibi totius orbis imperium praesumserant, nunc seruitutis propriae mercedem exsoluant. quid Illyriis erutum uenis terrarum suarum aurum profuit, quibus non abundauit ad libertatis proelium? quanto pretiosius ferrum Romanum, cui seruit aurum Pannoniorum! dat itaque Pannonius auri tributum et opes suas ad Romanum aerarium uolens transfert, ut sit tutior in seruitute.

4 cf. Isid. Etym. XIV 4, 25 17 cf. Verg. Aen. VIII 727

1 protinam (o *ex* u) *P* prusiam *B* plusanian α, *Vp.c.m2* 2 ueniamus *HBZ*α 4 non *s. l. B* cimenta *PH* 5 cludit *A* 6 pyrenei *P* pyrinei M^2 pyrhenaei *C* 6 reni *PM²HAV* 7 insuperabilis et inaccessibilis reddidisse *P*, (*om.* et) *B* insuperabiles et inaccessibiles reddidisse *HZ*α*V* (*om.* et) *Bp.c.* clausorum M^2 9 colomnas *P* hirculis *P*,M^2*a.c.m3* 10 felicitate *Bp.c.* 12 renum M^2*HBZV* exar.] *add.* qui *HZ,mg. B* qui in α,*Vm2* 13 magnitudine—ualidiores *om.* *PM²H*, *BVa.c.m2* 14 ualid.] *add.* que *B* qui α sunt *Z* retinaculum (uernaculum *H*) ante suum] ante ferociae suae retinaculum α,*Vp.c.m2* 15 defensionem *BZ*α*V* cauplis M^2 e caupulis *in ras. Bm2* caupylis *H* caupolis *Z* caupilis *V* caupialiis *C*,*Vp.c.m2* capitalis *A* 16 repletus (*s. l. m2*) *B* sed romanorum *mg. m2B* totiusque *P*,*Va.c.m2* tot (*add.* fluenta *s. l. B*) usque *BZ* toto uisui *A* 17 amnisque M^2 fluento *om. B* 21 precium *H* praemium α*V*,*Zp.c.* 22 romanorum *B a.c.* 24 tutior] *add.* et *Z* seruitutem *P*α

nec incolam suum auro turbida Pactoli unda extulit in superbiam: seruit libenter quibus seruire imperia uidet. nec miratur Indus gemmam suam aut Seres lanam suam: ad usum dominorum exercentur illa, non pretia mercium sed functionum munia. Persarum audimus superba imperia sed eorum quoque obsides uidemus, et cum ipsi imperitent plurimis nationibus, tamen offerunt liberos suos et nobilitatem suam seruire Romanis gaudent pro fide pacis, simul ut seruiendo discant suis imperare. offerunt uestes, monilia, elephantos quoque. Romanis unum tributum reges inponere. adtexamus Aegyptum abundantem opibus suis nec indigentem pluuiae caelestis, quae sibi ipsa imbres generat et pluuiarum ubertates creat. denique cum sit feruentior omnibus regionibus, sola non queritur de siccitate, et quod nulli alii loco suppetit, alit inriguo suas messes. nauigatur in harenis, nauigatur per sata ubi pluuia nescitur. cuius tamen noua gratia et naturalis fecunditas Romanis militat, ut quattuor mensibus dominos alat. quid ipsam urbem loquar cognominem regis fortissimi? quae saepta fluminis muro nescit obsidionem, cui uniuersorum amnium maximus diffuso per spatia terrarum alueo et obsidionis submoueat inpedimenta, et inuehendis quae necessaria sunt ad usum remedia ministret. quae magis poterat ad rebellandum quam Aegyptus excitari? quae decies DCCL milia hominum praeter Alexandreae incolas populos Romanis fascibus numerat adscriptos. et cum habeat tantam multitudinem, mauult tamen Romani imperii tributis se exercere quam

1 cf. Verg. Georg. II 137, Isid. Etym. XIV 2, 43

5 munera α,*Vp.c.m2* audiuimus *BA* sed] *add.* et *Z* 6 uidimus *BZ*α*V* ipsi *om.* α pluribus *Ba.c.m2* 8 seruiendo] *add.* romanis α,*Vm2* 9 munilia *P* 10 elefantos *PM*^{2} Romanis *om.* *PM*^{2} trib.] *add.* est α,*Vm2* regis *P* 11 actexamus *M*^{2} abund.] *add.* in *Z*,*Va.r.* 13 creat *s. l. m2B* frequentior *Ba.c.m2* 15 alio α*V* subpetit *P* suas *om.*, suo *s. l. B* 16 arenis *P* pluuiae nesciuntur (*exp.* un) *B* 17 gratia noua *Z* 18 mensis *P* quid] *add.* de *P* 19 cognomine *Pp.c.*,*M*^{2}*p.r.*,*Vp.c.*,*HZ*α reges *M*^{2} 20 omnium α maximo *Ba.c.* 21 diffusos *PM*^{2} 24 $\overline{\text{DCCL}}$ *M*^{2} septingenta quinquaginta milia *P* sept. et quinquaginta mil. *(mg.)M*^{2}*m3*,*HZ*α,*BVp.c.m2* sept. et quinquagena mil. *BVa.c.* 25 alexandraee *Pa.c.m2* alexandre *Pp.c.m2*,*M*^{2}*a.c.m3* alexandriae *M*^{2}*p.c.m3*,*BZAV* 26 adscriptus *P* ascriptas *V* descriptos *M*^{2}

suis militare stipendiis. non transiliam Cyrenenses Lacedaemoniorum genus, qui quondam cum Carthaginensibus de finibus atque imperio certarunt, finem certaminis mortem offerentes, qua oblatione uicti sed ulti tamen iniuriam Philenis fratribus uictoriam concessere. nec Syrtes praeteribo terribiles etiam solo auditu, quod omnia ad se trahant et adpropinquantia uadoso mari haereant. tertiam partem orbis totius ab Atlantico mari et columnis Herculis usque ad Mare Rubrum atque Aethiopas definiri rerum periti adseruere. quis tot gentium populos numero recenseat, quibus fulta Carthago Scipionis dexteram non tulit maluitque Romam duabus anni partibus aduersum se pascere, quam aliorum opibus nixa aduersum Romanos rebellare? Creta quoque centum urbibus nobilis, uberrima praeferens regna, circumfusa undique mari, fluctibus tamquam montibus solita hostem repellere, unum consularem ueretur, et plurimi populi sex fascium uirgulis metu inclinantur; Asia, Pontus, Eniochi, Scythae nomades, Tauroscythae, Meotiaque regna Bosphoranique omnes Romano imperio subiciuntur et illud ante innauigabile pelagus XL naues ad pacem exercent. nam de Armenia quid dicam quae non

1—5 cf. Sall. Iug. 79 6 Isid. Etym. XIII 18, 6 (quod . . . haereant) 9 rerum periti = BI. II 382 14 cf. Horat. Epod. IX 29, Isid. Etym. XIV 6, 15 (centum . . . nobilis)

1 transiliamus *A* cyrinensis *P* cyrinenses M^2A lachaedaemoniorum *PC* lachedemoniorum M^2 lacedemoniorum *HA* 2 quondam] quod M^2 *a.c.m3* carthagenensibus *Pa.c.m2* chartagenensibus M^2 *a.c.m3* cartaginensibus *Z* c(h)art(h)aginiensibus *HBAV* 3 certauerunt *PZ* certa-(runt *add. m2*) *B* 4 qua] quia *PZ* uictis *α* iniuriam *s. l. m2B* 5 filinis *PZ* filenis M^2HBV syrtis *P,Ba.c.* sirtes M^2 7 adpropinquanti *PHA Isid.* adpropinquati M^2 appropinquanti (*alt.* p *s. l.* an *et* i *alt. in ras.*) *C* appropinquantes (*s.* cia *m2*) *B* 8 athlantico PM^2HBZCV 9 atque] ad *BVa.c.m2* aethiopias *Ba.c.* definire *P* difiniri M^2 10 peritia seruare *α*, *Vp.c.m2* numerum M^2 11 refulta *H* chartago M^2BV schipionis M^2 12 pascere—aduersum *suppl. mg. m2* M^2 parcere *PZ* 13 romanas *P* 15 maris *P* mari et *ZαV,Bp.c.m2* tam *P* 16 moenibus *HBZV; cf. Exod. 14, 22* consolarem *PV* 17 et —inclin. *om. A* sex] ex M^2 *p.r.BC* populis ex *H*, (i *ex* o) *Z*, (*eras.* s) *V* 18 enechi *Pa.c.* enichi *Pp.c.,*M^2 enioche *B* oeniochii *C* schytae *P* schitae M^2 tauroschythe *P* tauroschithae M^2 19 bosforanique PM^2 omnis M^2 20 quadringentas *B* naues *s. l. m2B* 21 arminia *P* armoenia *ZαV*

solum limitis sui seruat quietem, uerum etiam Portarum intenta custodiae diligenter explorat, ne pacem turbaturus aliquis inrepat? omnes ergo Romanis seruire gestiunt, uos soli dedignamini his esse subditi, quibus subiciuntur uniuersi? quibus freti armis, quo superbi milite? ubi est stolus nauium uestrarum, qui obsideat freta, percurrat maria Romanorum? in ipsorum enim nomen elementa etiam transierunt, in quos transiuit etiam orbis terrarum, qui Romano imperio clauditur et definitur, denique a plerisque orbis Romanus appellatur. nam si uerum quaeramus, ut supra diximus, terra ipsa infra Romanum imperium est, supra quam progressa Romana uirtus ultra oceanum alterum sibi orbem quaesiuit et in Brittania sibi remotam a confinio terrarum nouam inuenit possessionem. denique quibus ius non solum ciuitatis Romanae sed etiam ipsius prope humanae conuersationis negatur illo diriguntur, ut illic habitent quasi mundi exules. cessit oceanus finibus suis, nouit Romanus interiora eius petere secreta. cum ipsis uobis erit bellum, aduersum quos nec natura suum ius possidet. Euphrates ille inaccessibilis ante nisi suis incolis ex utraque iam ripa Romanus est et sub imperio Romano totum esse significat orientem. Hister in septentrionalibus partibus inter saeuas et innumeras profluus gentes obsides suscipit, hostes cohercet. meridiana plaga, quousque habitabilis esse potest, arat Romanis atque ipsis messem suam colligit. in occasu quondam ultima terrarum Gaditana ora nouos suscipit hospites, qui Romano imperio tributa sua deferant, habet et ipsa quo dirigat merces suas. ubi ante solum naufragium putabat, ibi nunc mutuatur commercium. cum igitur Romanorum omnia sint, unde uobis aduersum Ro-

3 repat *P* 4 his *om. P* subiecti *α* 5 stholus *Pp.c.m2* 8 quo *HZα,Vp.c.m2* 10 appellabatur *H* 11 romanorum *α,Vp.c.m2* 13 in *om. Z* brittannia *BZ* britania (brittania *m2*) *V* brittaniam *C* sibi *s. l. m2B* remota *Pp.c.m2,HBZαV* 14 ius *om. α* 17 quasi] sicut *B* 18 eius *s. l. m2 B* 19 possideat *Z* 20 eufrat. *semper P* illi (-i *in ras.*) *P* 21 ripa] parte *Ba.c.m2* 23 suscepit *AV* 24 cohercet *sic* $PM^2\alpha$ 25 collegit $M^2a.c.m3$ 26 occasum *Va.r.* quodam PM^2,*Za.c.m2* quedam *Ba.c.m2* hora PM^2V nouus *P* suscepit *HAV,Ba.c.* 29 mutatur $M^2H\alpha$,*Ba.c.m2*

manos praesidia quaeretis? ex qua uobis inhabitabili parte socios postulabitis? quicumque enim in orbe terrarum sunt Romani omnes sunt. an ultra Euphraten ad Adiabenos dirigetis legationem? sed nec ipsis uacat sua relinquere nec Parthus sinit petitam sibi pacem interpolari, ne ipse in finitimis reus sit rebellionis. ne istud bellum simile putetis ac si aduersum Arabas et Aegyptios uobis gerenda proelia sint: alia Romana arma, aliae opes et toto quaesitae orbe. nec Hierosolymitana uobis blandiantur praesidia murorum: ualidiorem murum oceani ruperunt. sed de religionis auxilio praesumitis cum orbem iam Romanum Iesu discipuli repleuerint? aut sine dei nutu putamus illam crescere religionem urbemque Romam supra omnes regiones proferre imperium suum? ne nostra nos iam dudum religio deseruit, quia nos deseruimus fidem et frequenter interdicta mandatis caelestibus requisiuimus. unde in nos uenit Aegyptius? quemadmodum captiui facti sumus Assyriorum? nonne scriptura dixit haec euentura? nonne scriptum est profananda omnia templi sacramenta? quae iam saepius profanata uim suam atque omnem mysteriorum gratiam non repraesentant. contaminatum est templum humano sanguine, repleta sunt pluuinaria cadaueribus, profusae arae cruore. pugnatum est sabbato, praeuaricatio facta est dum templum non sua obseruatione et feriarum sollemnitate sed cruento defenditur proelio. et hoc utique iterum dicit. ergo quomodo possumus tamquam aduersum hostes religioni aduersarios diuinum auxilium mereri, cum ipsi praeuaricationem in-

1 queritis P q̄rites M^2 *a.c.m3* qu(a)eritis M^2 *p.c.m3*,ZAV ex aqua $Va.c.$ habitabili B 4 ad diabenos PM^2HZ, (*eras. alt.* d) B ad adalienos (*exp. pr.* ad) A dirigitis (*ex* -es *m3*) M^2,Z 6 ipsi P 7 istum C 8 uobis *s. l.* B 9 ne P 11 ociani M^2 superant M^2A de *suppl. m2* V 12 repleuerıtuu (e *alt. ex* i *m2*) P,$Va.c.m2$ 13 romanam α,$Vp.c.m2$ 14 religiones (*ex* -is *m2*) P praeferre α ne *om.* P, *s. l. m2* B 15 deseruerit α 17 aegyptus H,$Ba.c.m2$,$Z\alpha V$ 19 uentura P,$Ca.c.$ 20 profanatam P 21 omnem] *add.* diuinorum $HBZ\alpha V$ ministeriorum $Pa.c.$ praesentant Z 22 humanum P 23 perfusae $HBZV$ cruores P 25 solemnitate P 26 dicit] fiet $HBZ\alpha V$ et —fiet *suppl. mg.* B ergo *s. l.* B quomodo ergo A 27 hostes] *add.* et BZV hostem et α,$Vp.c.m2$ religionis Z aduersarios (os *in ras.*) B

feramus nostrae religioni? quod igitur remedium, cum et humanae opes non suffragentur, nec diuina opituletur gratia? alterum horum aliquos inuitare ad bellum solet, uobis utrumque deest. quid ergo superest nisi manifestum excidium? quod si non declinatis dum cauere licet, nihil aliud nisi uos ipsi uestram patriam concremabitis templumque exuretis, coniuges quoque et liberos dabitis neci. quibus auctores eritis supremae amissionis, cum malorum omnium incrementum inconsolabile sit nostrae culpae adscribi quae sustinemus. accedit huc quod aliarum urbium bella suorum incolarum excidiis determinantur, uestra rebellio totius erit excidium religionis, quae toto diffusa orbe populos ubique disseminauit, et in omnibus urbibus nostri portio est. uestro igitur proelio Iudaei omnes inplicabuntur, nec erit ulla regio nostri expers cruoris. aut si tales sunt Romani, ut Iudaeos non persequantur nec bello lacessiti, quam iniustum est his bellum inferri quorum humanitatem speretis? bonum est, carissimi, bonum est, dum adhuc in portu nauis est, praeuidere tempestatem futuram, nec inminentibus quemquam sese obiectare periculis, ne, cum in altum processeris, iam naufragium non possis cauere. et plerumque quidem repentina exsurgit procella, et bellum excipitur, etiamsi non inferatur; sed interest lacessere hostem an excipere. magis parcit non lacessitus et necessitas excusat insolentiam, ubi uero in praeruptum quisquam se inmergit periculum, oneratur etiam opprobrio. non is hostis est, quem fuga possitis uitare. quocumque ibitis, sequetur periculum, immo utique reperietis. omnes enim Romanorum

1 nostri religione *P* 3 solet *in ras. m2 P* 5 quo *P* quos α 7 exueretis *H* 8 eretis M^2 9 inconsulab. M^2,*Pa.c.m2* adscribaeque *P* ascribi M^2 *p.r.* 10 sustinuimus α accidit *Pp.c.m2,HBZ* hoc *Ba.c.* huic *Z* 11 terminantur *H* 12 regionis PM^2HB tota *A* diffuso PM^2A urbe M^2 13 discriminauit M^2 disseminabit *P* nostris PM^2 14 iudeae *P* 16 Iudaeos] deos *Pa.c.* 17 is *C* inferre *Z* spretis *Ca.c.* 18 karissimi M^2HZV 20 quamquam *Pa.c.m2* processerit *Z* 22 exsurget *P* exurget M^2 et *s. l. B* 23 feratur *Za.c.* lacessire *P* lacessas *Ba.c.* an] *add.* te *exp. H* 24 excipias *Ba.c.* parcet α 25 praerupto M^2 *a.c.m3* 26 his *Pp.c.m2,C* hic *A* 27 sequitur *Pa.c.*,M^2HA 28 ubique *HBZ*α*V*, *add.* hostem *HZ*α*V*, *add.* omnes *B* repperietis PM^2B

amici sunt, et quicumque praeter Romanorum amicitiam est, hostis uniuersorum est. subeat uos patriae amor. si non pignorum uestrorum, non coniugum uos contemplatio reuocat, reuocet templi contuitus sacratissimi, parcite saltem religioni, parcite sanctissimis sacerdotibus, quibus iam non parcent Romani neque ipsi templo, quos pepercisse paenitet, quoniam iam dudum uolunt omnes gentes nostram extinguere religionem, Pompeius tamen cum extinguere posset pepercit. ego nihil praetermisi, monui omnia quae ad uestram spectant salutem. hoc uobis suadeo quod mihi eligo, uos considerate quid uobis utile sit. opto uobis et mihi pacem esse cum populo Romano. si recusatis, ipsi uobis eripitis meam societatem. aut communis erit gratia aut sine me periculum.' haec dicens inlacrimauit, Beronice 2 quoque soror eius, nam et ipsa erat in Xysti superioribus. et multum eos Agrippa suis lacrimis inflexerat, ita ut dicerent Iudaei: 'non Romanis rebellamus sed Floro qui bello digna commisit bellum inferendum arbitramur.' respondit Agrippa: 'sed hoc est Romanis bellum mouere, facta uestra Romanorum iniuriam petunt. non Floro sed Romanis, non Floro sed Caesari tributum negatur, non Flori sed Romanorum miles in castro est, quod appellatur Antonia, a quo dirutis diuisisque porticibus templum separastis ut custodia sequestraretur. restituite statum superiorem. tributum, quod Caesari debetur, Caesari soluatur, ne Florus hoc referat, non se a uobis sed Caesaris imperium repudiatum.' adquieuerat populus his dictis, ita ut cum Agrippa in tem- 3

IX § 2 cf. BI. II 402(344)—404 § 3 cf. BI. II 405—407

25 cf. Marc. 12, 17

3 pignerum α,*Vp.c.m2* 4 saltim *P*,*Ca.c.* 6 quo α,*Vp.c.m2* 7 omnem gentis nostrae *B* 8 possit *PM²HA*,*Ca.c.* 10 expectant *PH HA* 11 quid uobis] *add.* et mihi (*s. l.*) *B*,*Z* mihi et uobis α 13 eripuistis *Ca.c.* gratia *s. l. P* 14 inlacrimauit explec. contio agrippae ad populum iudaeorum *P qui def.* ueronice α (-ae *C*) 15 systi *M²* syxti *B* 19 sed *s. l. B* bella *B* 22 castra *M²A* miles in castro *exesa in C* militum custodia *CVp.c.m2* 24 sequestrarentur α restituit *M²p.r.* restitui *Ca.c.m2* statum] testamentum α,*Vp.c.m2* superiorem] *add.* et *Z* 25 seruatur *M²H* seruetur *B* 26 imperio *M²p.c.m3*

plum ascenderent, porticus ut fuerant inciperent aedificare, tributum cogerent. denique breui missis in huiusmodi munus industriis exsecutoribus congregata sunt talenta XL, quae deerant tributariae solutioni. conpressus fuerat omnis belli tumultus, sed adiungere his Agrippa uolens ut Floro obtemperarent, donec ei a Caesare successor ueniret, ita plebem exasperauit, ut ne ab eius quidem contumelia temperaretur, sed extrusum urbe nonnulli iactis lapidibus incertum an percusserint. qua motus iniuria rex auctores eorum conprehensos ad Florum direxit. ipse autem in regnum suum concessit.

X. Eo discedente concitores belli conpositis insidiis Masadam castellum occupauerunt necatisque Romanorum custodibus suos constituere. Eleazarus quoque, principis sacerdotum filius, praeruptae uir audaciae, suasit ne cuius alienigenae donum uel sacrificium reciperetur, quae tuba belli aduersus Romanos fuit uniuersosque in tumultum ex-
2 citauit. uidentes itaque potissimi quique quod ea res praeruptae causa discessionis foret, agebant cum populo non solum Caesari bellum inrogari sed uiolari etiam instituta religionis templique inminui reuerentiam, argui et condemnari patrum traditiones, qui ex muneribus alienigenarum templum ornauerint, cui multo amplius accesserit diuitiarum ex conlatione gentium donisque diuersarum et innumerabilium nationum, obliterari sancta maiorum, sacros ritus nouari. quid futurum de his quae ante conlata sint, si simili modo conferri in posterum dona gentium prohibeantur? aut si solis Romanis interdictum sit quod omnibus liceat, quod incentiuum belli futurum? postremo in-

X § 1 cf. BI. II 408—409 § 2 cf. BI. II 411—416

2 breui missis] breuissimis $H\alpha V$ manus $M^2 p.c.m3$ 3 industriis] *add.* ab C, (*s. l.*) $Vm2$ 4 omnis belli *s. l.* B 5 iis C uolens *in ras.* $C, m2\ B$ flo $Ca.c.$ 7 eis Z 8 urbem $M^2 a.r.$ 11 successit α recessit $Vp.c.m2$ 12 concitatores $\alpha, Vp.c.m2$ 13 mus adam H marada A masada *cet.* negat. M^2 14 eleazarum H princeps $HA, Ca.c.$ 16 tuba] turbatio (*exp.* tio) $B, \alpha V$ 17 aduersum $BZ\alpha V$ 18 potentissimi αV 19 dissensionis $M^2 B\alpha V$ 21 reuerentiam inminui B 24 numerabilium H 25 nationum *s. l.* C 26 uiolari αV conlocata H sunt $Ba.c.$ 29 quod] quantum B futurum] *add.* sit B

pium, si apud Iudaeos tantum nec sacrificare nec inferre munera alienis permitteretur. considerare eos oportere quia Caesaris pax solueretur, quem huiusmodi motum offensione haut dubie facturum, ut eriperet Iudaeis omnem usum sacrificiorum; ut nec pro se sacrificarent qui sacrificium Caesaris refutauissent, praeueniendum mature; nam talia consulta si ad Florum atque inde haut dubie ad Caesarem peruenirent, Iudaeorum genti pestem factura. simul haec 3 adstruere sacerdotum testimoniis desiderantes interrogabant si umquam a maioribus esset sacrificium gentilium renuntiatum. id quo minus liceret, obstrepebant ad seditionem parati, ne ministri quidem sese audebant tantae discordantium inserere contentioni. unum remedium superesse uisum est, ut Florus atque Agrippa rex cum militari manu adessent, ut saltem metu desisterent qui consilio nequaquam reuocarentur. sed Florus, qui augeri uellet seditionem ne ullus Iudaeis esset ueniae locus, quibus si inuoluti bello forent urguendi rapinas eius et grauia commissa facultas omnis extingueretur, passus est crescere belli furorem nihilque legatis responsi reddit. Agrippa, quem maxime ambiebat Cyli et Antipae Costobarique propinquorum suorum legatio, in commune bonus, ut et Iudaeos Romanis seruaret et Iudaeis religionem, patriae templum, urbem ciuibus sibique imperii decus, regni tranquillitatem, misit tria milia equitum Dario et Philippo turmarum ducibus, ut auxilio freti bonarum consultores partium promtius adniterentur. hinc fiducia bonis orta, inprobis indignatio; 4

X § 3 cf. BI. II 417—421 § 4 cf. BI. II 422—424

1 offerre *H* 8 facturam (*s.* l fu) *B,Z* 10 a *om. M²* esse *M² a.c.m3* sacrificiis *HBαV* 11 quod *αV* li*queret *M²* liqueret *HZαV* obstrepebant] adstruebant *αV* 12 nec *Z* sese *s. l. B* audebant] *add.* Seditio *exp. B* 13 discordationum *αV* contentionem *M² a.c.* 14 iussum *B* 15 ut—iudeis *suppl. mg. A* salutem *M²* saltim *HBZAV* metu] morti *M² a.c.m2* 17 iudaeo *B* esset *om. A* si *s. l. C* 18 arguendi *αV* conmissa grauia *αV* 20 reddidit *HZαV* 21 cylii *H* cycli *A* antipa *M² a.c.m3* antiphe *B* anthipae *C* custobarique *ZαV* tarbaque (*s.* Legatio costobarique) *B* 22 legationem *eras.*, legatio *s. B* 23 patriam *Bp.c.* 24 sibi quem *M²* decus] *add.* et *B* 25 turbarum *H*

bellum adoleuit, cum hos causa iustior, quae nihil tamen armorum conflictus iuuaret, illos furor et multitudinis numerus accenderet. diuisae acies proeliatorum. principes sacerdotum et uulgi portio, quae pacem optabat, cum regiis equitibus partem ciuitatis superiorem occupauere, illi alii in inferioribus siti templum et propinqua loca sacris sibi uindicabant. primo lapidibus et saxis et iactu telorum utrimque bellum lacessunt, decernunt sagittis, postea, ut sese forte optulit proeliandi necessitas, consertae manus. peritia usuque regii praestabant uolentes arcere accessu belli excitores ne templum intaminarent: contra Eleazaro cum suis etiam superiorem urbem quae uocabatur Sion inuadere studium erat. VII diebus sine aliqua intermissione bellatum.
5 octauus sollemnitatis dies, qua ligna omnes altaribus solebant inponere, ne quando ignis deficeret, quem oportebat inextinguibilem perseuerare, furorem addidit ut omnes a templo ministri excluderentur. audacius solito sicariis sese proripientibus cessere regii nec in superioribus partibus consistere ausi. incensae aedes Agrippae et Beronices, direptum omne instrumentum regium. ignis circumferebatur, ut etiam chirographa debitorum quae recondita in tabulariis erant publicis exurerentur, quo feneratoribus suis inopes insolentius insurgerent. omni nexu sese absolutos arbitrati incendebant urbem manibus suis. exurebantur nerui ciuitatis, expugnatum est castrum cui nomen Antoniae, caesi omnes custodes reperti, incensum postea.
6 Masadam quoque proripiens sese Manaemus Iudae Galilaei

X § 5 cf. BI. II 425—428, 430 § 6 cf. BI. II 433—434, 442—449

1 his *Bp.c.* quam *B* 2 conflictos *CV* multitudo numeros *B* 3 accenderet] suaderet *Ba.c.* 4 optabant $M^2 B\alpha V$ 5 occupauere *s. l. B* 8 utrumque *Z* utrique αV decertantes *C* decertant *A* 9 forte *om.* αV 10 regii *s. l. B* prestabant (*s* l per) *Z* excitatores $Z\alpha V$ 11 intaminarentur *H* 12 uocatur *Ca.c.* syon *BZ* 13 intermissione aliqua $HBZ\alpha V$ 14 octaua αV quo $HZ\alpha V$,*Bp.c.* omnibus *B* 19 et] ac α ueronichis α beronicis *HBV* direptum *Bp.c.* 21 chyrograffu *H* chyrographa *Z* chirographas *CV* 21 tabulis *A* 22 erant *s. l. B* publica M^2 exurerentur] exurentur M^2 *a.c.m3, add.* et $HBZ\alpha V$ faeneratoribus *C* 25 antonia *C* 27 manemus $M^2 H$ manibus (*s.* manemus) *B* manamus αV

filius, arte sophista et turbandis rebus exercitatus, armorum inuasit officinas et induit armis inermos. regressusque in Hierosolyma stipatoribus tamquam regio more comitantibus immane quantum insoleuerat, ut supragrediens usum priuatum ne ab inlicitis quidem, quae liberi populi ferre non possent, temperandum arbitraretur. insurgentibus in eum pluribus, qui fultum regali indumento tyrannum et dominum incubuisse libertati ciuium increpitarent, graues poenas dedit ut adflictus prius cruciatibus inmoreretur. nec tamen bellum remotum, nam multo grauior motus insurrexit. denique Metilius cum Romanis militibus orauit ut 7
sibi discedere liceret, dataque fide et interpositis sacramentis, ubi iuxta pactum arma deposuere, cum sine metu abirent, ab Eleazaro et sociis factionis inulti obtruncantur non resistendum aduersus uim nec precandum rati, sed tantummodo uiolatam fidem et periurium perfidorum uociferantes. omnes itaque interfecti, Metilius ipse praefectus militum rogando et obsecrando, simul pollicens usque ad circumcisionem quoque se Iudaeum futurum solus reseruatur.

XI. Ardebat omnis Iudaea, Syria quoque prouincia omnis in bellum excita. denique Caesarienses quoscumque Iudaeos habebant interfecerunt, quo dolore excitati plurimas Syriae urbes Iudaei adorsi rebellauerunt. nusquam ius, nusquam religio, nobilior erat qui plura diripuerat quasi praemia congerens fortitudinis. erat spectaculum miserabile, cum inhumata corpora passim iacerent in urbibus, pueris permixti senes, mulieres quoque nec propter uerecundiam spectantium munimentis quibus pudenda tegerentur relictis; omnia foeda et plena speciei

X § 7 cf. BI. II 450—454 XI § 1 cf. BI. II 457—465

1 arte] acer *HBZαV* sophistae *V* et *om. V* 3 hierosolima *M²a.c.m3* 4 immane quantum] in tantum *Ba.c.* supergrediens *HBZCV* supergradiens *A* 5 nec *H* 6 possunt *B* 8 graue *M²a.c.* 9 moreretur *CVp.c.* 11 metilius (ti *in ras. m2*) *C* metillius *Z* 15 aduersum *αV* praecauendum *Bp.c.,αV* 17 itaque *s. l. B* metellus *Z* 18 militum] multum *M²* 19 reseruaretur *M²* seruatur *Ba.c.* 21 omnis prouincia *B* 22 excitata *ZαV* quosque *H* 24 debellauerunt *HZ,Bp.c.* bellauerunt *αV* 28 nec *s. l. B* 30 specie miserabili *αV*

miserabilis. quae cum tetrum horrorem excederent graues ac nefariae crudelitates, grauiora tamen sibi adhuc inuicem minitabantur. erat inmane latrocinium inter Iudaeos ac Syros, cum spes nulla salutis esset nisi ut inuicem se praeuenirent. quae enim ciuitas, quae non simul Iudaeos et Syros permixtos haberet? dies in sanguine noctes in formidine transigebantur, nec odiis nec auaritiae modus ullus. nam praeter sectarum et cultus diuersitatem, quae in malum publicum eruperat ut e diuerso se perditos uellent, auaritia habendi et rapiendi cupido animum inuaserat, ut nulli, quem praedae studio deputassent neci, parcendum
2 existimarent. quid de minore numero caesorum loquar? nam praeter Antiochenos et Sidonios et Apamenos difficile quisquam populus inhabitantes secum Iudaeos non persecutus est. Geraseni autem et uolentes egredi usque ad fines
3 proprios prosecuti sunt ut sine ulla fraude abirent. Alexandreae uero orta inter gentiles et Iudaeos contentione cum Hebraei uindictam reposcerent ac raptis facibus congregatum in amphitheatro populum gentilium minitarentur exurere, alia curantem Alexandrum Tiberium praefectum loci in se conuertere. ac primo quidem concordiam publicam
4 reformare pacificis temtabat sermonibus. ubi uero inrideri ab his quae sedulo moneret aduertit nec ullo alio modo tolli posse tantam seditionem, inuadendi eos militibus potestatem dedit, qui circumfusos adorsi maximam per totam urbem stragem fecere, cum alios resistentes, alios in domibus suis latitantes necarent, neque ulla subiret uel paruu-

XI § 2 cf. BI. II 479—480 § 3 cf. BI. II (487) 490—493 § 4 cf. BI. II 494—498

8 cf. Tac. Ann. 12, 5

1 grauis *HBZαV* 2 crudelitatis *M²a.c.m3,HBZαV* 8 sectarum] festorum *αV* 11 praeda *M²a.c.m2* parendum *M²a.c.* 12 qui *M²a.c.m2* 13 anthiocenos *M²A* sydonios *M²BZCV* 15 gerasen *M²a.c.m3* gerasseni *B* gerasenim *A* et *s. l. B* 16 ut] et *M²* ulla *om. B* alexandriae *M²p.c.m3,BZ* 17 iudaeos et gentiles *B* dum *Z* 18 ac raptis] arreptis *Ba.c.* 19 amfitheatro *M²* 21 primum *B* puplicam *M²* 22 pacis *Ca.c.* inuideri *M²* 24 tanta *α* seditionem *quod in* seditione *mutauerat restituit C* seditio *A* inuadendi] *add.* in *αV* 26 facere *Z* resistentes] *add.* fugientes *HαV* fugientes alios *BZ* 27 necaret *M²* subiceret *M²* subiaceret *Bp.c.* uel *s. l. C*

lorum misericordia uel reuerentia senum uel mulierum uerecundia. caesa itaque Iudaeorum L milia. natabant plateae sanguine, repleta erant omnia cadaueribus, crepitabant flammae saeuo per urbem incendio, quae Iudaeorum domibus iniectae uicina simul depascebantur. inflexus tamen Alexander tandem milites abstinere et receptui canere iubet, uulgi tamen ira semel progressa in potestatem necandi nequaquam mitigabatur.

XII. Luebant enim scelerum suorum supplicia, qui postquam Iesum crucifixerant diuinorum arbitrum, postea etiam discipulos eius persequebantur. plerique tamen Iudaeorum, gentilium plurimi crediderunt in eum, cum praeceptis moralibus, operibus ultra humanam possibilitatem profluentibus inuitarentur. quibus ne mors quidem eius uel fidei uel gratiae finem inposuit, immo etiam cumulauit deuotionem. intulerunt itaque parricidales manus atque auctorem uitae interficiendum ad Pilatum deduxere, reluctantem coeperunt perurguere iudicem. in quo tamen non excusatur Pilatus sed Iudaeorum amentia coaceruatur, quia nec ille adiudicare debuit, quem reum minime deprehenderat, nec isti sacrilegium parricidio geminare, ut ab his qui ad redimendos et sanandos eos sese optulerat, obtruncaretur. de quo ipsi Iudaei quoque testantur dicente Iosepho historiarum scriptore, quod fuerat illo in tempore uir sapiens, si tamen oportet, inquit, uirum dici mirabilium creatorem operum, qui apparuerit discipulis suis post triduum mortis suae uiuens secundum prophetarum scripta, qui et haec et alia innumerabilia de eo plena miraculi prophetauerunt.

XII § 1 cf. AI. XVIII 63—64 (Marc. 15, 1 sqq. et 13, 1—2)

1 senum reuerentia *B* 2 L] *om. A add.* fere *HBZ* ferme *CV* ferme quinque *A* 3 sanguinem *C* repletae $M^2a.r.$ 7 negandi M^2 9 suorum *s. l. Z* postquam] *add.* dominum *s. l. B* 11 Iudaeorum] *add.* et *H, s. l. B* 13 operibusque *Bp.c.,Z* 14 nec *B* 15 immo] *add.* eam *B* etiam] *add.* eam *Z* 19 coacerbatur M^2HBZ 20 deprehenderet *A* 21 quibus *Cp.c.* remediandos *αV* 22 eos *s. l. B* obtulerat sese *Z* 23 distantur $M^2a.c.m3$ Iosepho] *sequitur in* M^2 *ras., ubi iterum scripta erant* obtulerat obtruncaretur 24 fuerit *HZ, Bp.c.* 26 triduo *B* 27 uiuens] *add.* iterum (*s. l.*) *B,ZαV* 28 miraculis *BZαV* prophetarunt *αV*

ex quo coepit congregatio Christianorum et in omne hominum penetrauit genus, nec ulla natio Romani orbis remansit, quae cultus eius expers relinqueretur. si nobis non credunt Iudaei, uel suis credant. hoc dixit Iosephus, quem ipsi maximum putant, et tamen ita in eo ipso quod uerum locutus est mente deuius fuit, ut nec sermonibus suis crederet. sed locutus est propter historiae fidem, quia fallere nefas putabat, non credidit propter duritiam cordis et perfidiae intentionem. non tamen ueritati praeiudicat, quia non credidit sed plus addidit testimonio, quia nec incredulus et inuitus negauit. in quo Christi Iesu claruit aeterna potentia, quod eum etiam principes synagogae quem ad mortem conprehenderant deum fatebantur. et uere quasi deus sine exceptione personarum aut ulla mortis formidine locutus excidium quoque templi futurum adnuntiauit. sed non eos templi iniuria commouit, sed quia in flagitiis ab eo et sacrilegiis corripiebantur, hinc ira exarsit ut interficerent eum, quem nulla habuissent tempora. nam cum alii precando meruerint facere quae fecerunt, hic in potestate

2 habebat ut omnia quae fieri uellet imperaret. occisus erat ante mortem Iesu Baptista Iohannes uir sanctus, qui numquam in secundis salutis ueritatem posuerit. denique ad omnia, quae plena iustitiae docebat, quibus ad cultum dei inuitabat Iudaeos, etiam baptismum propter purificationem animae et corporis instituerat. cui causa necis libertas, quod perpeti nequiuit ab Herode fraterni uiolata conubii iura germanoque abductam coniugem. nam cum idem Herodes Romam pergeret, hospitii causa fratris ingressus domum, cui erat uxor Herodias Aristoboli filia, regis

XII § 2 cf. AI. XVIII 117, IS. TuU. NF. XIV 4 p. 7 (Marc. 6, 17) AI. XVIII 109—115. 124. 116 (Marc. 6, 18. 20)

3 cf. [Clem. Rom.] Const. Apost. VII 8 cf. Marc. 16, 14 14 cf. Rom. 2, 11. Col. 3, 25

1 cristianorum *C* 2 remanserit *Z,Bp.c.* remansit—nobis *suppl. mg. Vm2* 7 historiae] *add.* suae *s. l. B* qua M^2 10 credidit] *add.* uerbis suis αV addit *H* testimonium $M^2 a.c.m3$ 14 haud *B fort. recte* 16 commonuit αV in *om.* M^2 ab eo in flagitiis *B* 18 eum *om. H* cum *s. l.* $m3M^2$ 19 potestatem M^2 20 uellet] *add.* et *H* impetraret *A* 22 secudis $M^2 a.c.m3$ salutem *H* ueritatis $M^2 a.c.m3$ 23 iustitia edocebat *H* 27 que *om.* αV obductam (o *ex correct.*) *C,AV*

Agrippae soror, ausus est eam naturae immemor sollicitare, ut relicto fratre sibi nuberet, cum de urbe Roma reuertisset, et consensu mulieris inita incesti pactio cuius indicium rei peruenit ad Aretae regis filiam in coniugio adhuc Herodis manentem. ea riualem indignata redeunti marito insinuauit ut ad Macherunta oppidum dirigeretur, quod erat in confinio Petrei regis et Herodis. ille qui nihil suspicaretur, simul quia omnem iam circa eandem inminuerat affectum, quo facilius Herodiadi pactionis fidem praestaret si ablegaret coniugem, adquieuit eius secessioni. at illa ubi patrio regno adpropinquauit, cognita patri Aretae prodidit, qui per insidias omnem exercitum Herodis bello lacessitum deleuit proditione facta per eos, qui ex Philippi tetrarchae populo Herodi se adsociauerant. unde Herodes querellam Caesari detulit, sed uindictam imperatam a Caesare indignatio dei sustulit. nam in ipso apparatu belli Caesaris mors nuntiata. idque Iudaeis aestimatum conperimus et creditum, auctore Iosepho aduersum se idoneo, quod non fraude hominum sed dei commotione Herodes exercitum amiserit et iuste quidem propter uindictam Iohannis Baptistae uiri iusti qui dixerat ei: non tibi licet illam uxorem habere. sed ita haec conteximus quasi uel in suis Iudaei **3** legitima custodierint, apud quos interierat summi ius sacerdotii aut auaritia interemtum aut potiorum insolentia, qui licere quod uellent ius putabant. namque a principio Aaron

XII § 3 cf. AI. XX 224—226; IX 216. 222—227 (II Par. 26, 16—21)

21 *Matth. 14, 4

1 eam *om.* M^2 ut] et $M^2 a.c.m3$ 3 incaesti *C* pactio] *add.* est *s.l. B* 4 arethae $M^2 \alpha V$ familiam $M^2 H$ 5 indignatam $M^2 \alpha V$ 6 ut] quod M^2 macheranta *H* 7 petrei *sic codd.* herodes $B a.c., Z$ 8 eundem (*ex* endem) *C,A* 9 herodi M^2 herodiadis (s *s. l.*) *B* pactioni $B p.r.$ si *om.* αV 10 successioni $M^2 V$ secessionis $H a.c.$ suggestioni *Z* 11 aretta $M^2 a.c.m2$ arethae *CV* araethas *A* 12 lacessitum—Philippi *om. A* 13 filippi M^2 tetharche M^2 tetharcae *C* 14 Herodi *om. B* herodis $M^2 a.r., H a.c. A, C p.c., V$ 17 annuntiata αV idque] *add.* a *HBZCV* 18 idoneum $M^2 a.c.m2$ 21 licet tibi $B a.c., \alpha V$ uxorem habere illam αV 22 conteximus haec $V a.c.$ 23 custodirent $Z, C a.c.m2$ 24 *pr.* aut *s. l. B* intercepto *ex* interempto $M^2 m2$ interceptum $HBZ \alpha V$ 25 putarentur *A* aharon *C ut infra*

summus sacerdos fuit, qui ad filios suos ex uoluntate dei unctione legitima transmisit sacerdotii praerogatiuam, a quibus per ordinem successionis constituti sunt sacerdotii principatum gerentes. unde patrio more conualuit neminem fieri principem sacerdotum, nisi qui esset ex sanguine Aaron, cui primum ius istius modi delatum est sacerdotii, alterius autem generis uiro ne regi quidem licere succedere. denique Ozias, quia usurpauit sacerdotii munus, perfusus lepra temploque eiectus reliquam aetatem sine imperio exegit. et certe rex optimus fuit, sed usurpare ei non licuit officium religionis.

XIII. Fuerunt itaque ex quo egressi sunt ex Aegypto patres usque ad aedificationem templi quod Solomon condidit principes sacerdotum XIII qui fiunt anni DCXII, quoniam primum qui erat princeps sacerdotum usque ad mortem perseuerabat, nec quisquam in locum uiuentium substituebatur. postea etiam uiuentibus subrogabantur. ergo isti XIII per successionem adepti sunt sacerdotium, quibus temporibus et aristocratia fuit et monarchia iudicum et regum potestas. rursus a Solomone usque ad tempora captiuitatis, quando in Syriam populus demigrauit urbe capta temploque exusto, fuerunt sacerdotum principes XVIII per annos CCCCLX et menses VI et dies X. LXX autem annis in captiuitate populus fuit. postea Cyrus cum dimitteret populum de regione Assyriorum et templi aedificandi potestatem daret, etiam sacerdotum principem Iosedec qui simul

XIII § 1 cf. AI. XX 230—242; BI. I 92—95

2 a] ex *A*, *in C legi non potest* 3 sacerdotum principes (*s.* principatum sacerdotii gerentes) *B* principatum sacerdotii *ZAV* principatus (*del.* s) sacerdotii *C* 4 gerentes *om. M²H,B a.c.* 6 ius istius] ius isti *M² a.c.m3* iustius *H* ius *s. l. m2 B* primo *α* sacerdotii] *add.* principatum *exp. B* 7 alteri *M²B* nec *BZ* licet *H* licebat *B* licerat *ZaV* 8 qui *αV* 9 lebra *M²* 10 ei *s.l. B* non ei *H* 12 patres ex aegypto *B* salomon *HBZA* salamon *CV* 15 primo *HBZαV* 17 subrogantur (n *s.l.*) *M², Va.c.m2* subrogabatur *H* ergo *om. H* 19 aristogratia *M²HB* arist(h *A*)oboli gratia *αV* 20 rerum *B a.c.* salomone *HBZα* salamone *V* 21 assyriam *HZ fort. recte, cf. l. 25* 22 XVIII ∗*M²* X et VIII *HZ* decem et octo *BA* 23 *pr.* et *om. αV alt.* et *om. HZαV* 24 captiuitatem *HCV* 25 populum] *add.* patrum *HBZαV* 26 iosedech *BαV*

abductus erat redire permisit, ut ritus ueteris sollemnitas per adsueti sacerdotis scientiam reformaretur. ipse igitur et posteri sui XV numero uiri a reditu populi usque ad Antiochum Eupatorem officio functi sunt per ordinem successionis et principatum sacerdotii repraesentarunt annis CCCCXIIII. primus Antiochus, quem supra memorauimus, et dux eius Lysias occiso Onia sacerdotum principe in locum eius substituerunt Iacimum in sacerdotium. qui licet fuerit de Aaron genere, non tamen fuit de ipsa domo. unde Ananias frater Oniae pergens in Aegyptum petit a Ptolomaeo Filometore et Cleopatra coniuge Filometoris, qui ritus obseruationis ad Hierosolymitanae sollemnitatis similitudinem in Alexandrinae urbis cultibus inseruerat, ut illic princeps sacerdotum subrogaretur, eo quod Iacimus legitimam non haberet sacerdotii successionem. atque idem tamen exacto triennio defunctus; nec successorem habere meruit, qui abrogauerat legitimae successionis sollemnitatem. fuit itaque VII annis ciuitas sine principe sacerdotii. usque ad hoc tempus regressionis patrum de terra Aegyptiorum democratiam tenuit, eo quod per iniquitates regum in captiuitatem se esse deductum Iudaeorum populus recognosceret. Asamonaei postea nancti potestatem populo praesidendi Ionathen sacerdotum principem constituere, qui per annos VII functus suscepto munere per insidias Tryphonis finem uitae inuenit. in cuius locum Simon frater germanus tamquam iure hereditario per electionem tamen successit, quem generi insidiis

1 fuerat αV sollemnitatis $BZ\alpha V$ 2 sacerdotii αV 3 ad *om.* CV antiocum $M^2a.c.m3$ 5 repraesentauerunt A 7 sonia A principem $M^2\alpha$; *corr.* C loco M^2B 8 Iacimum] alch(h *om.* HA)imum $HBZ\alpha V$ sacerdotio B 9 annanias $H,Ba.r.$ annias α annas V 10 aegipto $M^2a.c.m3$ petit $M^2a.c.,\alpha V$ ab α ptholomeo M^2C Filometore [filiometore $M^2a.r.,Aa.c.,H$ filio methore CV filiometores $Ba.c.$ filiometoris Z 11 Filometoris] filiometoris $M^2H,ZAa.c.$ filiomethoris CV 12 in *exp.* B alexandriae $Z\alpha$ 13 inseruerant $BCa.c.$ principes $Ca.c.$ sacerdotii $Z\alpha V$ 14 alc(h)imus $HBZ\alpha V$ 16 quia $Zp.c.$ 18 principem $Ca.c.$ hoc *s. l. et eras.* B regressio $M^2HZ\alpha V$ 19 terris $HBZ\alpha V$ assyriorum $HBZ\alpha V$ demochratiam $M^2\alpha V$ 21 deductam C asamonei M^2 recognosceret] *add.* et αV 22 nacti $H,Bp.r.$, Z ionathem CV sacerdotem αV 23 annis M^2 24 suscepto *s. l.* B susceptus $M^2a.c.m3$ 24 trifonis (ph A) M^2HBZA 26 insidiis *s. l.* $m2B$

inter epulas extinctum accepimus. a quo ad filium eius Hyrcanum, quem fuga periculo exemerat, praerogatiua sacerdotii demigrauit. Hyrcano autem Aristobolus, qui etiam regnum memorato adiunxit muneri ut utriusque esset particeps, et Aristobolo Alexander substituti sunt. penes Alexandrum et regnum et sacerdotium usque ad diem uitae eius mansit supremum, per VII scilicet et XX annos, sed plerumque dubio statu, nam et anceps inter ipsum et Demetrium uictoria fuit et odium immane a ciuibus. moriens Alexander, qui periculosam filiis suis cerneret odiorum suorum hereditatem, Alexandriam coniugem suam exercitam usu imperii et communium adsuetudine consiliorum, gratiorem tamen populo, quod et aduersum uiri saeuitiam periclitantibus frequenter praesidio fuerit et coniugi temperamento, regni praeesse uoluit gubernaculo, arbitram simul statuens, cuinam potissimum filiorum summum sacerdotium committeretur. illa Hyrcanum patri substituit in sacerdotium, uel propter senioris aetatis praerogatiuam, uel quod leniore quam frater ingenio nullas super regni negotiis matri uideretur molestias excitaturus. Aristobolo nihil publicorum commisit officiorum, sed ille etiam uiuente matre, aegritudinis tamen eius occasione, in remotis et munitioribus locis regem agebat. quo offensa mater et Hyrcani querellis anxia uim morbi aluit, nec ultra VIIII annos imperii progressa omnium heredem Hyrcanum reliquit, non quo seruaturum praesumeret, sed ne indignum iuuaret aut usurpatoris insolentiam iudicio prosperiore accenderet. uerum Alexandriae mors etiam Hyrcano sacerdotium regnumque ademit. nam bello uictus ad munitiora se contulit retentisque coniuge et filiis Aristoboli, quos in

XIII § 2 cf. AI. XX 242 § 3 cf. AI. XX 243, BI. I 121

1 ad *s. l. m2C* eius *om.* αV 4 ut *om. H,Ca.c.m2* esse M^2, *Ca.c.m2* 7 scilicet *suppl. m3* M^2 9 uictoriae M^2 ciuibus] *add.* idem *s.l. B* 10 suis *om.* M^2 11 exercitatam *Ba.c.* 12 adsuetudinem M^2 *a.r.,H* 13 populo tamen *Va.c.* seuiam M^2 14 coniugem temperamento (*s.* temperaret) *Z* 15 regali (ali *m3 in ras.*) M^2,*HBZ* uoluit *s. l. m2V* 18 sacerdotio *Ba.c.* 19 lentiore $BZ\alpha V$ regni *om. H* nulla *Ca.c.m2* 23 et *s. l. B* 30 filias M^2 filiais (*exp.* a) *B* quas M^2,*Ba.c.*

castro inuenerat, amplexatus est mutare condicionem ut ad Aristobolum potestas omnis transiret et sacerdotium, ipse priuatus in domum Aristoboli concederet. nec tamen diu 4
contentus fuit aulam regiam priuatis mutasse aedibus. nam excitatus ab Antipatro primo in Arabiam contendit uelut contestatus pacti iniquitatem, deinde ubi infirmum sibi aduersum Romanos, quos in sui societatem per Scaurum Aristobolus inlexerat, Arabi regis auxilium aduertit, Pompeio uenienti querimoniam detulit. qui eludentem Aristobolum 5
anno iam tertio imperitantem bello perculit, auctoritate cepit atque ante uictoriam custodiae dedit superatoque eius populo et capta urbe, captiuum ipsum cum filiis Romam dirigi praecipiens, Hyrcano sacerdotii dignitatem refudit atque eum praesidere ciuibus absque diademate tamen regnique infulis statuit, largus quidem honoris sed consultor quietis, ne fraternae insolentiae spiritu pax turbaretur. ita Aristobolus, captus licet, Hyrcanum tamen regno exuit, qui XXIIII annos postea maiore usu quam nomine in potestate exegit. nec tamen is uitae finis Hyr- 6
cano qui potestatis fuit. nam reliquum tempus dedecori cessit, ut supra memorauimus, siquidem superatus proelio Parthis Euphraten transgredientibus captus et Antigono Aristoboli filio in potestatem datus truncatis quoque auribus nec sic quidem aerumnae miserabilis inpleuit acerbitatem. nam post illa in Parthiam quoque abductus exul, debilis senex ludibrium de se barbaris praebuit, et cognito postea quod Herodes imperitaret, cuius coniugio Mariamme

XIII § 4 cf. BI. I 14—15 § 5 cf. BI. I 15—17; AI. XX 245 § 6 cf. AI. XX 245

21 cf. supra I 29 et 36

1 condicione $M^2a.c.m3$ 2 aristobolo $M^2a.c.m3$ 3 domo M^2 4 aedibus] diebus *Cm1*, (i *s. l.*) *A* sedibus *V,Cp.c.m3* 5 primum *Ba.c.* 6 facti M^2 7 per Scaurum] piscaurum $M^2a.c.m3$ scarum *H* 8 Arabi] *casus patrius* 9 qui] unde αV ludentem αV 12 eius *s. l. B* editus M^2 15 tamen *s. l. B om. Z* infolis $M^2a.c.m3$ in filiis *A* 16 consulto M^2 17 aristobolus ita (ita *s. l.*) *B* 18 IIII (*uel* quattuor) et XX (*uel* uiginti) *HBZαV* 19 potestatem $M^2\alpha V$ exigit *Z* 20 relicum M^2 22 captus *s. l. m2B* 23 truncatus *HZ* truncatisque, *om.* quoque *B* 24 ne *B* mirabilis *Z,Va.c.m2* aceruitatem M^2 25 illam *HBZCV* illum *A* patriam $M^2a.c.m3$ 26 senes αV 27 arianne αV

neptis sua potiebatur, in Iudaeam reuertit. ubi primo summa honoris specie susceptus, quo insidiarum uelamen obtenderetur, haut multo post adficto crimine quod pote-
7 statem repetere uellet interemtus est. nactus igitur Herodes regnum, quod a Romanis pro obpugnatae uel proditae patriae mercede acceperat, in locum Antigoni, qui triennio et tribus mensibus tenuerat imperium, substituit successores in sacerdotium non Asamonaei generis, quos clarioris fuisse prosapiae accepimus, sed ignobiles quosque quos aut libido aut casus dedisset, tamen fatigatus Alexandriae precibus socrus uel insimulationibus territus Ionathen coniugis suae fratrem XVII annos agentem sacerdotem creauit. quem mox ipse exitio dedit suspectum imperii, quod circa eum ingentem populi totius gratiam in dies uideret adolescere. posthabito itaque Anhelo, quem iam ex ignobilibus ante Ionathen in sacerdotium subrogauerat, reliquos per ordinem huiusmodi elegit, de quibus nihil suspectum haberet. nam quod in adfine perpeti non potuerat, quemadmodum non caueret in alienis? similia in huiusmodi ordinationi-
bus Archelaus secutus, paternae specie consuetudinis angustioris animi tenuit sententiam more quodam insito mortalibus, ut apud eos minus suspecta sit ignauia hebetiorum quam gratia bonorum, cum infirmus animus insolentior sit in rebus secundis, prudentior autem nouerit
8 uicem referre beneficiis. igitur a regno Herodis usque ad Romanorum imperium, quod Archelao deiecto Iu-

XIII § 7 cf. AI. XX 247—249, petito Anheli nomine ex XV 38 sqq. § 8 cf. AI. XX 250—251

21 cf. Tac. Hist. II 20

1 prima *Ba.c.* 2 quod $M^2\alpha V$ 3 tenderetur M^2*a.c.m2* 4 nanctus *Ba.c.*,αV 6 mercedem *CV* loco *B* anticoni M^2*a.c.m3* 7 imperio M^2*a.c.m3* 8 clariores M^2B 11 ionathae *BA* ionathes (*mg. m3* ionathen) *C,V* coniuges, *add.* supra M^2 coniugis] *add.* ut supra memorauimus *B* suae *om.* M^2B 12 VIIX M^2 septemdecim *HCV* septemdecem *BA* septem et decem *Z* 13 quoque M^2*a.c.m2* 15 angeelo *H* an(a)elo *BZ* hanelo *CV* 16 ionathae *B* 18 adfinem M^2 poterat *CV* 19 aliis M^2*p.r.* 20 specie] spe se *Ca.c.* speciei *A* angustio *Ca.c.* 22 suspectus *Cp.c.m3* susipecto *A* 23 infimus *H* 24 nouerat M^2*a.c.m3* 26 Romanorum] ihu *Z* imperio M^2*a.c.m3*

daeam reliquis prouinciis adsociauerat, atque inde usque ad templi excidium et triumphum Titi fuerunt sacerdotum principes XXVIII per annos CLXX. sane apud plerosque eorum dignitatis sola functio, penes paucos etiam ius potestatis fuit. liquet igitur in sacerdotum principibus non perseuerasse legitimi generis successionem, quia non omnes ex Aaron neque ex filiis eius, qui in eius subrogati locum formam praescriptae successionis ceteris dereliquere. itaque cum auaritia aut perfidia suorum corrupta essent maiorum instituta, uiolata iura religionis, conuulsa antiquitatis praesidia, non immerito eos diuina deseruit opitulatio. eoque tamquam in uacuum populum omni iniuriarum genere processum, ut seditionibus domesticis in se ipsos manus uerterent, latrociniis grauibus adflictarentur, taeterrimos sortirentur iudices, ut inprobis nequiores succederent. denique 9 Albinus deterrimus habebatur superiorum, sed Floro successore inter bonos relatus, qui facem belli extulit proeliumque inter Romanos et Iudaeos accendit, quae causa supremo templi et urbis excidio fuit.

XIV. Namque Cestius ubi ardere Iudaeos conperit belli furore, qui summam militiae regendam in partibus Syriae a Romanis susceperat, duodecimo anno imperii Neronis mouit arma ut militum Romanorum, quibus erat custodia commissa cohercendae insolentiae et pacis tuendae, necem ulcisceretur. congregatisque etiam sociorum auxiliis Iudaeam ingressus, urbem cui nomen Zabulon, dilapsis metu

XIII § 9 cf. BI. II 277. 276 XIV § 1 cf. BI. II 499. 284. 503—504

1 adsociauerat] *add.* romanorum ihs *Z* associauerant *CV* adsotiauerunt *A* 3 XX et VIII $M^2p.c.m3$,*C* uig. et octo *BZAV* cent. et septuag. (*om.* et) M^2m3 *s. l.*, *HBZAV* C et LXX *C* 4 dignitas αV functio *om.* αV 5 liquit $M^2a.c.m3$ 7 aharon *C* 8 derelinquere successionis ceteris *A* relinquere *H* derelinquere *V* 9 corruptae sint *H* 10 iniquitatis M^2 11 opitulantia M^2H opulentia (it *s.* p *add.*) *B* ex quo αV 13 uerterent] *add.* et *H* 14 adflictarentur] *add.* ac *Z* ac deterrimos sortirentur (*suppl. mg. m2*) *H*,*Z* sorterentur $M^2a.c.m3$ 16 teterrimus $M^2p.c.m3$,αV 17 praelatus *CV* belli facem *B* faciem *Ha.r.* 19 supremum—excidium *B* 20 gestius *semper* (*hic et passim* c *s.* g) *B* cestius *hic*, *sed persaepe* caestius *CV* 21 partem *B*

incolis, plenam diuitiarum, quas ad superiora montium confugientes domini secum auferre nequiuerant, diripi ab exercitu passus, admiratus quoque publicorum operum pulchritu-
2 dinem incendi iussit. et quasi hoc parum ad uindictam foret, Iopen praemisso exercitu, ne quis fuga sese exitio subduceret, terra marique inrum pentibus qui destinati fuerant occupauit, necatisque VIII milibus uirum et CCCC ferme amplius, ubi praeda rapinae cessit, exusta ciuitas. uicina quoque Caesareae depopulatus diripuit inuenta, uicos incendit.
3 cuius infregit impetum Sepphoris egredientibus cunctis obuiam Cestio, quorum fauore et gratia delinitus inmunem cladis urbem reliquit. feruebat in his locis congregatio latronum, sed adueniente exercitu in montes concesserant. qui conferentem signa Gallum praepositum duodecimi ordinis adorsi fortiter exagitauerunt, ut CC ferme Romanorum occiderent. uerum ubi superiora locorum occupauere, neque peditem comminus potuerunt latrones pati et fugientes ab equitibus facile circumuenti necantur. caesi itaque supra II milia, pauci fugati, qui in arduis montium potuerunt latere, et
4 omnis a latrocinio regio purgata. Gallus in Caesaream reuertit; Cestius cum omni manu Antipatridem perrexit, † quibus non mediocrem Iudaei coaceruauerant multitudinem. sed priusquam consererent manum, per diuersa dilapsi
5 regionem et uicos direptioni et igni dereliquerunt. Lydda quoque uacua incolarum reperta et incensa Gabao, quae ab Hierosolymis L stadiis aberat, ubi Romanum exercitum suscepit in conspectu posita, armauit Iudaeos. qui posthabita sabbati celebritate, quod ueteri cultu et sollemni

XIV § 2 cf. BI. II 507—509 § 3 cf. BI. II 510—512 § 4 cf. BI. II 513—514 § 5 cf. BI. II 515—521

1 inculis $M^2a.c.m3$ 3 passus] *add.* et *Z*, *add.* est αV puplicorum $M^2a.c.m3$ 5 exitii M^2 6 terra—occupauit *suppl. mg. m2 H* 7 uirum *om.* M^2 uirorum (*mg.*) M^2m3,BA CCC M^2 10 sed foris $M^2\alpha V$ sefforis *HBZ* 11 delenitus *CV* 14 XII Iordanis M^2 duodecim ordines *HZ* 15 exagitarunt *HBZ* exagitauere *A* 18 super *B* 20 regio a latrocinio *B* 21 ubi (*s.* quibus) *B* 22 non *s. l. C* coaceruauerunt M^2 coacerbauerunt *HBZ* coacerbauerant *C* coacerbarunt *V* 23 manu αV 24 uicus αV lidda *Z* 27 suscepit] conspexit *B* armauit—posthabita *om.* αV 28 et] *add.* in *s. l. B*

obseruatione initiabant, tanto impetu in Romanos prosiluere, ut omnem exercitum auerterent nisi equites subuenissent peditibus laborantibus. caesi Romanorum DXV uiri, sed omnes grauiter periclitati, de Iudaeis autem XXII bello amissi. quo loci emicuit uirtus Monobazi et Cedaei, qui cognito quod a Iudaeis in Romanas acies insurgeretur, a fronte adgressi reppulere plerosque et coegerunt in urbem redire.

XV. Simon quoque ascendentes Romanos propinqua urbis impedimentis exuit, unde et Cestius in regione sese triduo tenuit. qua mora circumfusi hostes et in superioribus siti ingressus speculabantur uniuersos, ne quis inpune inrumperet. quod considerans sine multa clade utriusque 2
partis temtari nequire, misit suos Agrippa rex Borcium et Phoebum, qui dicerent populo ueniabile quidquid ab his esset aduersum Romanos flagitii commissum, si modo in reliquum positis armis sibi consulerent, aestimans [quod] uel uniuersis suadendum [crederet], ut proelio renuntiarent, uel partem ceteris auellendam. at contra seditiosi, metu ne eorum alterum procederet, legatos adorsi Phoebum interfecere, Borcius autem excepto uulnere uix potuit euadere. uidens Cestius huiusmodi in urbe contentiones, quibus alii 3
in legatos insurgerent, alii Romanos urbe recipiendos suaderent, inrumpere conatus usque Hierosolyma resistentes reppulit et ipse ad tertium stadium memoratae urbis cum exercitu adpropinquauit atque illic exegit triduum, quarto

XV § 1 cf. BI. II 521—522 § 2 cf. BI. II 523—526 § 3 cf. BI. II 527—531

4 duo (II *C*) et uiginti *HBZαV* 5 quod *αV* loco *Ba.c.,Z* cedei M^2HBZ caenezei *CV*; *cf. Gen. 15, 19* zenecei *A* 6 consurgeretur *H* 7 adgressi] *add.* errantes *Z* et *om. αV* 10 inpedimenta *Ba.c.* exiuit *αV* et *om. HαV* 12 nec *Ca.c.m2* 13 si M^2, *Ha.c.* partis utriusque *αV* 14 partes M^2 nequiret *Ca.c.* suos] e suis *B* lorcium M^2ZCV bortium (*s.* lorcium) *B* lortium *H* lor-chium *A* 15 foebum (*s.* faebam) *B* foebam M^2HZ phoebam *C* phelam *A* 16 aduersus *HαV* comissum M^2 modum $M^2a.c.m3$ 17 quod crederet *quasi glossema pro* aestimans *seclusi* 19 at] et *A* metuentes *Ba.c.* 20 foebam *H* 21 lorcium *H* lorcius *Z* bortius (*s.* lorcius) *B* lorchius *CV* lortius *A* 22 huiusmodi *suppl. m2C* 25 stadium *iterauit C*

die impetu facto ingressus Bethesdam ilico incendit et Caenopolin. qui contendens ad superiora urbis, refugientibus in interiora seditiosis, si inrumpendum in urbem putasset, haut dubie omne bellum esset solutum. denique plerosque Ananus Ionathae filius collocauerat, ut inuitarent Romanos uocibus suis quasi portas reseraturi. sed dum Cestius uel reuocatur a Prisco et plerisque centurionibus, qui corrupti a Floro bellum adolescere cupiebant, uel parum credit, Ananus cum suis muro deicitur. quibus ad sua refugientibus, locum eorum seditiosi occupauere. Romani V diebus tentantes diuersos aditus cum inpossibilem sibi cernerent inruptionem, electis ualidioribus quibusque et sagittariis a septentrionali latere templum petebant. Iudaei quoque non feriabantur proeliantes fortiter et repulsis crebro hostibus elatiores. ad postremum tamen multitudine sagittarum uulnerati alii, alii percussi et territi cessere Romanis murum suffodere, portam incendere templi adorsis. magna seditiosos formido incesserat et quaedam mentium consternatio. denique plurimi quasi continuo periturae urbis excidio se subtrahebant fuga nec consistere ausi dederant populo confidentiam ut discedentibus eis, quorum circumuallatus fuerat multitudine, tamquam iam liber et quadam exutus inproborum obsidione circa portas sese infunderet, quibus apertis reciperet Cestium quasi non obpugnatum urbem sed defensum uenisset. sed ipsum quoque Cestium subito quidam inuasit stupor, ut nec desperationem inproborum nec studium plebis intueretur, qui si paulisper coeptis incubuisset, bellum depulerat, urbem ceperat. sed aduersa, quantum

XV § 4 cf. BI. II 533. 531. 534—537 § 5 cf. BI. II 538—540

1 betsaidam M^2 bethesda H cenopoli M^2HB cenopolin ZA 2 qui] et αV 3 interiora] *add.* in αV 4 omnibus bellum esse αV 7 et] ex αV plerique M^2 *a.c.m2* 11 inpossibile M^2H 14 feribantur M^2 *a.c.m3* ferebantur B feriebantur AV 16 alii *alt s. l. m2* M^2 perculsi HZ 17 adorsis *eras.*, *s.* aditibus B seditiosis αV 18 successerat H 19 perituri αV sese αV 21 descendentibus M^2ZV discendentibus HC, V *p.c.m2* elapsis his (*s.* ul discedentibus suis) B 22 iam *om.* M^2 23 seditione M^2H, (*s.* obs) B effunderet CV effunderent A 24 receperit M^2 *a.c.m3* obpugnantum M^2 *p.c.m3* urbe CV urbes et A 27 caeptis C 28 coeperat $BZ, Ca.c.$ auersa Z

intellegi datur, Iudaeis uoluntas dei imminentem belli exitum comperendinauit, donec conplures ac paene uniuersos Iudaicae gentis ruina inuolueret. expectabatur, ut reor, ut in omne nefas scelerum enormitas cresceret et impietatis incremento supremorum adaequaret mensuram flagitiorum. quid fuit illud quod, cum perurguere debuerit, Cestius 6
subito exercitum reuocauit soluitque obsidionem? qua repentina contra expectatum commutatione rerum fracti animi bonorum, et erecti latrones sumsere fiduciam atque a fuga ad insequendum regressi inuadunt posteriora agminis multosque illic confuse ruentes equitum et peditum obtruncauere. et iam inclinauerat dies, unde metuens Cestius noctis propinquitatem et tenebrarum caliginem, quibus amplius fiderent gnari locorum, quo incertos regionis undique urguerent, uallum ante urbem constituit sequentique die, cum hostem relinqueret, in sese armauit, ut discessionis eius causam metum arbitrarentur. circumfusi itaque a lateribus, a tergo, postremos caedere, incedentem exercitum iaculis infestare, in confertos missa telorum uis haut facile frustrari. si quis referire audebat, patere uulneri, si quis conuertere sese ad infestantem, a suis relinqui, ab hoste claudi, munitiore semper eo qui sequitur, quam qui praecedit, quia hic pectus tegit, ille hosti terga sua detegit. uehementer itaque urguebantur Romani tamquam obsessi, qui obsessum uenerant, nec iam sustinere aut perpeti poterant armorum pondere ipsi graues, hostibus uelocioribus quos neque consequi facile erat, et metus summus ne acies interrumperetur.

XV § 6 cf. BI. II 541—546
14 cf. Tacit. Hist. V 6

1 datum *Va.c.m2* 3 iudeice (*ex* -i *m3*) M^2 4 in *om.* M^2 inormitas $M^2 \alpha V$ 5 mensura M^2 6 urguere *A* debuerint (i *ex* e *m3*) M^2 debuit *Ca.c.* 7 quia M^2 8 conmutationem $M^2 A$ facti M^2 9 latronum *Bp.c.* 11 multisque M^2 multosque (que *s. l.*) *B* 14 ignari $M^2 ZA$ regiones M^2 19 confer***tos *C* frustari M^2 20 referre *H* pateret $H \alpha V$ uulnere $M^2 a.c.m3$ conuerteret *CV* conuerterit *A* 21 suii *Ca.c.m3* reliqui $M^2 a.c.m3$ munitiore] munitior est *BZp.c.*, *add.* enim (*s. l. et eras.*) *B,Z* munitior enim αV 22 eo *om.* $Z \alpha V$ 23 hosti—detegit *suppl. m2 C* deteget $M^2 a.c.m3$ detegit (de *s. l.*) *V* 24 qui] *add.* ad *Z* obsessu *CV* 26 pondera *Z* 27 inrumperetur αV

iniqua ergo certaminis condicione nocere hosti nequibant, cum ipsi grauiter adficerentur. haerebat Cestius consilii incertus, cum per totum iter conteri suos uideret, et iam plerisque adflictis militiae primoribus. substitit biduo quasi fessos reparaturus. sed cum magis ac magis augeri numerum hostium cerneret et omnia in circuitu referta aduersariis sibique officere quod moraretur eo quod plures congregarentur, tertio die compendium quaerens transitus facilioris impedimenta agminis amoueri praecepit. caesa iumenta, pleraque uehicula comminuta aliaque huiusmodi, quae oneri magis quam usui in periculis erant, consumta aut praecipitata, ut obsidionum instrumenta aut genera telorum, quibus rebus amplius terrebantur, ne aduersum se hostem suis subsidiis armarent. quod ubi aduertere Iudaei fugam potius a Romanis quam bellum parari, occupare itineris angustiora, diffusioribus locis minus instare, prohibere a fronte, coartare a lateribus, urguere a tergo, cogere in praecipitium, in quod undique conclusi aut lapsi deiciebantur. plerique obtexere caelum iaculis, operire agmen sagittis numquam remisso officio et sola aduersariorum pernicie. iam nec ipsi pedites sustentare poterant, equitibus uero maius periculum, qui per praerupta saxorum ac lubrica labentibus equis deuoluebantur nec ordinem seruare poterant angusto impediti tramite. ex altera parte rupes, ex altera praecipitia et fugae locum et defensionis negabant. Iudaei contra spe uictoriae amplius accendebantur, imminebant fessis, instabant haerentibus, insultabant desperantibus et prope omnes Romani exercitus delessent copias, nisi nox subuenisset, cuius tenebris bellum impeditum, quam Romani in proximo cui Bethoron

XV § 7 cf. BI. II 546—550

11 cf. Sall. Iug. 14, 4. 19 cf. Claud. Cons. Stil. I 258

1 in qua *B* noceri M^2 3 uidet M^2*a.c.m3* 5 reparaturos M^2 *a.c.m3* 7 officeret M^2 moreretur M^2 9 ammoueri *V* 11 in *om.* αV 12 ut] aut $H\alpha V$,*Ba.r.* instrumentum *B* 15 occupauere *BZ* 16 stare αV 18 quo αV deicebantur *C* 21 sustinere *Ba.c.* e quibus αV 22 quia *Ba.r.* per *s. l. C* 23 inpedimenti (*ex* -o) *B* 24 rupis *Ba.c.* 25 spem $M^2\alpha V$ 26 fessis instabant] lassis minitabant *V*,*Cm3 in ras.* inerentibus M^2*p.c.m2* 28 superuenisset *A* cuius] cum *V*,*Cm3* (*quid antea fuerit, non liquet*) 29 proximo] *add.* loco *Z* bethoro *HBZ*

nomen egerunt, ita ut Iudaei circumfusi undique specularentur locorum exitus, ne Romani dilaberentur. Cestius aperto 8
itinere diffidens dolo fugam temtauit. XL itaque legit uiros, quibus euadendi desperatio contemtum mortis infuderat. eos constituit in munitionibus praecepto, ut tota nocte cum strepitu maximo officia praetendentium uallo circumsonarent, ne Iudaeis proficiscentis exercitus apparatus aliquis indiciis solitis manifestaretur, quibus sese ipsi quicumque turbantur prodere solent, silentio autem egrederentur uniuersi nihil suspicantibus Iudaeis, qui sollemnes custodiarum strepitus audirent, ex quibus omnes in loco manere Romanos arbitrarentur. hac fraude eduxit exercitum Cestius, et iam confecerat stadia XXX usus paucorum in rebus dubiis fide, qui perituri gratis praestare sociis pericula sua quam perdere malebant. et quidem nox dolum texerat sed dies prodidit. nam ubi luce diffusa res apertae sunt et omnis locus, in quo habitauerant Romani, uacuus apparuit, inpetu facto Iudaei in eos primum, quorum simulatis officiis decepti fuerant, inruunt leuique negotio deletis XL uiris exercitum sequuntur, qui et nocte plurimum spatii confecerat et per diem properatius iter urguebat, ne noctis iam periculis inuolueretur. plena erat uia inpedimentorum, quae fugientes Romani derelinquebant, ne iniusto quisquam sub fasce moraretur. passim iacebant uasa, utensilia, uel etiam bello necessaria, arcoballistae arietes ceteraque instrumenta in excisionem urbis aduecta, quae sequentes Iudaei praeteribant ne essent morae, reuertentes colligebant, ut his aduersum eos uterentur, qui dimisissent. secuti enim usque ad urbem

XV § 8 cf. BI. II 551—555

1 nomine *H* gerunt *M²H* undique *iterauit A* 2 ne] *add.* qua *αV* delerentur *M² a.c.m2* 3 diffugiens *αV* elegit *B* 5 constituit—praecepto] in munitionibus instituit cum praecepto *B* cum strepitu] constrepitu *M² a.c.m3* 6 praetendentium (u *in ras. m3*) *M²* 7 aliquibus *BA* 8 in diliciis *M² a.r.* 10 suspectantibus *HZαV* sollemnis *M²* 12 cestiu* *et s.* s *M²* 14 fidem *αV* 17 inhabitauerant *C* inhabitauerunt *A* 20 secuntur *s. l. A* 21 properantius *H* properatus *Ca.c.* 23 moraretur *coni. Weber* moreretur *M²HBαV* remoraretur *Bp.c.Z* 25 arcouallistae *M² a.c.m3* arcus ballistae *Z* excidionem *CV* 27 uti *Z* aduersus *Ba.c.* 28 eos] romanos *αV* quib *Ha.c.* qui (*s.* quorum socii) *B* quorum socii (*s.* qui) *Z*, (etatim *add. mg. m3*) *C,A* quorum societatem *V*

Antipatridem, posteaquam praetergressum omnem offendere exercitum Romanum et conprehendendi spes lapsa, retorquent uestigium captantesque spolia caesorum cum triumpho et hymnis Hierosolyma regrediuntur. quibus tantum laetitiae cesserat, ut paucis suorum amissis V milia peditum de exercitu Romano et CCC, ⟨octoginta et CCC⟩ equites extinguerentur. quod gestum est duodecimo anno imperii Neronis, ut supra memorauimus.

XVI. Sed non omnium Iudaeorum illa exultatio erat. nam fuere qui se post illam non pugnam Cestii sed aerumnam quasi de supremo periculo nauigii mergentis eripere gestirent atque enatare de ciuitatis naufragio, ac prae ceteris Custobarus et Saulus fratres cum Philippo principe militiae regis Agrippae. hi fugientes ad Cestium sese contulere petentes ut ad Neronem in Achaiam dirigerentur. quos Cestius uolens accepit nec postulata abnuit, ut per ipsos Caesar edoceretur causam belli Florum fuisse; sibi ut maximae necessitatis bello incubuisset, ut inopinata conspirantium multitudine exercitus circumueniretur, quem magis consilio ducis ereptum periculo quam inplicatum liqueret. temtasse Cestium excitata in Florum odia sedare sed nequiuisse. itaque incidisse bellum, non intulisse. haec enim mandata erant, ut commotione omni Caesaris in Florum excitata minui circa se speraret Caesaris offensionem, quam male gestae rei conscientia pertimescebat. ita autem plerique perterriti sunt Romani clade exercitus, ut Damasceni metuentes suspectae societatis contagia propter habitatio-

XVI § 1 cf. BI. II 556—558 § 2 cf. BI. II 559—560

7 cf. supra II 14

1 offendere omnem *A* 2 romanorum αV spe M^2 4 ymnis M^2 hiero(*uel* u)soly(*uel* i)mam $M^2 p.c.m3, HBZA$ hierosoli(y *V*)mis *V*, *Cm3 in membrana exesa* 5 cesserat *Cm3 in membrana exesa* cesserant *A* 6 tricentos *H* quadringenti *B* *equitum numerum ex Iosepho Graeco suppleui* 10 illam] *add.* pugnam αV 12 ciuitate $M^2 p.c.m3$ naufragio *om.* M^2 15 agaiam M^2 achaia *B* quod *codd.*; *correxi* 17 caesari doceretur *A* ut] uim $M^2 HBZCV$ ui *A* ut *ego* 18 incubuisse *codd.*; *emendaui* constipantium *H* 19 conueniretur *A* 20 reliqueret *C* reliquerat *Va.c.m2* 21 excitata *om.* αV sedare in florum odia αV 22 itaque—intulisse *om.* $M^2 H$,*mg. add. B* 24 se *s.m3* M^2 25 malae *BC* conscientiae M^2 conscientiam $M^2 p.c.m2, H \alpha V$ pertimescebat—Romani *om. A* 26 damascheni *CV*

nis consortium interficerent Iudaeos in gymnasio congregatos, qui secum urbem incolebant — quod illi uel suspicione uel dolo iam dudum procurauerant ut a gentilibus coetibus segregarentur, ne quid per noctem nouarent uel ut exitio soli paterent — summo sane mysterio silentii ut ne ad uxores quidem suas conatus istiusmodi tractatus mearet, quoniam ipsae quoque ex parte maxima Iudaeorum cultibus admiscebantur.

XVII. Angusto itaque in loco omnes adorsi peremerunt Iudaeorum X milia, quod facile fuit ut praeuenti ab armatis inermes perirent. et quidem immanitatis eius exemplum recens Scythopoli etiam in maius processerat, quo incitatos Damascenos reor. nam cum Iudaei finitima quaeque popularentur, uenerunt Scythopolim atque illic inhabitantes Iudaeos temtare adorsi aduersarios experti sunt, quos sibi fidos arbitrabantur, quoniam more ingenii humani praeponderabat apud eos salutis cura necessitudini. in secundis igitur constituentes tribule collegium praeferunt inhabitantium societatem, tribulibus cladem minantur. quod suspectum gentibus, quia promtioribus studiis odiorum in suos exsecutio praetendebatur, ne simulationis specie dolus adornaretur atque urbem incautioribus incolis noctu adorerentur prostratisque omnibus gentibus apud Iudaeos sibi gratiam reconciliarent. ac per hoc si uellent fidem suam etiam circa gentiles probare, cum omni generatione sua urbe excederent uicinumque peterent nemus. quo facto per biduum quieuerunt Scythopolitae ut portio Iudaeorum suspectionem deponeret, indueret securitatem. tertia nocte cum iam praesumta fides gratiae remouisset custodiae sollicitudinem, incautis et dormientibus uis inlata decemque et tribus milibus hominum necatis quaecumque etiam habuerunt direpta sunt.

XVII cf. BI. II 561. 466—468
16 cf. Sall. Iug. 93, 3

1 gymnasio (y *ex* e *m3*, n *s. m2*) M^2 congregatos *om.* $M^2 H$, *s. l.* B 3 gentilium αV coetus $Ca.c.$ 5 silentii mysterio αV 6 huius modi H tractatu M^2 *a.c.* 11 equidem $\alpha, Vp.c.m2$ 12 schitopolim M^2 quod αV etiam *eras.* M^2 maius (ius *in ras. m3*) M^2 14 habitantes $Ba.c.$ 16 fidos] secundos A 17 necessitudinis $Z\alpha V$ 18 tribulae CV tribula et A 19 clade $M^2 a.c.m3$ 20 gentes H 21 adorirentur $M^2 p.c.m3, Ba.c.$ adorarentur HA 23 gentilibus $HZ\alpha V, Bp.c.$ 25 probari Z urbem V 27 schytop. M^2 suspicionem HBZ 30 decemque] X *sine* que M^2 et trib.—quaec. *om.* H 31 habuerint H

XVIII. Expositionem exigit Simonis passio acerba uisu et auditu miseranda sed rei nouitate memorabilis. is erat in populo Iudaeorum Saule haut ignobili genitus patre, animi audacia praeditus et corporis fortitudine quarum utramque in exitium tribulium suorum exercuit, qui plurimos ex populo aduenticio Iudaeorum crebro incursu peremit, ac si forte conspirati adessent, solus sustentare aciem et conglobatos solitus auertere, totius erat nodus ac mora belli et plerumque desperatis rebus conuersio. exhibebat hanc ciuibus aduersum suos Scythopolitani incolatus militiam, sed non diutius cognato debita sanguini uindicta defuit. namque ubi, fracta fide, Scythopolitae circumuentis, qui ex composito ad nemus sese contulerant, instare bello atque ingruere coeperunt, etiam filios ac parentes Simonis deleta multitudine ceterorum eminus licet missilibus ac telis petebant. uidens Simon innumerabilem multitudinem facili negotio superiorem, ut diutius tolerari nequiret, gladium extraxit atque in hostem conuersus clamabat dicens: digna, Scythopolitae, factis recipio meis, qui cognatorum nece quam uobis inpenderem beniuolentiam testificatus sum et fraternum sanguinem uobis obsidem dedi gratiae, quibus iustius perfidia tribueretur. nunc dum alienigenis fidem defero in domesticos amisi. prodidi etiam liberos parentesque, quos a uobis tamen necari non oportebat, si mercedem sceleris aestimaretis. moriar igitur sed iratus omnibus, nulli amicus, qui circumuenerim meos, et propriis manibus ultionem de me prius expetam. peremi socios religionis et fidei consortes, recognosco sceleris mei debita. soluam tanto dignum sacrilegio parricidium, ut ea sit et pro flagitio poena et ad uirtutem gloria, ne quis se iactet alius meorum uulnere.

XVIII cf. BI. II 469—476
8 cf. Verg. Aen. X 428

2 miserabilis *B* is] *add.* uir *Z* 3 ignobile $M^2 \alpha V$ 5 in *om.* $M^2 H$ exitum *A* ex] de αV 6 aduenticio *sic* $M^2 CB$ crebro] *add.* iudeorum *sed eras. B* 7 conglobatus *Za.c.,A* 8 solitos *H* solus *A* 10 schytopolitani M^2 11 deuita M^2 sanguine $M^2 Z$ sanguinis *A* 12 fides *codd.*; *correxi* schytopolitae M^2 scytopolitanae *Bp.c.* 14 delata αV 17 tolerare *H* nequiuit *Ha.c.* 19 schytopolitae M^2 necem αV 21 dedit *Ca.c.* 22 nam *Ba.c.* dum] *add.* in αV 28 recognosce $M^2 p.c.m3$

in me ipsum postea conuertetur dextera mea, ut uideatur furoris esse quod morior, non inbecillitatis. ne quis insultet cadenti, sit uindex parricidii dementia, parricidium sacrilegii. haec locutus conuertit obtutum in liberos parentesque et indignantibus oculis, cum iam misericordia mixta irae succederet, abreptum e medio patrem gladio transuerberat. post eum mater adtrahitur, ne esset quae pro nepotibus interueniret. offert se per ordinem uolens uxor ne tanto deiecta coniuge superuiueret. occurrunt filii, ne degeneres tanto patre in ipsa morte iudicarentur. festinabat ictu celeri hostem praeuenire. omni itaque peremta familia stetit in medio funerum suorum et. tamquam triumphatis domesticis passionibus, quod neminem suorum alieno gladio uidit perire, eleuauit dexteram ut omnes uiderent ac formidabilem cunctis subiciens sibi mortem proprio uictor sese transfixit mucrone. memorabilis iuuenis ob egregiam fortitudinem corporis et animi magnitudinem, sed quia fidem alienigenis potius quam suis detulit, tali dignus exitu fuit.

LIBER TERTIVS.

I. Ea postquam Neroni nuntiata sunt in Achaiae partibus sito, quo tragicorum cantuum meditatione contenderat, ut de pluribus scenicam coronam referret — nescias quo magis turpis, utrum quod in scenam imperator prodiret, an quod

I § 1 cf. BI. III 1—2

9 cf. Verg. Aen. III 317

1 conuertitur *M²a.c.m3* 2 inbicellitatis *M²a.c.m3* 3 sit] *add.* a dextera *M²* index *M²* dementiae *Cp.c.m3* (*ex* clem.) *Vm2* parricidia *M²* sacrilegium *M²a.c.m3* 4 optutum *C* 5 misericordiam *M²a.r.* 6 irati *M²* ira *Z* adreptum *A* patrum *V* 7 adtrahitur] *add.* uti *α* ut inesset *V* qui *αV* 8 offers *M²* 9 tanta *M²* superueniret *Va.c.m2* degeneris *M²a.c.m3,Ha.c.* 12 triumphatus *Cp.c.(m3* ?),*AV* 13 suorum] de suis *αV* 14 uidet *V* 17 magnitudine *M²p.r.* FINIT LIBER II INCP LIB. III *M* EXPLICIT LIBER BEATISSIMI AMBROSII SECVNDVS TRANSLT EX EGESIPPO (*ex* IOSIPPO) *H* HYSTORIAE egesyppi (*litterae non capitales in ras.*) LIBER SECVNDVS EXPLICIT INCIPIT LIBER TERTIVS *B* EXPLICIT LIBER SECUNDVS INCIPIT LIBER TERTIVS *ZαV* 21 qui *M²* tragoecorum *CV* tragoediorum *A* cantuum—de *om. M²* cantu *αV* 22 de *om. αV* partibus *M²* plurimus *A* sceneam *H* schenicam *C* schenam *A* coronam *om. A*

scenam suis flagitiis impleret, qui turparet Oresten canendo et parricidio repraesentaret —, grauis eum inuasit metus, non illa ludorum similia sed bellorum suprema pertimescentem, ut aliquando a theatralium uoluptatum obscenitate et parricidalis amentiae furore resipisceret atque ad curas reipublicae conuersus intra se fremeret et desaeuiret, quod incuria ducis potius quam uirtute aduersariorum tantam cladem respublica Romana acciperet. temtabat quidem simulare audaciam, sed redarguebat timor, et quasi speciem magnanimitatis praetexere, ut supra aerumnam negotiorum mentem haberet, sed distringebatur animi sollicitudine, quem demendae ignominiae belloque conficiendo legeret ducem.
2 urguebant Iudaeam ultimae labis futura excidia, ut Nero regalem personam indueret et prouidi consultoris uoce salubrem exprimeret sententiam. Vespasianum solum esse, cui summa militiae orientis in partibus iure committeretur, uirum ab adulescentia militiae triumphalis inueteratum stipendiis, qui inpacatas Gallias Germanorum tumultu et ferocia genuinae temeritatis in bellum relapsas pace diuturna conposuerat. Brittaniam quoque inter undas adhuc latentem Romano imperio armis adquisiuerat, cuius triumphatae opibus Roma ditior, Claudius consultior, Nero fortior aestimabatur. itaque quarum gentium bella non uiderant, subiugatarum tropea celebrauerant. sub hoc duce, iterum dico, Nero terribilis erat, Nero metuendus, potens foris, domi tutus, aequatis inter se Vespasiani fide ac fortitudine. quantus iste uir, cuius armis uitia Neronis apud exteras gentes abscondeban-

I § 2 cf. BI. III 3—5

1 orestem *αV* 3 laudorum *M²* duorum *A* pertimiscentem *M²* 4 a *om. M²* obstenitate *M²* obscaenitate *CV* 5 furore] *add.* deposito *M²Z* respiceret *Va.c.m2* atque—uirt. *suppl. mg. inf. m2V* 6 fremere *Bp.c.* deseuire *Bp.r.* 8 acceperet *M²a.c.m3* acceperit *αV* 9 specie *H* 11 distinguebatur *M²B* distendebatur *αV* 12 dementiae *Ca.c.,A* delendae *V,Cp.c.* 13 labes *M²* cladis *A* 14 induceret *M²,Bp.c.* 20 brittanniam *B,Cp.c.* latente *M²* 21 adsiuerat *Ca.c.* triumphata *M²* 22 Claudius] gladius *Ca.c.m3,Amg. m2V* consumtior *αV* Nero fortior *om. H,Ba.c.m2, s.* uespasianus *Z* 23 uiderat *M²* tropea *M²HA* trophea *BZCV* 24 celebrantur *M²* 27 uis *M²a.c.m3*

tur, ut ludibrium rerum humanarum et euiratae inpuritatis opprobrium triumphis quoque inlustraretur. cum proelian- 3
dum itaque in ultimis Romani orbis esset confiniis, Vespasianus ex omnibus eligebatur, cum bellum depositum foret, Vespasianus prae ceteris sociabatur, ne uel publicus superesset hostis uel domesticus obreperet insidiator. dignus qui stipendiis militiae regnum praeueniret, docebat fidem, praeferebat uirtutem. inuitus misit hunc Nero, qui sibi auferebat praesidium, sed artabatur futuris scelerum poenis suorum, ut se tanto dissociatum comitatu ducis inermum relinqueret. numquam profecto Galba adspirandi ad imperium studia usurpauisset, nisi Vespasianum absentem comperisset. sed procurauit hoc deus, ut in Syriam dirigeretur uir, qui et Iudaeorum insolentiam supremo gentis excidio captiuitatisque dedecore labefactaret, et Neronis auxilium destitueret, licet nullius uirtus statutis adferre possit caelestibus impedimentum. demens tamen, cum Iudaeorum bello adflictam Romani exercitus ualidam manum cognouisset, aduersus Christianos insurrexit, ut ei debitus finis adpropinquaret.

II. Erant tunc temporis Romae Petrus et Paulus doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio, qui uirtute suorum operum Neronem aduersum fecerant, captum magi Simonis delinimentis qui sibi animum eius conciliauerat. cui adiumentum uictoriae, subiectiones gentium, uitae longaeuitatem, salutis custodiam feralibus artibus pollice-

I § 3 cf. BI. II 6—7 (Euseb. Hist. Eccl. II 25, 5)

II cf. Euseb. Hist. Eccl. II 14—15, Ambros. Hexaem. IV 8, 33, Sermo contra Auxent. 13

1 ut] *add.* in *B* aeuiratae M^2H e ueritate *A* 3 inultis *Aa.c.* esse *CV* confinis M^2,*Ba.c.* 4 elegebatur M^2H eligebatur ex omnibus *B* dispositum *Z* fore M^2 5 sociebatur *AV* publicus—uel *om.* M^2 7 stipendiaria militia regno *B* militis *HZαV* 10 inermem (*ex* inhermei) *B*,*A* 13 in *s. l. V* et *om.* *αV* 16 posset *ZαV* 17 demens] *add.* nero (*s. l.*) *B*,*Z* tamen Nero *editt.* 18 aduersum *Ba.c.* II INCIPIT QUAE EGESIPPVS VICINVS APLORV̂ DE|GESTIS APLORV̂ PETRI ET PAVLI COMMEN|TATVS EST *mg. B* INCIPIT PASSIO BEATISSIMORVM MARTYRV̂ PETRI ET| PAULI QUI PASSI SVNT ROMAE DIE TERTIA KALEN|DAS IULIAS *A* 23 symonis magi *B* deliramentis *CV*, (deleramentis *a.c.*) *A* 24 subiectionis M^2H 25 saluti M^2*a.c.m3*

batur, atque ille credebat qui uim rerum nesciret examinare. denique summum apud eum tenebat amicitiae locum, quandoquidem etiam praesulem suae salutis uitaeque custodem arbitrabatur. sed ubi Petrus eius uanitates et flagitia detexit, et species illum rerum mentiri, non solidum aliquid aut uerum efficere demonstrauit, ludibrio habitus et digno est maerore consumtus. et quamuis in aliis terrarum partibus Petri esset expertus potentiam, tamen praeueniens Romam ausus est iactare, quod mortuos resuscitaret. defunctus erat id temporis Romae adulescens nobilis propinquus Caesaris cum uniuersorum dolore. admonuere plerique experiendum utrum posset resuscitari. celeberrimus in his operibus Petrus habebatur, sed apud gentiles nulla factis huiusmodi deferebatur fides. dolor exegit remedium, perrectum est ad Petrum. fuere qui etiam Simonem arcessendum putarent. uterque adfuerunt. ait Petrus Simoni, qui de sua se iactaret potentia, priores se partes dare ut si posset mortuum resuscitaret. si ille non resuscitasset, se non defuturum ut Christus opem ferret defuncto, quo posset resurgere. Simon, qui putaret apud urbem gentilium plurimum suas ualituras artes, condicionem proposuit ut si ipse resuscitasset mortuum, Petrus occideretur, qui magnam potentiam, sic enim appellabatur, lacessendo iniurias inrogauisset, sin uero praeualuisset Petrus, in Simonem pari genere uindicaretur. adquieuit Petrus, adorsus est Simon. accessit ad lectum defuncti, incantare atque immurmurare dira carmina coepit. uisus est agitare caput qui mortuus erat. clamor ingens gentilium quod iam uiueret, quod loqueretur cum Simone. ira et indignatio in Petrum quod ausus esset conferre sese tantae potestati. tunc sanctus apostolus

22 cf. Act. 8, 10

1 illi *H* 3 etiam] *add.* eum M^2 4 et] ac *HBZ* 7 consumtus maerore *HBZCV* consumtus labore *A* 8 tam.] quam *H* 10 Romae *om. H* propinqus M^2 *a.c.m3* 12 possit M^2 *H,B a.c.* 13 facti (cti *in ras. m3*) M^2, *cet.*; *corr. Mazocchius* 15 accersendum *αV* 16 putarunt *B* 17 prior esset (*eras.* t) M^2, *CV* priores sese *HBZ* 18 possit M^2 *H* 19 quod M^2 possit *H* 20 putauit *in ras. Z* 22 magnae potentiae *B* 24 si *H* simone M^2 25 est *s. l. B* 26 lectulum *HBZ* 27 carmina] *add.* ut *BZAV* occoepit *H*, (*ex* occupat) *C* 28 *post* quod *alt. add.* iam *B* 30 se *BZαV*

poposcit silentium et ait: 'si uiuit defunctus, loquatur; si resuscitatus est, surgat, ambulet, fabuletur'. phantasma illud esse, non ueritatem quod uideatur caput mouisse. denique 'separetur', inquit, 'a lectulo Simon', et tunc ne id quidem ostentui futurum. abducitur Simon a lectulo, manet sine specie motus alicuius qui mortuus erat. adstitit Petrus longius et intra se orationi paulisper intentus cum magna uoce ait: 'adulescens, surge: sanat te dominus Iesus'. etstatimsurrexit adulescens et locutus est et ambulauit et cibum sumsit et dedit eum Petrus matri suae. qui cum rogaretur, ut ab eo non discederet, ait: 'non derelinquetur ab eo qui illum fecit resurgere, cuius nos serui sumus. secura esto, mater, de filio, non uerearis, habet custodem suum'. et cum populus in Simonem insurgeret ut lapidaretur, ait Petrus: 'satis est ad poenam eius quod cognoscit suas artes nihil ualere. uiuat et Christi regnum crescere uideat uel inuitus'. torquebatur magus apostoli gloria. collegit sese atque omnem excitat carminum suorum potentiam, congregat populum, offensum se dicit a Galilaeis relicturum urbem quam tueri soleret. diem statuit, pollicetur uolatum, quo supernis sedibus inueheretur, cui quando uellet caelum pateret. conscendit statuto die montem Capitolinum ac se de rupe deiciens uolare coepit. mirari populus et uenerari plerique dicentes dei esse potentiam, non hominem, qui cum corpore uolitaret, nihil tale Christum fecisse. tunc Petrus in medio stans ait: 'Iesu domine, ostende ei uanas artes suas esse, ne hac specie populus iste qui crediturus est decipiatur. decidat, domine, sic tamen, ut nihil se potuisse uiuens recognoscat'. et statim in uoce Petri implicatis remigiis alarum

8 cf. Luc. 7, 14. Act. 9, 34 10 cf.* Luc. 7, 15 27 cf. Col. 2, 8 30 cf. Verg. Aen. I 301

1 poscit *M²a.c.m2* 2 fant. *M²HBZAV* 3 uidetur *M²p.r.* uidebatur *H* 5 ostentatui *Z* adducitur *A* 6 adsistit *HZ* 8 sanet *α*, (*ex* sana) *Vm2* 11 qui] *Incipit fragmentum Aenipontanum* (*I*) non *s. l. M²* 12 derelinquitur *M²Z* relinquetur *αVI* 16 artis *M²a.c.m3* 18 colligit *CVI* excitans *HBZ* 20 relicturum] *add.* se *BZ* 22 ascendit *H* 25 hominis *B* 28 decedat *M²a.c.m3*

quas sumserat corruit, nec exanimatus est, sed fracto debilitatoque crure Ariciam concessit atque ibi mortuus est. quo conperto deceptum se Nero et destitutum dolens tanti casu amici, sublatumque sibi uirum utilem et necessarium reipublicae, indignatus quaerere coepit causas, quibus Petrum occideret. et iam tempus aderat, quo sancti uocarentur apostoli Petrus et Paulus. denique dato ut conprehenderentur praecepto rogabatur Petrus ut sese alio conferret. resistebat ille dicens nequaquam se facturum, ut tamquam metu mortis territus cederet, bonum esse pro Christo pati, qui pro omnibus se morti obtulisset, non mortem illam sed inmortalitem futuram. quam indignum ut ipse fugeret passionem sui corporis! qui multos doctrina sua conpulerit hostias se pro Christo offerre, deberi sibi secundum domini uocem, ut et ipse in passione sua Christo gloriam atque honorem daret. haec et alia Petrus obtexere, sed plebs lacrimis quaerere, ne se relinqueret et fluctuantem inter procellas gentilium destitueret. uictus fletibus Petrus cessit, promisit se urbem egressurum. proxima nocte salutatis fratribus et celebrata oratione proficisci solus coepit. ubi uentum ad portam, uidit sibi Christum occurrere et adorans eum dixit: 'domine, quo uenis?' dicit ei Christus: 'iterum uenio crucifigi'. intellexit Petrus de sua dictum passione, quod in eo Christus passurus uideretur qui patitur in singulis, non utique corporis dolore sed quadam misericordiae conpassione aut gloriae celebritate. et conuersus in urbem redit captusque a persecutoribus cruci adiudicatus poposcit ut inuersis uestigiis cruci adfigeretur, quod indignus esset qui simili modo cruci figere-

3 cf. Verg. Aen. II 93 10 cf. I Petr. 2, 21 13 cf. Luc. 21, 12

1 examinatus *Ca.c.m3,A* debilitatus (debilitatis *Z*) *sine* que *HBZαV* 2 crurae *C,Ia.c.* areciam M^2H arichiam *ICV* 3 casum *A* 6 santi M^2*a.c.m2* apostoli uocarentur *B* 10 caederet *I ut C* 11 omnibus] uobis *H* se morte *s. l. V* optulisset *I ut C* 12 qua *Ia.c.m2* fugerit *H* 13 ostia esse M^2 14 offerri $M^2αI$ debere *Z* et *om. H, s. l. C* 16 quaerere] q̄ M^2 querens (*s. l.*) exorare *B* 18 urbe M^2 20 uentum] *add.* est *B* uidet *BZαVI* 21 quo *om. H* 22 uadis *B* 23 in eo *om. Z* ea *Ha.c.* 26 rediit *A* 27 adiudicatur M^2 uestigiis] pedibus M^2 28 -dignus — uiuacitate *p. 190 l. 24 desunt in I* figer.] adfigeretur *HB*

tur, ut passus est dei filius. quo inpetrato uel quia ita debebatur ut Christus praedixerat, uel quia persecutor non inuitus indulget poenarum incrementa, et ipse et Paulus alter cruce alter gladio necati sunt.

III. Sed ut ad propositum redeamus, turbatus graui nuntio Nero, rebus in Iudaea minus prospere gestis, Vespasianum expertum belli uirum omni militiae quae in Syria erat praefecit. ille propere, neque enim differendi tempus dabatur, misso Alexandream filio Tito, ut inde militum qui praetendebant partem aliquam deduceret, ipse transmisso Hellespontiaco freto pedes in Syriam contendit. interea 2 Iudaei rebus elati secundis principes militiae bello legunt. distribuunt loca quibus quisque praeesset, quae munia singuli [quos ordines quid muneris] exsequerentur. Iosephum Gorione genitum et Ananum principem sacerdotum Hierosolymitanae urbis negotiis et praecipue instaurandis muris praeficiunt. ardebat Eleazarus Simonis aliquid sibi publicorum committi munerum. et licet omnem praedam quam de Romano exercitu ceperant sub potestate sua redegisset ditem praesertim atque opimam, auaritia Cestii atque inmodicis rapinis coaceruatam, tamen parandae magis sibi potentiae intentum quam communi usui propriorem arbitrati declinandum aestimauerunt. sed paulatim ambiendo singulos dando et largiendo efficit ut rerum omnium summa eius arbitrio committeretur. Idumaeam quoque Iesus unus 3 de sacerdotibus et Eleazarus sacerdotis filius militiae prae-

III § 1 cf. BI. III 1. 7—8 § 2 cf. BI. III 9. II 562—565 § 3 cf. BI. II 566—568

1 filius dei *Ca.c.,A* ita—quia *mg. inf. Vm2* 2 ut *om. M²* sequutor *A* 3 *alt.* et *s. l. m3 M²* alter cruce] cruce alter *αV* 4 per crucem *Z* 5 ut *om. B* graui *s. l. V* 7 expertem *M²* 8 ne *Ca.c.* enim *om. Z* temporis *M²* 9 alexandriam *codd.* 10 praetendebantur *Z* duceret *BZ* ipse *om. H, s. l. B* 13 singulis *M²* 14 quid] quis *αV*; *uerba* quos—muneris *tamquam glossam seclusi* 15 gorionem *M²* goriore *Ba.c.* gentium *M²* sacerdotem *Za.c.* 17 simon *et spatium 2 litt. M²* simon *Zp.r.* simonis filius *Cp.c.m3,V* 19 coeperat *Z* potestatem suam *H* redigisset *M² HA* 20 auaritiae *M² αV* auaritiam *B* 21 coacerbatam *M² CV,Za.c.,Bp.c.*, coarcerbatam *H* sibi *om. M²* 22 propiorem *Hp.c.ZCV* 23 aestimauere *HBZ* 24 singulis *CV* effecit *M² p.c.m3,HZ* 25 eius *om. αV* unus ihs *A* hiesus *CV* 26 elezarus *C* lazarus *A*

positi tuendam receperunt, principi tamen totius Idumaeae Nigero de summis rebus praerogatiuam omnem reseruantes. Iosepho Simonis Hiericho obuenit, Manassi Perea regio commissa trans Euphraten sita, cui ab eo inditum nomen, quod Euphrates ad eam partem pergentibus transmitteretur. Iohannes Essaeus, alius quoque Iohannes Ananiae filius ceterique diuersis adtributi partibus, quas sua tuerentur sollici-
4 tudine. itaque singuli commissa sibi munia non deserere, instruere muros, manum legere bellatoriam. ex quibus Iosephus in Galilaeam descendens munire castella, instaurare propugnacula, ualidissimos quosque et belli promtissimos adsciscere sibi inpigre curabat regionis, prohibere latrociniis, praetendere cotidie in castris, militem Romanae militiae more exercitare, diuidere ordines, distribuere centuriones, plurimos praeficere quo facilius disciplina ab omnibus exigeretur, ne quisquam lateret quicumque munia propria dereliquisset. instituebat etiam ut agnoscerent excitationes tubarum et repressiones, sequerentur ordinem, aciem dirigerent, clypeos intexerent, ut murali uice, si forte magna hostium uis incrueret, sese aduersum incursantes defensarent, subuenire laborantibus, fessis conpati, pericula aliorum in se transfundere, nec solum belli artes ad instar Romanae militiae docere sed etiam ante bellum quae amplius bellantes iuuarent denuntiare, ut miles cibum sibi et arma portaret, uallo et fossa sese muniret castrisque ponendis praeueniret hostem, obtemperaret praeceptis, furto ac rapinis abstinere adsuesceret, lucrum proprium putaret, si nihil dispendii ruralibus

III § 4 cf. BI. II 569. 577—582

2 nigro *Ba.c.* seruantes *HαV* 3 hierico *HC* manasse *V,Ca.c.* manesse *A* perea *sic codd.* 6 etseufa M^2 esseus *HBZA* annaniae *B* 7 quas] quasi *HZ* 8 instruere (str *in ras. 2 litt. m3*) M^2, (re *s. l.*) *C* 11 quoque M^2*a.c.m3,Ha.c.* 12 regiones *BZ* prohibere *om.* M^2*αV* latrocinia *Z* 14 excitare M^2 16 munera M^2*p.c.m3,HZ,Ba.c.* 17 instituebant M^2*ZA,Ba.c.* exercitationes *AV,Cp.c.* 18 clipeos M^2 20 sese] sic se M^2 21 fessi *Ca.c.* 23 qui M^2 iuuaret *αV* amplius so* (*s.* let) bellantes iuuare *B* 24 miles (es *in ras. m3*) M^2 sibi cibum *B* portaret] *add.* et M^2 25 praeuiniret *C* 26 adsuesceret—putaret *om. Z*

cultoribus inrogaretur. quid enim distet ab hostibus qui ipse hostili modo auferat inuenta, nisi quod grauius est sua quam aliena incessere et socios quam aduersarios despoliare? plurimum in bello ualere bonam conscientiam, eo quod amplius de diuino auxilio praesumeret qui se nulli adfinem criminis recognosceret. sed his rebus citius sibi apud inprobos expertus est nocuisse inuidiam quam apud bonos profuisse gratiam. nam cum ad LX milia peditum, paucissimos equitum congregauisset, eos uero qui mercede bella tractarent ad IIII milia uiros, DC quoque electos custodes sui corporis, tanta a Iudaeis pertulit, ut plus ante bellum a suis quam in ipso bello a Romanis periculi perhorresceret. omitto quid seditionis excitatum, quia latrocinio erepta reddere his qui amiserant suspectabatur, ac maxime Agrippae ac Beronicae, quibus redhibenda iuste forent, ne regem facerent infestiorem. et tamen ille, quo populi molliret impetum, ad constructionem potius murorum quam ad dominorum indemnitatem seruatam pecuniam omniaque illa aiebat, quae erepta Ptolomaeo forent, qui regium aurum, uestes cetera- que munera portauisset; aestimare debere Taricheatas, apud eos enim res gerebatur, utrum id instaurationi suorum murorum reseruandum putarent, an diripiendum latronibus depromeretur. indignum certe uideri ut eo poenam exciperet quia melius consuluisset. itaque conuersis illis in sui gra- 6 tiam inuidiam simul et periculum euasit. iterum cum gratiam regis Agrippae Tiberias societatemque deposceret, pro-

III § 5 cf. BI. II 583—584. 595—598. 605—607 § 6 cf. BI. II 608. 632. 635—637

1 distat *Ha.c.,V* *s*i (*s.* qui) *B* ipse (*s.* miles sua) *B* modo] more *CV* inuenta *om. HBαV* 4 bellum M^2 5 diuo M^2*a.c.m3* praesumere M^2*a.c.m3* 6 crimini *HBZ* citius *s. l. B* 8 profuisse (e *ex corr. m3*) M^2 10 lectos *B* 11 corporis] *add.* deputasset *B* 13 quia] quid M^2*p.c.m3* quanta *Bp.r.* 14 reddiderit (de *m3*) M^2 redderet *CV* cogebantur (*s.* suspectabatur) *B* 15 beronichae *CV* rethibenda *C* 16 quo] qui *BαV* 19 erepta] *add.* a *Z* 21 gerebantur M^2 enim eos reges regebantur *Z* id *om. Z* instaurationis M^2 instauratione *A* murorum suorum *H* 23 eo] propterea *B* acciperet *A* qua *Ca.c.,A* 24 suam *A* gratia M^2*a.c.m3* 25 periculum] *add. s. l.* iosephus *B* euasi M^2*a.c.m3* gratia *αV* 26 tiberius M^2 thiberias *A* proripuit sese *A*

ripiens se Iosephus de memorata urbe Taricheatium, clausit portas, ne quis nuntius ad urbem Tiberiadem pergeret et deesse Iosepho auxilia militaria significaret. ipse autem congregauit de lacu nauigia piscatoria, quae in tempore potuit inuestigare, et Tiberiadem remigiis petiit. sed ubi ad eum locum uenit, in quo conspicua quidem in urbe positis foret species nauigiorum, deprehendi tamen nequirent utrum essent uacua proeliatorum, iussit ea dispergi per totum spatium lacus, ut maior numerus aestimaretur, nec quisquam uacua potius quam referta bellatoribus existimaret. quo territi, quod aduersus tantam multitudinem infirmos sese arbitrarentur, proiecerunt arma portisque reseratis effundere se supplices Iosepho, qui ueluti dux agminis militaris propius accesserat. quaesitum qua tandem uesania discessionem animis induissent, quibus auctoribus inpulsi sese aduersariis traditurі forent. et simul occurrentes sibi iubebat gubernatoribus Taricheas deducerent atque illic DC ferme curiales, plerosque de plebe in uincula rapit. Clitum quoque eius facinoris arcessitum principem manibus amputatis poenas luere iubet atque illo rogante, ut una saltem sibi manus relinqueretur, praecipit Iosephus, ut ipse sibi quam uellet demeret. tum ille arripiens dextera gladium laeuam abscidit. ita recepta Tiberias est, sed etiam Sepphoris temtata discessione Iosephi tamen uiuacitate inter urbes Iudaeorum socias attinebatur. tranquillioribus enim consiliis sua defendere quam aliena incursare malebat.

III § 7 cf. BI. II 638. 641 § 8 cf. BI. II 642–646

1 tharicdeatium *B* taricheaticum *CV* et aricheaticum *A* 3 congregauit] *add.* et *Z* 4 in *om. H* 5 petit *BZαV* 6 urbem M^2 *a.r.*,*H* 7 nequiret *HBαV* 9 ne *HZαV editt.* 10 aestimaret *HBZ* 11 aduersum M^2 12 effudere *BZ* 13 sese *HαV* 14 quaestum *CV* questim *A* uaesania *CV* 15 animis *om. H* sese] essent et M^2Z 16 occurrentibus *A* iuueb. guuern. M^2*a.c.m3* 17 tharicaeas *H* tariceas *BA* 17 at *B* curialis *H* 18 uincla *αV* rapi *HαV* litum *Bp.c.* clytum *HA* 19 acersitum M^2 accersitum *αV* 20 at *H*,*Ba.c.* manus sibi *B* 21 praecepit *HBZαV* 22 leuam *codd.* 23 seforis M^2*a.c.m3*,*B*,*Hp.c.*,*V* seff. M^2*p.c.m3*,*Zα* discessione *mg. m3* M^2 24 inter] *rursus incipit I* sociata tenebatur *Bp.c.*

IV. At uero Periates Niger et Babylonius Sylas et Iohannes Essaeus, omne quod erat in Iudaea pubis ualidae congregantes, Ascalonem petunt, amplam tamen et muris subnixam ualidis urbem, sed opis subsidiique indigam, quae DCCXX stadiis ab Hierosolymitana urbe discernebatur et odiis ingentibus. propterea Iudaei inimicam sibi urbem diruere cupientes collecta manu inuolauere. praeerat urbi Antonius minore numero Romani exercitus quam resisti posse Iudaeis aestimaretur. sed uir acrioris consilii et ex 2 aequo prudens bellator diffusos et numero magis quam uirtute fidentes eductis equitibus transire ad urbem sinit. deinde incursat progressos, fatigat sequentes, confertos dissupat, turbatos fugat totoque campo insectatur palantes. alii uersa uice urguentur ad muros interclusa fugae copia, alii diuersa petunt sed circumuenti ab equitibus obtruncantur. multi supra se ruunt et se inuicem impetu suo sternunt. itaque usque ad uesperum caesi amisere ex suis X milia uirum Iohanne et Syla ducibus pariter extinctis. pauci autem Romanorum eo uulnerati proelio. nec tamen repressa est 3 Iudaeorum temeritas sed incanduit. nam dolor audaciam accendit et labes ulciscendi cupidinem prouocauit. armantur itaque maiore longe furore necdum sauciorum sanatis uulneribus et congregatis pluribus quam uice priore inruunt, sed eos dispositis insidiis exceptos, priusquam in manus uenirent, claudit circumfuso equitatu Antonius et circumuentos praecepit sterni. caesa iterum VIII milia, reliqui

IV § 1 cf. BI. III 9—12 § 2 cf. BI. III 13—21 § 3 cf. BI. III 22—28

1 pereates *HZ* ea tempestate (*s.* pereates) *B* silas *HBZA* 2 esseus M^2HBZA pubes M^2BCVI boues *A* 3 ascalonam *H*,*Ba.c.* tamen] quidem *HBZ* 4 ualidius *αVI* ope *αVI* subsidiisque *B* indignam M^2,*Ap.c.* quae] aquae *αVI* 7 inualuere *Ba.c.* inuiolauere *αV* urbi] urbani M^2 9 posse *s. l. m2C, add.* a *A* 10 diffusus M^2HZ 11 fidens *Z* seductis M^2 edoctis *HZ*,*Bp.c.* 12 progressus M^2*a.c.m3* faticat M^2 dissupat *sic* M^2 dissipat *cet.* 13 pallantes M^2 pallentes *Ba.c.* 14 interclausa M^2 16 inuice *H* 17 ex] de *B* uiros M^2*p.c.m3* uirorum *BZ* 18 iohannes *I* sila M^2HBZ sylla *A* 20 dolos (v *s. alt.* o) *B* 21 labis ulciscendae *Ba.c.* prouocauit *om. HBαVI* armantur *om. Z* armatur M^2*a.c.* armauit *Ba.c.* 22 longe] *add.* prius M^2Z 25 circumuentus M^2*a.c.m3*,*HA* 26 praecipit *B*

fugati. Niger ipse elapsus in munimentum se contulit. turris erat, saepta undique ualido saxo, quam Romani quia excindere non poterant adpositis ignibus circumdedere. ea incensa in speleum quoddam de turre transgressus hostem latuit, ignem euasit, Romanisque securis quod ipse simul incendio consumtus foret, post tertium diem quaerentibus suis corpus eius ad sepulturam uiuus et uigens redditur. atque ita cum magno gaudio Iudaeis seruatus ex hoste repraesentatur.

V. Vespasianus interea superato Hellesponto Bythiniam Ciliciamque transmittens, ubi Syriam attigit, legiones ceterasque militares copias quas in ea repperit Antiochiam
2 deduxit. urbs ea Syriae sine retractatione prima ideoque metropolis habetur, condita ab his qui Alexandro Magno bellanti adhaesere, conditoris sui nuncupata uocabulo. situs urbis: porrecta in inmensum longitudine, in lato angustior, quia praerupto montis a laeua artatur, ut extendi ulterius metandae urbis spatia nequirent. necessitas locum signauit, quia per occulta et deuia inrumpentibus Parthis mons celsior latibulum daret, ex quo se inopinato aduentu et promtiore impetu in imparatam Syriam effunderent, nisi ciuitas monti uelut claustrum obiaceret exitusque obstrueret aduenientibus, ut si quis barbarorum ascenderet, statim e medio urbis sinu prospectaretur. denique ferunt, cum ludi scenici in ea urbe celebrarentur, quendam actorem mimorum eleuatis oculis ad montem Persas uidisse aduenientes et dixisse continuo: ‘aut somnium uideo aut magnum periculum. ecce Persae‘. ita mons urbi praeminet, ut nec theatri

V § 1 cf. BI. III 8 § 2 cf. BI. III 29. VII 245. AI. XVIII 97 (Ammian. XXIII 5, 3)

1 monumento $M^2a.c.m3$, monimentum (v *s.* i) *A* 2 quia] qui *HCVI* excidere *B* ascendere $H\alpha VI$ 6 consumtus *in ras. 4 litt.* $m3M^2$ tertiam *Ba.c.* 7 uiuos *Ca.c.m3*, *Va.c.* 9 uespasius *Z* bythiniam *sic* M^2CV 11 quas *s. l. m3* M^2 reperit *CVI* antiociam M^2 12 retractione *H*,*Ba.c.* 15 porrectus *B* in *om. Z* inmensu (a *s.* u *m2*) *I* longitudinis *Z* longitudinem *Ip.c.m2* 16 qui M^2 17 spatia] *def. I* signauit] spatiauit *B* 19 excelsior *H* 20 promtiore] *add.* in M^2 impetu *om.* αV in *s. l. B* imperatam M^2 22 accederet *A* 24 schenici *CV* auctorem M^2H minorum *Ca.c.* 26 somnum M^2

altitudo ad prospiciendum montem impedimento sit. fluuius eam medius intersecat, qui a solis ortu oriens non longe ab urbe in mare conditur, quem de originis suae tractu Orientem ueteres appellauerunt, ut uulgo putetur locis nomen dedisse, cum inde acceperit. cuius fluentis ipso impetu frigidioribus et zephyris assiduo per ea locorum spirantibus tota ciuitas momentis prope omnibus refrigeratur, ut Orientis in partibus Orientem absconderit. intus dulces aquae, foris finitimum nemus intextum cupressis crebris fontes atque uberes. Daphnen uocant, quod numquam deponat uiriditatem. frequens et laetior populus ut pleraque Orientis facetiorque prope omnibus sed propior lasciuiae. urbs tertio loco ante ex omnibus, quae in orbe Romano sunt ciuitatibus aestimata, nunc quarto, postquam Constantinopolim excreuit ciuitas Byzantiorum, Persarum quondam caput, nunc repulsorium. de situ urbis satis dictum puto. neque enim describendis eius aedificiis immorandum uidetur. cuius a tergo cum orientem dixerim, satis liquet a laeua meridiem iacere, a fronte Europam occurrere, in dexteram septentrionales gentes degere Caspiaque regna haberi, quae ante promtissima ad incursandam Syriam erant. sed postquam Alexander Magnus Caspiam portam Tauri montis praerupto inposuit atque omne interioribus gentibus interclusit iter, memoratam urbem quietam reddidit, nisi forte motus Persicos suspectantem. in ea urbe Agrippa rex cum omni uirtute sua 3
expectabat Vespasianum aduenientem, nec diutius moranti

V § 3 cf. BI. III 29—35

2 cf. Isid. Etym. XIII 21, 17 10 cf. Isid. Etym. XVII 7, 2
20 cf. Verg. Aen. VI 798

1 impedimentum $M^2a.c.m3,Ba.c.$ 4 appellauere $HBZ\alpha V$ 6 zepheris M^2 per eam αV 8 dulcis $M^2a.c.m3,HV$ 9 cyparissis $Ba.c.$ crebri BZ atque] aquae αV 10 dafnen M^2HB dafnem ZA 11 facetior, *om.* -que $BZ\alpha V$ 12 prior M^2 proprior BAV 13 orbe] urbe M^2A 14 constantinopoli B constantinopolis Z 15 quandam αV capud $M^2a.c.m3$ repulsorum M^2Z 16 orbis $M^2a.c.m3$ discribendi AC *sed* diutius $Cm3$ diutius in V 18 laeua] *add.* a B meridie αV 19 a *om.* M^2, *ins.* B dextera HZ dextram αV 20 chaspiaque αV habere HA 22 chaspiam CV casphiam A 23 gentibus *s. l. m2* C 24 reddti M^2 nisi] ut B motos M^2H metus A 26 murano A

comitatu adhaesit. coniuncto itinere Ptolomaidem petere coeperunt. ad eam urbem occurrere inhabitantes Sepphorim pacem cum Caesentio Gallo iam dudum initam firmari a Vespasiano petentes. quorum laudata prudentia, quod saluti propriae consuluerint non lacessendo Romanos, atque accepta fide, et in amicitiam recepit eos et additis peditum equestribusque auxiliis fouit securitatem, ne forte destitutionis commoti dolore insurgerent in eos belli excitores, cum uelut claustrum quoddam Iudaeae, Sepphoritanis sese Romano imperio offerentibus, resolueretur, ut in eam peruium iter hosti pateret quae ad custodiam totius gentis oportuno quodam in hostem obiectu occurreret. erat enim praeter oportunitatem loci munitioris etiam urbs Galilaeae maxima. quae res admonuit ut cum duae sint Galilaeae, una superior, altera inferior, conexae et coniunctae sibi, alteram ab altera distinguamus. sed prius de utraque dicendum.

VI. Vtrique Galilaeae Syria et Phoenice adhaerent disterminantque eam a solis occasu Ptolomais territorii sui finibus et mons Carmelus, qui erat ante Galilaeis, nunc uero Tyriorum finibus adsociatus, cui conectitur Gabaa ciuitas, quae quondam Iudaeis causa grauis exitii fuit. ab oriente eam Ippene et Gadara suis finibus resecant; eadem autem et

VI § 1 cf. BI. III 35—40

14—15 cf. Isid. Etym. XIV 3, 23 17 cf. Isid. Etym. XIV 3, 23 17—p. 196 l. 4 cf. Eucherius, De situ etc., CSEL XXXIX p. 131—132, 14 (a solis . . . . inhabitantium)

1 ptolomaide M^2 tholemaidem *B* 2 inhabitantes] et habere *B* sefforim *HZαV* sefferam (*s.* rim) *B* 3 casentio *H* caessentio *B* caesoncio *Z* caestio *Ca.c.,Vp.c.m2* et *ante* gallo (*s. l.*) *C,V* reformari *H*, (*s.* firmari) *B* 4 potentes M^2 prudentia] *add.* est *B* 5 consuluerit M^2 6 et *om. H, eras. B, exp. V* amicitia M^2 7 equitumque *B* fouet *HZ,Va.c.m2* securitate M^2H 8 insurgent $M^2a.c.m3$ excitatores *αV* 9 sefforitanis *codd.* 10 persolueretur *B* 11 iter hosti] inter hostia *V,Ca.c.* oportuno—praeter *om. αV* 16 dicendum] *add.* fuit *H* VI *Euch. E = cod. Escorialensis Eucheri, Euch. P = cod. Parisiacus* 17 utrique] sed *H* utique *αV* foenice M^2 phonicae *C* 18 disterminantique ea *αV* tholemais *B* ptholomais *αV* 19 et *s. l. V* mons *s. l. B* charmelus *CV* 20 coniungitur *αV* gaba *Bα.c.* 22 eam *om. αV* ioppene M^2 ippine *H* ippene *B*, *Euch. E* ioppen *CZ*, *Euch. P* iopen *V* iopphen *A* garida *H* gaddara *Z* resecante $M^2αV$ restant *Euch.* idem (i *add. m3*) M^2CV, (*ex* item) *A* eadem *HBZ Euch.*

Gaulanitidi regioni et regno Agrippae confinia praescripta ueteri aeuo fuere. a meridiano latere Scythopolis et Samaria suis utraque excipiunt regionibus nec ultra fluenta Iordanis patiuntur extendi. septentrionalia eius a dextero latere Tyrus claudit omnisque regio Tyriorum, cuius obiectu Galilaeae spatia definiuntur. ipsae autem inter sese hoc distinguntur modo, ut quae inferior Galilaea dicitur ab urbe Tiberiade usque ad urbem cui nomen Zabulon supra maritima Ptolomaidis extenta longitudine diffundatur. latitudo autem eius a uico Xaloth qui est in campo maximo usque ad Bersaben haut dubie deducitur. unde etiam superiori Galilaeae aperitur exordium, quoad uici Bachathe fines attingat; ipso autem uico etiam Tyriae terrae fines determinantur. longitudinis quoque eius initium uicus est Thalla, finis est Roth. Thalla Iordani finitimus. hinc intellegi datur, quantum se porrigant spatia Galilaeae superioris, cuius initium Iordanes est, uel eius confinia. hac igitur suae magnitudinis aestimatione utraque Galilaea distinguitur. terra autem pinguis, herbosa, diuerso culturae genere nitens, distincta arboribus, ut quemuis alliciat ad sui gratiam et fugitantem laboris ad studia culturae inuitet atque excitet. denique nulla illic uel exigua 2

§ 2 cf. BI. III 41—43

1 gaulanitidi *Euch.* gaulanitide M^2 *a.c.m3* galanitedi (i *s.* e) *H* gaulaniti *Ba.c.* gaulonitidi *CV* graiocnitide *A* regione M^2 *a.c.m3*, *Aa.c.* praescripta confinia *B* 2 sci**topolis M^2 scitopolis *Euch.* 3 utraeque *Ba.r.* 4 septentrionali *B*, *Euch. E* dextro *Hα* dextra *V* 6 definitur $M^2\alpha V$ difiniuntur *Euch.* se *HBZαV* distinguntur *sic codd.* 7 tiberiade—urbem *suppl. mg. m2V* tyberiade M^2H, *Euch. E* thiberiade *A* 8 ad *om. H*, *Euch. E* 10 xalot* M^2 bersabaee *H* bersabeth *B* bersabee *Euch. P* uessabe *Euch. E* 11 superioris *αV* 12 quoad] quod ad M^2 *HαV* quod *BZ*; *corr. Ascensius* auici *Ba.r.* bacat(h)ae *BZV*, *Euch. P* bacathae *C* uacatae *A* bacate *Euch. S* finis M^2B 13 finis M^2H, *Euch. P* determinatur *H Euch.* 14 Thalla] thallia M^2 thala (*alt.* l *s. l. add.*) *B* ttalla *Euch. E* Thoalla *Euch. P* finis—tallia (*sic*) *s. l. m2* M^2 fines *ZEuch.* roht *Z* trot (*s.* est roth) *B* tytroth *A* rot *Euch. E*, *om. Euch. P* thalla] tallia M^2 *m2* halla *B* thallia *CV* alla *Euch. E* thoalla *Euch. P* 15 iordanis *HB* hic *α* 16 Iordanes] *de scripturis uocis cf. Praef.* 17 haec $M^2\alpha V$ 18 distinguntur *H* autem] *add.* regni *A* 19 nitens *om. A* 20 alliceat $M^2H\alpha V$ adliceat *Euch.* sui *s. l. m3* M^2 laborem *B* laborum *Euch.* ad] et M^2 21 hic (*s.* illic) *B* uel *om. H* exiguae *αV*

terrae portio uacat, frequentatur plerisque inhabitantibus. crebrae urbes, uici frequentes, multitudo hominum innumerabilis, ut exiguus uicus in suo tractu habeat XV milia inhabitantium. circumfusis quoque nationibus alienigenis utraque Galilaea circumdatur, et ideo genus hominum bellicosum, a prima aetate exercitum proeliaribus temtamentis, abundans numero, audacia promtum atque ad omnes belli artes paratum. praestat tamen magnitudine Perea regio, quae unde uocabulum acceperat, supra diximus. maior haec sed utilior Galilaea, quae tota exercetur, nec ulla pars eius fructibus infecunda est sed uniuersa terra eius opima ac ferax, Perea autem diffusior sed ex maiore parte deserta quae mansuescere arando nesciat nec asperiores facilis sulcos domare. sed rursus portio eius mollis ad cultum, fertilis ad usum, grata ad aspectum, mitis ad exercitium, insitiuis utilis pomis, omnia ferens, ut campos eius distinctae in fronte praetexant arbores, in medio uenustent et plerumque a nimio sole uel frigore defendant sata, maximeque olea uestitus ager aut uitibus intextus aut palmis insignitus. inenarrabile quanto decori sit, cum uento inpulsi palmarum ordines concrepant et suauiores solito funduntur dactylorum odores. nec mirum si omnis illic gratia uiriditatis est, ubi amoenis fluuiorum meatibus, ex superiore decurrentium iugo montium, superfusus ager rigatur, ut niueis fontibus scatens possideatur cum inuidia, desideretur cum gratia. longitudo eius a Macherunte usque Pellam id est a meridiano in septentrionem, latitudo autem a Philadelphia usque ad flumen Iorda-

VI § 3 cf. BI. III 44—47

9 cf. supra III 3, 3 10 cf. Isid. Etym. XIV 3, 23 15 cf. Verg. Georg. II 150 20 cf. Solin. Momms.^{2} p. 72, 14

1 plerique $M^{2}a.c.m3$ 2 urbis M^{2} 3 tractu *om.* H *Euch. codd., s. l.* B 8 pirea *in ras.* B 9 acceperit HBZ 10 quae] quia $HBZ\alpha V$ nec ulla] nulla B 11 pirea B 12 sed—deserta *om.* H deserta] *add.* ac rigida Z 13 asperioris αV faciles M^{2} facile est $M^{2}p.c.m3$ facile $Ba.c.$ sucos $M^{2}HZ$, (o *ex* u) B 14 rursum Z 16 campum αV 19 quanti B 20 decoris $B\alpha V$ concrepat M^{2} 21 suauioris $M^{2}a.c.m3$ dactulorum M^{2} 22 est *s. l.* B 24 ut] et *libri* ut *Weber* 25 desideretur] *add.* et B 26 macheronte $M^{2}H$ macerunte A meridiano] *add.* usque αV VII trione $M^{2}a.c.m3$ 27 filadelfia $M^{2}HBZ$A philadelfia V iordanen $HBCV$

nem hoc est ab ortu solis aruis Arabiae praetexitur, in occasu autem usque ad Iordanem fluuium extendi manifestatur. Samaritana quoque regio inter Iudaeam ac Galilaeam media 4
iacet, incipiens a uico cui nomen Eleas, deficiens in terra
5 Acrabattenorum, natura consimili nec ullo differens a Iudaea. utraque enim montuosa atque campestris est pro locorum diuersitate, neque tota campis diffunditur, neque in locis omnibus montium rupibus scinditur, sed utriusque qualitatis habet gratiam. ad exercitium culturae solubilis terra et
10 mollior eoque frumentis utilis et prope circa fertilitatem soli nulli secunda, maturitate certe fructuum prior omnibus. nam cum adhuc alibi serantur frumenta, istic metuntur. species quoque atque ipsa frumenti natura haut usquam praestantior habetur. aqua dulcis, decora ad speciem suauisque ad po-
15 tum, ut secundum elementorum gratiam aestimauerint Iudaei eam promissam patribus terram fluentem mel et lac, cum spoponderit illis resurrectionis praerogatiuam. et utrumque quidem diuina pietas contulerat, si seruassent fidem, sed infidelibus animis utrumque ereptum
20 hic iugo captiuitatis, illic uinculo peccati. nemorosa regio et ideo diues pecoris et abundans lactis. denique nusquam sic lacte distenta pecus ubera gerit, poma siluestria uel insitiua super omnium regionum copias. referta autem utra-

VI § 4 cf. BI. III 48—50

3—15 cf. Isid. Etym. XIV 3, 21—22 3—p. 198, 19 Eucher. l. l. p. 132, 15—134, 13 (Samaritana .... pulchritudini) 16 cf. Exod. 13, 5 21 cf. Horat. Epod. 15, 19 22 cf. Horat. Sat. I 1, 110 Epod. 2, 45

1 aruis] urbis $M^2 \alpha V$ arabe *H* urbe *BZ* aruis *ego* protexitur *H* occasum *Ha.c.* 2 iordanen *H* extendi manifestatur] extenditur (*s.* manifesta) *B* 3 ac] atque *HBZαV* 4 cui *om. B* aeleas *CV* Helias *Euch.* 5 crabattenorum M^2 agrabittonorum *B* acrabbatthenorum *CV* arabetthenorum *Euch. E* acrabathtenorum *Euch. P* 7 neque—scinditur *om. Euch. E* 9 exercitum M^2*a.c.m3* et *om.* αV, *Euch. P qui* terrae *pro* terra 10 frumenti αV 11 nulli *s. l. m2V* nullis *Ca.c.* fructum $M^2 CV$ 12 alibi adhuc *B*,*Ca.c.*,*Va.c.m2* frumenta serantur *Z* seruantur M^2 serantur—metuntur *om. H* illic (*s.* istic) *B* 15 gratia *C* 16 lac et mel *HBA Euch. P* lacte et melle *Isid. codd. BC apud Lindsay* 17 sponderit α sponderet *V* resurrexionis *C* 18 et *s. l. B* 20 peccati] *add.* perdiderunt *Euch. P* ideo—lactis *om. Euch. P* et *om. Euch. E* 22 si M^2 *a.c.* gerat M^2*a.c.m2* geret *H* siluestri αV

que uel Samaria uel Iudaea hominum multitudine, ut mihi uideantur hinc illud interpretati Iudaei quod scriptum est quia nulla erat in his sterilis et infecunda, cum hoc lex de meritorum fecunditate praescripserit et uirtutum fertilitate. principium Samariae de Arabiae finibus a uico cui nomen Iordani, finis ad aquilonem uico Borceo. latitudo autem Iudaeae a fluuio Iordane usque Iopen. incipit enim a fontibus Iordanis et a monte Libano et usque ad Tiberiadis lacum dilatatur. a uico quoque Arfa initium longitudinis eius quae usque ad uicum extenditur Iuliadem, in quo Iudaeorum pariter ac Tyriorum communis habitatio. in medio autem Iudaeae ciuitas Hierosolyma quasi umbilicus regionis totius, ut prudentibus placuit, nuncupatur. abundans regio mediterraneis copiis nec fraudata maritimis, quia praetendit usque ad Ptolomaidem et totum illud mare praetexit litoribus suis. multae urbes sed inter omnes Hierosolyma eminet, ita ut quasi caput in corpore non obumbret sua membra sed regat atque eis tuitioni sit et pulchritudini. de Iudaea itaque et finitimis regionibus, oportuno licet compendio, ea quae significanda fuerant non praetermisimus.

VI § 5 cf. BI. III 51—58

3 cf. Exod. 23, 26 7—14 cf. Isid. Etym. XIV 3, 20—21

1 sammaria M^2 uideantur mihi *Va.c.m2* 2 interpretari *ZαV* quod—est *s. l. B* 3 quia *om. A* erit *Euch.* his *add.* locis *s. l. B* infaecunda *Cp.c.m3* 4 hec *Euch. E* lex *om. Euch. P* faecunditate *C* 5 sammariae M^2 6 iordanni *CV* iordanis *Euch. E* iordannis *Euch. P* finis *s.l.m2V* adaquilonem—latitudo *om. Euch. P* ab aquilone *Euch. E* 7 bortheo *CV* borec hoc *Euch. E* iudae *Euch. codd.* fluuiolo iordanis *Euch. E* iordanne *Euch. P* usque] *add.* ad *αV* 8 ioppen *Euch. P* enim] autem *Euch. P* et *om. Euch. P* 9 ad *om. Euch. P* 10 ara M^2 arta (t *in ras.*) *B* arpha *A* arsa *Euch. E* usque iuliadem extenditur *Euch. E* 11 iuliadum M^2 ac tiriorum (ct *in ras. m3*) M^2, *cet.* ac pariter tirorum *Euch. E* 12 iudeae *s. l. B* iudae *Euch. E Isid. cod. B apud Lindsay, om. Euch. P* hierusolima *Euch. P* hierosolyma *Euch. E* 15 ptholomaidem *CV* tholomaidem *B Euch. P* obtolomaidem *Euch. E* 16 suis] illius *Euch. E* 17 hierusolima *Euch. P* hierosolima *Euch. E* praeminet M^2*p.c.m3* inminet *A* ut] aut *CV* 18 umbret *Euch. P* eis *s. l. A* ei *H Euch. codd.* tu(u *ex* o *m3*)tioni M^2

VII. Sepphoritanis quoque tributa subsidia militaria regiones finitimas incursabant, auctoritatem latrocinandi liberam sibi belli specie uindicantes, quod imperio Romano a Iudaeis inferebatur. unde Iosephus exceptae acerbitatis iniuriam ulcisci gestiens inruere in urbem Sepphorin sociato sibi plurimorum numero contendit, ut eos aut reuocaret in societatem Iudaeae aut resistentes supremo, si posset, excidio labefactaret. sed utriusque conatus effectu excidit, quia nec dissuadere potuit Romanae coniunctionis electionem nec urbem euertere, quam ipse talibus munimentis firmauerat, ut a Romanis quoque longe praestantioribus expugnari nequiret. cecinit itaque classicum temptata inruptio sine ullo profectu atque in totam regionem bellum excitauit. uastabant omnia die noctuque exurentes aedificia, diripientes patrimonia, perimentes quoscumque bello habiles conprehendissent, infirmos seruituti subicientes. repleta erat Galilaea omnis incendio sanguine latrocinio, nullius immunis miseriae et deformis rerum omnium specie, cum si quid igni aut neci superfuisset captiuitati reseruaretur. cuius malis illa quae paulo ante acerbiora aestimata sunt praeferebantur.

VIII. Haec prolusio quaedam belli facta antequam Titus ueniret. qui simul ex Achaia Alexandream transmisit, perductis militibus secundum mandatum patris ad urbem occurrit Ptolomaidem ibique conexis ordinibus quinto et decimo, addito etiam quintodecimo, qui erant praecellentissimi, congregatoque uel Romano uel sociorum exercitu, atrox et memorabile bellum coeptarunt. nam ubi primis initiis Placido duce prospere gestis secunda in aduersum cessere, profectus infestior Vespasianus cum filio de Ptolomaidis fini- 2

VII cf. BI. III 59—63 VIII § 1 cf. BI. III 64—69. 110 § 2 cf. BI. III (110—114) 115. 127. 132—134

1 seff. *codd.* sefforitani *B* attributa *B* 2 regionis *A* 3 belli] uel *A* speciem M^2A 4 aceruitatis M^2 5 seff. *codd.* sefforim *H* sefforam *B* 7 possit M^2, (*ex* presit) *H* 12 inruptione *Ba.c*, *add.* sed *B* inrumtio *C* 17 nullus αV 18 deformi * M^2 deformi $HBZ\alpha V$ cum *s. l. m3* M^2 21 belli quaedam *B* 22 alexandriam $M^2BZ\alpha V$ 24 tholomaidem *B* ptholomaidem $H\alpha V$ quinto et decimo *om.* αV 26 romanorum $B\alpha V$ 27 coeperunt M^2 *a.c.m2* coeptarunt *s. l. B* 28 duci αV urbes (!) *H* urbis *B* gestis *mg. B* 29 profectu *B* inferior *B* infensior M^2 *sed p.c.m3*,*H* de *om. HB*,*A a.c.* ptolomaidae α tholomaidae *V*

bus in Galilaeam sese inmersit. cognitoque quod pacem abnuerent, quibus optulerat condemnandae discessionis copiam si sibi consulendum putarent, Gadaram funditus euertit, uacuam bellatoribus offendens, quod omnes ualidiores diffidentes infirmibus munimentis ad munitiora sese contulerant. repertis itaque non pepercit sed omnes necari iussit nulla aetatis contemplatione, nulla infirmitatis misericordia, quod non tam iure belli quam Cestianae pugnae dolore et effusis in Iudaeos odiis exsequebatur. denique non solum urbem sed etiam uicos et municipia exuri praecepit. nec iniusta erat commotio, quia post tantam insolentiam emen-
3 dandi erroris facultatem dederat nec obtemperatum. transierat ex ea urbe Iosephus in Tiberiadem, priusquam Romanus exercitus adpropinquaret, sed plus formidinis ex fuga quam fiduciae dederat ex praesentia. hoc ipso enim territi sunt, quod bello aduersus Romanos gerendo inparem se Iosephus arbitrabatur. neque uero aliunde praesumsit, nisi forte Iudaei studia belli deponerent: ea erat illi potior sententia. si bellum eligerent, malle se subeundo periculo fidelem ciuibus quam declinando proditorem uideri. nihil enim magis cauere quam ne commissum sibi honorem militiae turparet. itaque scribit ad urbem Hierosolymam bellum incubuisse, propereque rescriberent. pacem an proelium mallent, consulendum mature. haec strictim significauit, nihil propense in alteram partem, ne aut bellator meticulosus aut pertinax rebellio iudicaretur.

VIII § 3 cf. BI. III 130—131. 135—140

1 cognito, *om.* que *B* 2 abnuerant *B* optulerant αV dissensionis *Z* 3 gadaran *HZ*αV 5 infirmioribus *Z* contulerat M^2*a.c.m3* 6 necare *B a.c.* 8 cestinae *H* gestianae *B* certamine *CV* certaminis *A* pugnae *om.* $M^2 \alpha V$ dolore *om. B* 12 dederant αV nec] *add.* est *B* 13 ea *om.* αV tyberiadem *B* tiberiade αV 15 enim *om. H* 16 aduersos M^2*a.c.m3* gerendum M^2 inpartem *Ca.c.m2* 18 forte] fore ut *B* ea *s. l. B* 19 sententia si bellum *in ras. m3*M^2 elegerint M^2*a.c.m3,Z* 20 fidem M^2*HZ,Aa.c.* proditore M^2*a.c.m3* 21 nec M^2 commisso M^2 omissum *A* commissum ipsum (ips. *s. l.*) *B,Z* honore M^2 22 turbaret M^2*a.c.m3* ad urbem scribit *B* scripsit *ZA* hierusolimam *hic* M^2 23 scriberent *B a.c.*,αV 24 strictim] aℓ scriptum *mg. B* scriptum *Z*

IX. Rursus de urbe Tiberiade Iotapatam petit, siue quod munitior ceteris esset et propterea in eam plurimi se contulissent bello promtiores, siue quod eo Vespasianus plerosque ex suis direxerat qui munirent iter, quod per montes difficile saxosumque asperum peditibus, equitibus autem inuium atque insuperabile foret. denique diebus IIII, ne angustiae officerent, reserata sunt uiarum strata, conpositum iter quo facilius omnis exercitus transmitteretur. quinto die transiit eo Iosephus deiectosque Iudaeorum animos erexit. Vespasiano quoque ubi factum indicium eo Iosephum commeasse, incentiuum celerandi itineris accessit, quod conficiendi belli compendium putaret, si dux et populus bello promtior interciperetur. aduenit itaque cum exercitu et 2 primo die curandis cibo militibus, ne ex itinere fatigatos cura belli incesseret, tempus dedit. sequenti die duplici acie uallauit urbem et tertio equestri ordine. quod uidentes Iudaei, inclusos se et obsessos undique nec ullum effugii locum, ipsa desperatione audaciam sumsere. nulla enim res promtiorem bello militem reddit quam necessitas proeliandi et praeruptum periculorum. urguebat Vespasianus iaculis, 3 urguebat sagittis. missilibus quoque plurimi Iudaeorum ultra muros progressi destinata feriendi arte uulnerabantur, manebant tamen inpauidi. temtabat omnia uirtus Romana, et maxime ubi infirmiora aduerterat murorum subsidia, illic maiore incumbebat manu. pudor hos, illos armabat spes ultimae ferro sibi aperire uiam salutis desiderantes. grauia tolerabant Iudaei nec minora referebant temtamenta auda-

IX § 1 cf. BI. III 141—143 § 2 cf. BI. III 145. 148—149 § 3 cf. BI. III 150—154

7 cf. Verg. Aen. I 426 25 cf. Verg. Aen. X 398 26 cf. Verg. Aen. VI 96

1 tyberiade *B* iotapam *B* iothapatam *CV* iothapatum *A* 2 esset] *add.* quod *A* 4 per *s. l. m2 M²* 5 saxumque *H* 9 transiuit *HZαV,Bp.c.* direxit *M²* 11 accelerandi *B* quod] ut *B* 12 inpendium *B* belli *αV* 14 cibos *αV* 15 incesserit *V* 19 bello *s. l. B* 20 praerupta *Z* proruptum *A* periculum *αV* 21 missilibus *om. V* missibilibus *Zα* plurimi] *add.* quoque *αV* iudaeorum *s. l. A* ultro *Z* 23 tamen] *add.* tamquam *B* manebat (e *in ras.*) *Ca.c.* 24 inferiora *Ca.c.* aduerterant *BαV* 25 incumbebant *B* armabant *Z* 26 ultima *H* ultimo *Va.c.m2* sibi *om. HB* 27 audaci *αV*

ciae. peritia a Romanis cum uirtute, furor a Iudaeis cum temeritate certabat. fessis itaque, toto die illis pro salute, istis pro triumpho dimicantibus, nox proelium soluit. sequenti quoque die et tertio, quarto similiter et quinto proeliatum acriter, sed, ut solet in ferentariis proeliis, plura uulnera quam neces inferebantur, licet saepe et excursus a Iudaeis et a Romanis temtarentur inruptiones, quos in iram accendebat pudor eo quod uictores Hannibalis et Antiochi omniumque gentium Iudaicis proeliis immorabantur. tanta erat Romanae uirtutis conscientia, ut non cito uincere pars uicti aestimaretur. sed aduersus naturam magis erant illis quam in hostem certamina. nam ciuitas praeruptis undique prope erat interclusa rupibus, non uallo et fossa ut aliae urbes, sed profundis erat circumuallata praecipitiis, quae nec uisus hominum conprehenderet, nec usus inuestigaret, et horror sollicitius intuentem magis magisque inuolueret. tantum ab aquilone in defectu montis unus ad urbem accessus arduo tamen ascensu patebat. quem Iosephus muro interclusit, propugnatoribus saepsit, ut inter murum inferiorem et urbem superiorem periculosa inruptio fieret obsidentibus et intuenti inaestimabilis esset cognitio superiorum. ciuitas enim ipsa in montis supercilio sita circuitu finitimorum montium uelut quodam naturali uallo circumdatur, saepto genitali abscondita, ut nemo prius illi urbem esse intellegat, quam in ipsam urbem fuerit ingressus.

X. Vespasianus, cum uincere naturam nequiret, eam sibi ipse adiumentum accersiuit, ut obsidione diuturna per ino-

IX § 4 cf. BI. III 155—157 § 5 cf. BI. III 158—160 X cf. BI. III 161. 178—184. 186—187

22 cf. Luc. 4, 29

1 peritia *s. l. C* 2 certabant α,*Vp.c.m2* 4 die quoque *Z* quater M^2 *CV* et quarto *Z* 5 solent *HZ*α*V*,*Bp.c.* in ferentaliis M^2, *Hp.c.* inferent taliis *H* fieri in artis (*s.* fere in talibus) *B* ferre in talibus *Z* 8 annibalis M^2 hannibabilis *Ca.c.m3* anthioci M^2 *A* antiochii *C* 10 uirtutis (ti *s. l.*) romanae *B* conscientiae *B* uicti] uictoriae *Z* 11 aduersum M^2 12 hoste $M^2\alpha V$ properat M^2*a.c.m2* 13 erat inter] *exesa C*; *mg.* phuit inter *Cm3* 16 sollicitus *H* intuentem M^2 intuentium *Z* intuentes αV ab *om.* αV 17 aquilonis M^2 αV ab aquilone tantum *Ba.c.* accessus ad urbem *H* 20 interruptio αV 21 intuentibus αV cognito *Ba.c.* sup.] *add.* munimine *B* 22 sita] *add.* in *Z* 27 adiumento *B* arcessiuit *HBZ* diurna *H*

piam potus et cibi cogeret obsessos ad deditionem. sed frumenti copia multo ante congesta propulsabat periculum famis. aquae erat difficultas maxima quia neque ullus in urbe fons, et sollemnis siccitas, raris per ea locorum imbribus, bibendi subsidium adtenuauerat. ductus omnes aquarum obstruxerant ne in urbem mearent. augebat inopia auiditatem, repugnabat natura. commentum Iosephus detulit, ut infusae uestes muro suspenderentur, quo paulatim rorantibus aquis crederetur illis non deesse ad potum, quod abundaret ad lauacrum uestimentorum.

XI. Deiectus eo Vespasianus rursus ad expugnandam urbem accenditur, omnem exercitum congregat, machinis murum quatit, pulsabat aries. nomen hoc species dedit eo quod ualidae ac nodosae arboris caput ferro uestitur eoque ut frons arietis praetexitur, quae obductis lamminis turgescit et prominet. e medio eius quasi cornu procedit ferri solidioris. magnitudo arboris in modum mali naualis, quam non uentorum procella, non uelorum sinus flectant. ea suspensa funibus ad superiora atque robusta arborum nexis multorum manu ualida in murum inpellebatur, deinde retrorsum ducta atque in staterae modum sustentata retinaculis maiore impetu destinabatur, ut crebris ictibus fatigatum muri latus cederet cauatumque in rupturis fenestram daret, qua Romanis uia in interiora urbis pateret. primo igitur ictu murus concussus est contremuitque omnis. clamor ilico uniuersorum quasi expugnata urbe trepidantium, ne repercussus murus fatisceret. sed Iosephus saccos paleis repletos in 2 eum dimitti locum praecepit, in quem aries a Romanis intor-

XI § 1 cf. BI. III 188. 213—216. 221 § 2 cf. BI. III 222—225
13—p. 204 l. 4 cf. Isid. Etym. XVIII 11, 1—2

1 potus et] potuisset M^2 cogere $M^2p.r.$ congeret $Ca.r.$ 5 attenuerat αV omnis M^2 obtruxerant C 8 uestes] *add.* in B rotantibus B 12 accenditur] *add.* atque *s. l.* B circumgregat BZ 14 ut *om.* M^2 15 laminis $Va.c.m2, Ap.c.$ 16 prominet] *add.* et M^2Z e *om.* Z cornum B ferro H 18 inflectant $Ca.c.m3, AV$ ea] haec B 19 ad *suppl. m3* M^2 at C superiora] periora M^2 23 cauatumque (que *add. m2*) V inruptis H interrupturis $Ca.c.$ irrupturis *Gualtherus fort. recte* Romanis] *add.* hostibus (*s. l.*) B, Z 25 ilico] igitur A 28 dimittit $Ca.c., V$ precipit Z

quebatur, ut laxo saccorum sinu elusa plaga omnis arietis emolliretur. inlisa enim solidis solida nocent, solutioribus euacuantur. denique facilius solidiora mollioribus cedunt quam molliora solidioribus. nam et aquae alluuione scopuli soluuntur, nec ruina rupis ullum est damnum aquarum, et iactis in freta molibus aqua suos usus reseruat, sed petra inter undas seruare suos nescit. harenam quoque marmoris ruina non frangit et marmor harenae ruina comminuitur. rettulerunt tamen etiam Romani quo commenta refellerent Iudaeorum, contis falces ligantes, quibus dimissos inciderent saccos, quo uacuati paleis euirare arietis ictum nequirent.
3 reparato itaque inpulsu machinae cum se Iudaei urgueri uiderent, unus ex his Eleazarus ingentis magnitudinis saxum eleuans de muro super arietem elisit tanta ui ut comminueret caput machinamenti. exsiliens quoque in medium hostium rapuit illud atque in murum ferebat intrepidus in conspectu aduersariorum et patens uulneri. denique iaculis quinque figitur, sed nequaquam conuersus ad uulnera quomodo ipse saxi ruina hostem inuolueret intendebat. adscendit itaque murum et uictor doloris stetit conspicuus tantae praesumtionis ac super arietem se saxumque deiecit et cum eo corruit uictus quidem morte sed uictor machinamenti, cum in se solus decesserit patriae, in machinamenti autem comminutione totam urbem ab excidio seruauerit. Netiras quoque et Philippus in medium se iecere agmen, ut auerterent quos
4 petierant. Iosephus autem ignibus iactis ut machinamenta omnia exureret breui consumsit plurima, sed consumta reparabantur.

XI § 3 BI. III 229—233 § 4 cf. BI. III 234—235
5 cf. Horat. Carm. III 1, 34

1 laxato *HB* lusa *HB* omnis (i *in ras. m3*) M^2, *add.* uis *B* arietis] *add.* ictus *m3* M^2 4 et] e M^2 *a.c.m3* scopoli (p *ex* b *m3*) M^2 scopulis *C,V a.c.m2* 5 ullum *om.* M^2 7 harena *C a.c.m2,V* 8 marmon M^2 *a.c.m3* comminuit *Hα V* 9 tamen *om. B* etiam *om. Z* 10 falcis M^2 11 uacuatis *Z* euitare *HBZ* ebetare *A* 12 macchinae *C* 14 aritem M^2 15 macchinamenti *ut infra C* exiliens M^2 *BZAV* 16 rapuit] rupit *H* referebat *C a.c.* 19 ruinam M^2 21 se *om.* *αV*, *s. l. B* -que *om. A* 22 uicus M^2 *a.c.m3* in se] ipse *Bα V* 23 discesserit M^2 autem] aumen *H* tamen *B* comminutionem *C a.c.* 24 neciras M^2 *a.c.m3* netyras *CV* nechiras *A* 25 medio M^2 se *s. l. B* iacuere *B a.c.* eiecere *V* se iecere *exesis in C, mg. m3* se eicere *rescripsit* agminum *A* 27 reparabatur M^2 *a.c.*

XII. Instabat Vespasianus, urguebat ita ut in talo feriretur iaculo sagittae. turbati sunt Romani, cum sanguinem ducis fluere cernerent. exagitatus filius cucurrit ad patrem, sed ille supra uim uulneris uirtutem animi gerens prohibet trepidare filium magisque in proelium accendit milites, ut iniuriam ducis ulciscerentur. ipse signifer reuocabat exercitum et ad muros cogebat, ipse in bellum ceteros adhortabatur. alii sagittis alii telis alii ballistis hostem urguebant. tanta 2 autem erat huius tormenti uis, quo saxa in hostem iaciebantur, ut percussus unus ex sociis Iosephi, qui propteradstaret, comminuto capite rueret, occipitium eius ultra tertium stadium excuteretur, mulier quoque aluo grauis percussa uterum supra dimidium stadii de intima sede secreti genitalis excuteret infantem. ad postremum cum uictor iam 3 muros Romanus miles succederet et in ipso aditu utrimque ualida manu decertaretur, sicut erant conferti, oleo ardenti Iosephus perfundi Romanos iubet, quod facile a uertice ad ima defluebat uestigia. nec minor incendio flammae candentis olei feruor omnes artus depascebatur. succedebant tamen alii, plerisque etiam sudor profluus olei uim refrigerabat. et quamuis huiusmodi olei natura sit, ut cito calescat et serius conceptum deponat calorem, tamen uictoriae studio abscondebant iniuriam. ardebant animis ut nullum corporis sentirent incendium, nec tanti aestimabant poenae feruentis dolorem quanti dispendium gloriae, si tamquam exsortes triumphorum desisterent bello, qui duces fuerant periculorum. uel sanguine itaque suo restinguere incendium olei certabant.

XII § 1 cf. BI. III 236—239 § 2 cf. BI. III 243—246 § 3 cf. BI. III 271—274

1 urgebat *s. l. B.* 2 sagittae *add.* et *B* sanguine M^2H 3 fluere ducis αV 8 balistis *BZ,HAp.c.* 10 prope adstaret *Ba.c.*,αV 11 rueret] *add.* et *HBZ* ultra] usque ad *Z* 13 stadium *B* 14 uictor iam] uictoria *Z,HCp.c.,Vp.c.m2* iam] *add.* ad *B* 15 miles romanus *H* succenderet *H* succideret *CV* auditu *CVa.r.,A* 16 conperti *H* conserti *Z* 17 quo M^2 18 cadentis M^2 candens *Ba.c.* 19 omnis *H,Ba.c.* succendebant *Z,Ca.c.* 20 refrigerebat *A* 22 tamen — *p. 208, 20* descenderet *om. Z* 23 iniuria *C, add.* ita αV 24 tantum αV

XIII. Hac mora obsidionis etiam Iafae urbis quae uicina erat populus insoleuerat, quod tam diu decernebatur. unde motus Vespasianus Traianum, qui praeerat ordini quinto decimo ductoris officio, direxit cum M equitibus et duobus milibus uirorum militiae pedestris. qui sine retractatione profectus uir acer et bellandi artibus praeditus conuenientem studiis suis euentum belli repperit. nam cum esset ciuitas et natura loci saepta et gemino muro circumuallata, non contentus tegere se populus eius munitionibus, occurrendum Romanis putauit. sed paulisper resistere ausi intra murum exteriorem recipere sese uolentes hostem pariter recepere, nam cum ipsis festinantibus etiam Romani subintrauerunt. confugientibus quoque ad murum interiorem clausae portae, ne rursus Romani pariter inrumperent. ita auerso a se dei auxilio Iudaei proeliabantur, quo ante uincere solebant. sed offenderant scelestis flagitiis et ideo ab his poena debita reposcebatur, ut donarentur eorum supplicia nationibus. denique plures prope suis inter se bellis quam ab hostibus obterebantur. exemplo est Iafae populus, qui Romanis portas aperuit et sibi clausit. nam ut primum murum Romani inrumperent, ipsi patefecerunt, ut secundum murum Iudaei non penetrarent, Iudaei clauserunt. receptus itaque hostis est, socius exclusus, receptus ille ne percussor deesset, exclusus iste ne periturus euaderet. intra duos itaque muros caedebantur Iudaei manu comminus, de muro eminus. plerique enim Romanae militiae uiri constricti angustiis murum ascendebant atque in subiectos tela iaculabantur. itaque Galilaei suis quam hostibus infestiores rogabant interioris muri uestibulo reciperentur, sed resistebant sui. dimicaba-

XIII cf. BI. III 289—305

1 etiam *s. l. B.* iaffae *B* 2 decertabatur *HαV*,*Ba.c.* troianumque M^2*a.c.m3* 5 uirorum (*pr.* u *m3 in ras.*) M^2 retractione *A* 7 reperit *CV* 8 gemino *in ras. B* circumuallata muro *B* 9 concentus M^2,*a.c.m2* (?) se tegere *B* 11 interiorem *Ba.c.* se *αV* recepere] recipere *HAV* 14 uero *H*, (*s.* auerso) *B* se dei] sede M^2 15 Iudaei] remoto *Ba.c.* 16 scelestis *s. l. m2V* 17 rationibus *Ba.c.* 19 iaffae M^2*B* populus *om. B* 20 interrumperent *αV* 23 est *om. HBαV* 27 atque] *add.* inde *HBαV* subiecto M^2*a.c.m3* 28 galilaeis *C* infestiores (*s.* ribus) *B* rogabant] *add.* ut *HBA* 29 dimicabantur *Ba.c.αV*

tur in portae limine Iudaeis inter se pugnantibus. isti inruentem cuneum gladiis excipiebant, illi resistentem. moriebantur saeua inprecantes sibi inuicem et minora se meritis suis perpeti supremis uocibus adtestabantur. itaque extincta sunt XII milia uirorum omnium proeliatorum. ratusque uel nullum iam sibi repugnaturum uel facilem urbis expugnationem, ueteris uir disciplinae, summam uictoriae Traianus Vespasiano reseruauit misitque ad eum postulans ut filium suum dirigeret Titum, qui finem proelio daret. quo aduentante facta inruptio caesique multi mortales, nec sine labore ac periculo uictoria cessit Romanis. quibus ingressis murum interiorem obicere se quicumque erant bello idonei et in angustiis positi anceps bellum uictoribus efficere, pugnantibus desuper uirile ac muliebre secus ac saepe etiam in suos saxa atque omnia quae forte reppererant telorum genera iaculantibus. denique sex horis in ipso fine quasi ab exordio pugnatum. ad postremum caesis, qui constiterant repugnaturi, itum in ceteros sine ordine sine modo sine misericordia. senes cum adulescentibus iugulabantur, mulieres uel paruuli reseruati non ad ueniam sed ad seruitutem, masculi omnes interfecti nisi quos pueritia aut infantia defendit. in praedam ducta sunt II milia CXXX mancipia, domini cum seruulis aequa iam sorte condicionis quos captiuitas pares fecerat.

XIV. Nec Samaritae inmunes miseriarum fuere. nam cum secundum consuetudinem suam montem Garizim, qui erat illis sanctus, congregati ascendissent, ubi adorare solebant — unde et in euangelio dicit Samaritana: p a t r e s n o s t r i a d o r a u e r u n t i n h o c m o n t e, et responsum est ei:

XIV cf. BI. III 307—315

14 cf. Sall. Hist. II 70 M. 28—p. 208 l. 7 * Ioh. 4, 20—24

1 inter] in αV 2 resistentes $Bp.c.,\alpha V$ morieb. *iterat* C 4 ita $Va.c.$ 5 uel *s. l.* B 6 repugnatorum A turum—facilem *exesa in* C, *rescripsit mg.* $Cm3$ 8 seruauit H 9 suum *om.* H Titum—daret *om.* M^2 10 interruptio αV sine] hoc $Ba.c.$ 12 obicere (i *in ras. m3*) M^2 obiecere HB 13 efficere *s. l. m2* C effecere B 14 desuper] *add.* uniuersis B uirilis B muliebris B sexus HB sexu AV 15 repererant CV 17 repugnatori $M^2a.c.m3$ pugnatorii H pugnaturi B 18 tum *codd.*; *corr. Weber* 20 seruari A 25 sammaritae M^2 26 constitutionem H garizin H garizi B gazirim CV 28 aeuangelio C

ueniet hora, quando nec in hoc monte neque Hierosolymis adorabitis patrem. debebatur enim ut cessaret superstitio et uera religio succederet, euacuaretur umbra, ueniret ueritas, ut iam non in monte sicut Samaritani, non Hierosolymis ter in anno sicut Iudaei, sed in spiritu in omni loco eleuans puras manus omnis homo adoraret deum et in nomine Iesu genu flecteret —, cum igitur, ut supra diximus, in monte collecti secundum suos ritus manerent, belli autem minas praetenderet ipsa congregationis species uel sensus eorum, qui nec malis finitimis resipiscebant, multo autem amplius prosperioribus Romanorum successibus per inuidiam commouerentur ac prope tumultum res essent, consultius aestimatum est praeueniri eos ne in maiorem pestem erumperent. uocatoque praefecto ordinis quinti, cum tribus milibus utriusque militiae uiris eum Vespasianus direxit. at ille ascendere montem primo exordio periculosum ratus, erant enim simul iuncta terrori multitudo populi et praeruptum naturae, circumdedit exercitu montis confinia et toto die deferri fecit custodiam ne quis aquatum descenderet. cum igitur tantam hominum constipationem uexaret sitis, quae magis ac magis aestu exardescebat, et plerique seruituti se uel etiam neci mallent offerre ne uel fame uel siti perirent, Cerealis, hoc enim nomen praefecto, ex descendentibus uniuersos aestimans defetigatos cinxit montem agmine militari, pollicens salutem si arma deponerent, recusantesque iussit ferire. itaque extincti sunt illic XI milia DC uiri.

4 cf. Hebr. 10, 1 5 cf. Exod. 23, 17

1 nec] neque *HBA* 2 neque] *add.* in *B* patrem (trem *in ras. m3*) M^2 3 relegio M^2 4 non iam *B* 6 in spiritu *om. B* 7 adoret M^2B et in (*eras.* in) *s. l. m3* M^2 9 praetenderent αV 10 congregationis *s. l. B* specie αV uel] ac *s. l. B* 13 tumultu αV praeuenire *Ca.c.m2* 16 eo *Ba.c.* direxit *s. l. V* 17 erat M^2B enim] autem *A* 20 cum] *rursus incipit Z* hominum *s. l. B* 22 plerisque αV se *om. V* uel etiam] iam uel *B* 23 cerialis *B* nomen enim *B* 24 descendentibus (scendentibus *in ras. 6—7 litt.*) M^2 25 defatigatos *HBZAV* 26 feriri *HBZC*, (*pr.* i *s. l.*) *A* 27 extincta *B* XI milia] $\overline{XX}$ M^2 decem milia *B*

XV. Iotapatae quoque quadragensimo et octauo die facta inruptio primo diluculo, cum adhuc multo superioris diei fessi labore requiescerent. primus omnium Titus cum Sabino ingressus ceteris uiam praebuit. conprehensisque superioribus locis in angustiis platearum passim et ignari adhuc factae inruptionis feriebantur. alii in suis stratis, alii expergefacti, alii uigilantes sed inedia ac somno soluti, poenas dabant. adhuc tamen totam urbem uis latebat malorum. sed ubi exercitus ingressus militari infremuit ululatu, ad solum fere subeundae mortis affectum insurrexerunt. et si qui superiora petere temtauerant, repulsi caedebantur, et quibus ulciscendi uis subpetere poterat, ipsa coartatio uindictam ademerat, et si qui resistere parabant, inruentibus supra se aliis bello abscondebantur. alii multo fessi certamine dimissis manibus sese offerebant uulneri, ut uel morte tam feralibus malorum suorum spectaculis eriperentur. hac deceptus securitate pereuntium centurio Antonius 2
rogatus a quodam, qui in spelea confugerat, ut ei dexteram daret obsidem ueniae et salutis sequestram, porrexit ilico doli neglegens et, uae miser! nimium securus triumphi. sed ille incautum spiculo ferit et statim transfigit, ne inpleta esset Romanis uictoria. ipso die interfecti omnes quicumque 3
inuenti, sequentibus autem diebus etiam de hypogeis et ceteris defossis specubus producebantur uel ibidem extinguebantur exceptis paruulis ac mulieribus. caesa per omnes dies XL milia, quae numero conprehensa sunt, in captiuitatem deducti mille CC. euersa et igni exusta est ciuitas et castella

XV § 1 cf. BI. III 316—319. 324—330. 332 § 2 cf. BI. III 333—335 § 3 cf. BI. III 336—339

7 cf. Verg. Aen. IX 236

1 iotapate M^2 iafeaotapatae *B* iotapa *Z* iothapatae *CV* iothafath hec *A* quadragesimo $M^2 p.r.$, *HBZA* 2 superiores $M^2 a.c.m3$, *B* 3 dei *Ca.c.* -e requiescerent primus om- *in ras. m3* M^2 quiescerent *αV* 5 et *s. l. B* 6 inruptionibus $M^2 a.r.$ inruptioni *Ca.c.* alii *alt.*] ali $M^2 a.c.$ alii *tert.*] ali $M^2 a.c.m3$ 7 soli $M^2 a.c.m2$ 8 uis *s. l. m2 C* latebant *B a.c.* 9 ululatu* M^2 13 parabat *A* 14 absorbebantur (cum *s.* sor) *B* 15 demissis *B* se *H* 16 mortem *CV* tam *om. αV* 17 centurio *om. B* 18 confugerant (*sic etiam V*) —daret *exesa in C mg. m3 rescripsit* dextram *Cm3,AV* 19 et *s. l. V* 20 et *s. l. B* triumphis M^2 21 transigit *HC* trafigit *B* transiit *A* 23 sequentibus —defossis *suppl. mg. V* hipogeis $M^2 V$ ypogaeis *C* 26 deducta (i *s.* a) *B* 27 ducenta (i *s.* a) *B* igni *om. αV*

eius omnia anno imperii Neronis XIII°. Iosephus interea in lacu quodam inter fauillas urbis delitiscebat haut inscius quod studiosius quasi dux aduersi agminis requireretur. egressus secundo die, ubi saepta aduertit omnia, reuertit in lacum. tertio die mulier quaedam reperta cognitas sibi Iosephi latebras quaerentibus demonstrauit. sed in lacu pariter XL uiri qui eo confugerant sese tegebant. qui ubi aduerterunt Iosephum primo per Paulinum et Gallicanum a Vespasiano ad spem salutis uocari, postea per Nicanorem, qui Iosepho ueteris amicitiae gratia copulabatur et ideo, missus ut dexteram daret, promtius officium mandati muneris exsequebatur, circumfusi Iosephum talibus adoriebantur sermonibus.

XVI. 'Nunc maior Iudaei nominis temtatur ruina, nunc fauilla taetrior, quae sepeliat et abscondat splendidissimae disciplinam prosapiae atque omne decus subruat, quando Iosephus ad triumphum captiuus reseruari iubetur. quid sibi uolunt tam sedula subito inuitamenta hostium? quid dona salutis spontanea? rogantibus uitam aliis non peperunt: Iosephus arcessitur, Iosephus rogatur ut uiuat. metuunt uidelicet ne pompam amittant triumphi, ne desit quem spectet Roma captiuum, quem catenatum Vespasianus ante currum suum dirigat. ad haec ergo ludibria uis reseruari? et unde triumphabunt, si dux eorum defuerit de quibus triumphatur? aut qui triumphus, si amicitia datur uictis? ne credas, Iosephe. uita tibi promittitur, sed parantur grauiora morte. uicerint te Romana arma, non capiat fraudolentia.

XV § 4 cf. BI. III 340. 349. 355 XVI cf. BI. III 356—360

1 XIII° *sic* M^2 XIII *C* tredecim (*s.* XIII *et in mg.* puto tercio decimo) *A* 2 lacu (acu *m3 p.r.*) M^2 laquo *H* loco *BZ* delitescebat *BZ* nescius $H\alpha V$ 4 secundum M^2 5 lacum *in ras. B* cognitam *B* ibi *V* 6 latebram *B* demonstrabat *Va.c.m2* 7 se *Va.c.* tegebat $M^2a.c.$, *Va.c.m2* 11 dextram $B\alpha V$ 12 adoriuntur αV 15 sepelliat *C* 16 disciplinae prosapiam *B* 18 uolunt tam] uoluntatem *Ca.c.m3*, *A* dubito *H* 19 spontanea] *add.* qui *s. l. m2H* 20 accersitur αV 22 expectet *HZA* 24 triumphare abibant *Z* 25 nec $M^2a.r.$ 6 tibi—grauiora] tribuit grauior *et s. m2* tibi promittitur sed parantur *B* 27 uicerant $M^2a.c.m3$ uicerunt *Z* uicerit *Ca.c.*, *A* dicerent (*mg.* deiecerunt) *B* fraudulentia *C*

atrociora sunt dona eorum quam uulnera, illa enim captiuitatem minantur, haec libertatem reseruant. inflecteris, Iosephe, et animi quadam fractus mollitia uis esse patriae superstes? ubi est doctrina Moysi, qui se de libro caelesti deleri petebat, ne plebi domini superuiueret? ubi est Aaron, qui inter uiuos ac mortuos medius stetit, ne mors uiuentem populum saeuo contagio depasceretur? ubi est regis Saul et Ionathae deuotus patriae animus et mors illa pro ciuibus suscepta fortiter, gloriose expetita? filius patrem exemplo inuitauit, pater filium mortis proposito non dereliquit. qui cum posset uiuere, maluit se interfici quam ab hoste triumphari. hortabatur armigerum suum dicens: p e r c u t e m e, n e u e n i a n t i n c i r c u m c i s i i s t i e t p e r c u t i a n t m e e t d e l u d a n t m e. quia armiger timuit, ipse se gladio transuerberauit, dignus quem Dauid spiritu prophetico uindicaret, quia se de genere Amalechita de eius morte falso iactauerat et gloriam uiri, qui se ipse hosti exemerat, inminuendam putauit, ut a se interfectum mentiretur, dignus etiam quem tantus laudaret propheta dicens: S a u l e t I o n a t h a s s p e c i o s i e t c a r i s s i m i i n s e p a r a b i l e s i n u i t a s u a e t i n m o r t e n o n s u n t s e p a r a t i, s u p e r a q u i l a s l e u i o r e s, s u p e r l e o n e s p o t e n t i o r e s. ipse quoque Dauid, cum populum percuti ab angelo uideret, in se uoluit caelestem deriuari uindictam, ne pereunte populo reseruaretur. postremo ubi lex diuina, cuius interpres semper fuisti, quae pro hac breui uita perpetuam iustis promisit inmortalitatem? ubi Hebraeorum deus, qui docet iustos mortis contemtum habere, re-

4 cf. Exod. 32, 32 5 cf. Num. 16 (17), 48 (13) 7—15 cf. 1 Reg. 31 12* I Reg. 31, 4 15—23 cf. II Reg. 1 19—23* II Reg. 1, 23 23—25 cf. II Reg. 24, 17

2 libertatem] ad seruitutem *Ba.c.m2* 3 molestia M^2*p.c.m3*, *HBZA*, *Ca.c.m3* 4 de libro *om. B* 5 pleui *C* pleri *A* aharon *C*, *Vp.c.* 7 populo *s. l. m2* M^2 depasceret *Z* 9 suscepta] *add.* et *s. l. m2B* 10 qui *om.* M^2 14 deludent M^2 15 profetico M^2 16 degener *HBZαV* amalecita *Bp.r.*, *H* 17 semet ipsum *A* ipso *H.ac.* ipsi *Va.c.m2* 18 inminutam *B* ut a se *om. B* ementiretur *CV* 20 ionatha *HBA* 22 leuiores (*in ras. m3*) M^2 uelociores *Z* 23 leones] omnes *A* potentiores (*in ras. m3*) M^2, *mg. u.l. H* fortiores *H* 24 deriuare *HZαV* 26 ac *C* 28 deus *s. l. m2C* contempto *B* habere *s. l. Z*

fugere etiam debere terrenum habitaculum, reuolare ad superna, ad illam regionem paradisi, ubi pias animas deus sacrauit? nunc demum cupis, Iosephe, uiuere, quando non oportet, immo nec licet, immo quod maius est non decet? et carpere desideras lumen istud, ausim dicere, seruitutis quod in aliena potestate est? ut id quando uult Romanus eripiat, quando uult carceris tenebris obducat? ut optes hinc fugere nec liceat mori? et quo pudore ad eos ibis, quibus persuasisti pro patria mori? quam excusationem habebis quod tam diu resederis? expectant quid agas, dicunt iam profecto: quid moratur Iosephus qui praeuenire debuit? cur tam sero sequitur? cur discipulos suos quibus pro libertate moriendum suasit imitari recusat? perferemus certe nos quod seruire elegeris adsertor libertatis, quod mancipium te Romanis addixeris, quod captiuitatem libertati praeposueris? sed esto uelis uiuere, quomodo hoc impetrabis ab his, aduersus quos totiens proeliatus es? quomodo te intuebuntur, quibus oculis, quibus animis? quomodo iratis dominis etsi liceat uiuere uoles? aut quis non proditorem patriae credet fuisse, cui mercedem solutam proditionis uidebit? utrum malis elige. horum alterum sit necesse est: uita tua aut praemium proditionis erit aut seruitutis supplicium.' his dictis intentarunt gladios addentes: 'si adquiescis mori, quasi amici ministerium praebemus, si recusas, quasi proditi ultionem exigimus.'

XVII. Ad haec Iosephus refert: 'et quis uelit esse tantae mortis superstes? quis eligat fieri heres doloris? quis animam suam nolit ex isto corpore mortis si liceat absolui? sed non licet soluere nisi ei qui ligauerit. naturae uinculo coniuncta est anima corpori. quis auctor naturae nisi omni-

XVII cf. BI. III 361

28 cf. Rom. 7, 24 29 cf. Matth. 16, 19 (18, 18)

1 reuocare αV 2 paradysi M^2HB 3 nunc] *add.* ne *H* nuncine *BZ* hicine *CV* hac (*eras.* h) sicine *A* 4 nec] non *Z* 5 aut sim *Ca.r.* 6 ut id] quod αV quando] *add.* non *exp. C* eripiat romanus *A* eripiat—uult *om.* M^2 10 resideris *HV,Ca.c.* 13 perferremus *C* perferimus *ZA* 17 aduersum *HBZ* 19 uoles *s. l. C* non *om.* αV 20 credit $M^2a.c.m3$, *H* credat αV solitam *B* 21 eligere αV 24 praebuimus αV 25 exegimus (i *ex* e) *B* exigemus *H* 26 et *om. B* qui αV 27 superstis $M^2a.c.m3$, *H* 28 noluit *Ha.c.* nolet *Z* licet αV

potens deus? quis hoc animae et corporis nostri deo placitum contubernium interrumpere ac dissociare audeat? si quis inposita manibus suis praecepto erili uincula sine arbitrio domini sui detrahat, nonne is graui pulsasse iniuria suum dominum condemnabitur? dei possessio sumus, deo seruitium debemus; quasi serui expectemus imperia, quasi uincti reseruemus uincula, quasi fideles bonum depositum custodiamus. non recusemus uitae istius munus quod dedit nobis, non refugiamus donum caeleste. si hominis data reicias, contumeliosus es: quanto magis seruare debemus quod a deo nostro accepimus? ab ipso itaque accepimus quod sumus, ipsius quoque debet esse ut quamdiu uelit simus. utrumque enim ingrati est et citius discedere quam uelit et diutius uiuere quam uoluerit ipse, qui uitam donauit. numquid ante festinauit Abraham? numquid ante ascendit Abarim Moyses quam diceretur ei: a s c e n d e i n m o n t e m A b a r i m ? sed dictum est a s c e n d e, et ascendit et mortuus est. quasi bonus seruulus expectauit domini praeceptum. ipse Iob qui dixit: p e r e a t d i e s i l l a i n q u a n a t u s s u m, tamen in uulneribus et doloribus positus uitae huius uincula non disrumpebat, sed ut liberaretur rogabat dicens: u t q u i d d a t u m e s t i n a m a r i t u d i n e l u m e n, u i t a a u t e m i n d o l o r i b u s a n i m a s ? laudabat utique mortem cum diceret: m o r s u i r o r e q u i e s, tamen non praeripiebat sed postulabat ut scriptum est: c o n c u t i o r o m n i b u s m e m b r i s e t q u i a s u m i m p i u s q u a r e n o n s u m m o r t u u s ? c u r d e u e n t r e m a t r i s n o n i n s e p u l c h r u m d e c i d i a u t n u m q u i d b r e u e t e m p u s

7 cf. II Tim. 1, 14 15 cf. Gen. 18, 6 16—19 cf. Deut. 32, 49. 34, 1. 5 19 *Hiob 3, 3 22 *Hiob 3, 20 24 *Hiob 3, 23 26—p. 214 l. 2 Hiob*9, 28—29; *10, 18—20

1 nostri] *add.* nisi *Z* conplacitum *BαV* 2 dissociare] dissoluere *HB* audeat] ualeat *A* 3 suis *s. l. m2 M²* herili *CV* 7 uicti *M²B* 8 non—munus *om. M²* 10 contumeliosus—debemus *mg. A* 11 quod *s. l. V pr.* accepimus] *add.* et *B alt.* accepimus *om. M²*, *add.* omne *α*, *Vp.c.m2* 13 quam—uiuere *om. H* 15 *alt.* numquit—moyses *s. l. m 2 M²* 16 moses *B* 19 ille *Z* 20 tam *BZ* 21 dirumpebat *αV* 23 uitam *Ba.c.*, *C.* 25 uero *M² a.c.m3*, *H*, *Ba.c.m2* praecipiebat *Z* 26 concutimur *Bac.*

uitae meae? dimitte me requiescere paulum. alius quoque sanctus dicit: educ de custodia animam meam. petit euadere, petit ex hoc corpore quasi de quodam liberari carcere. nullus tamen sanctorum sibi ipse usurpat, nullus praeripit. si lucrum est mori, furtum est usurpare ante expectatum, si bonum est uiuere, sacrilegium est repudiare antequam reposcatur. sed gloriosum putatis in bello mori. nec ego abnuo bonum esse pro patria, bonum pro ciuibus in bello mori. sed belli lege offero iugulum, si hostis petat, si mucronem Romani demergant, quibus de nobis deus uictoriam dedit, quibus propter peccata nostra nos adiudicauit. nec mihi blandior quod parcendum spondeant. utinam fallant! uel hoc lucrum feram quod me sic timuerunt ut fallerent, uel hanc ultionem referam quia frangunt fidem. malo illorum latrocinio perire quam meo. latrocinium meum est si mihi ipse intulero manum, si hostis, beneficium. ergo istud cum beneficium dare possent interimendo, sic dandum putauerunt: quod in potestate habebant ut captiuum occiderent latrocinati sunt. sed pollicemini mihi manus uestrae ministerium. reuera percussor nobis defuit, ut nostro scelere pereamus. nolo meo, nolo uestro scelere perire, quod plus est quam meo, nolo mutuo. hoc est enim, unumquemque nostrum sibi manus inferre, uicariae necis mercedem soluere, ut non solum pro suo quisque sed etiam pro alterius sanguine scelus debeat. uerum regis Saul exemplum promitur, eius certe qui et aduersus uoluntatem diuinam rex postulatus est et offensam meruit dei, unde etiam cum uiueret successorem accepit.

2 Ps. 141, 8 5 cf. Phil. 1, 21 26—28 cf. I Reg. 8, 7—9; 15; 16

3 anima mea M^2 *a.c.m3* petit euadere—quasi de *om.* M^2 corpore hoc *B* 5 ipse *om.* *B* 6 futurum *B* fortium *Ca.c.*,*A* expectatum] *add.* diem sed non licet *B* 8 bello (o *in ras. m3*) M^2 9 bellum M^2*a.c.m3*, *Va.c.m2* *pr.* pro *om.* *CV* 10 demergat *Ca.c* 11 pro peccatis nostris *HB* 14 quod] quia *CV* qui *A* feram *CV* ferant *A* 15 qui M^2 *a.c.m2* frangant (v*s.alt.* a) *B* 17 hostes *Z* hosti *A* cum *om.* *αV* 18 possint (nt *in ras.*) *H* possunt *B* signandum M^2 *ZαV* signando *H* 19 potestatem *CV* habeant M^2 *a.c.m2*, *A* captum *HBZ* 20 ministerium reuera *iterauit* M^2 23 nolo] *add.* meo nolo *B* 24 ut] ut iam *Z* utinam *HBαV* 25 unusquisque *B* sed] non *Ba.c.* 26 aduersum *B* 28 dei unde] deinde M^2 cum uiueret] conuiret *Va.c.m2*

egregium exemplum uiri cui defuit dei gratia. et tamen uoluit mori, quia iam non poterat uiuere. uoluit tamen et ipse ut eum socius occideret, sed ille scelus putauit, recusauit ministerium. non ergo usus consilio sed destitutus ministerio fecit, ut ipse gladium in se conuerteret. si timens fecit ne sibi inluderetur, quid laudas quod timoris est? si non timuit, cur primo aliud elegit? ego nec inludentes Romanos timeo nec mentientes. Saul tantum se solus peremit, non Ionatha, non quisquam alius in nostris scripturis. quid mirum si potuit se perimere, qui potuit etiam filium occidere? Aaron inter uiuos ac mortuos stetit, et hoc uirtutis est non temeritatis. non enim mortem sibi intulit, sed mortem non timuit, qui eam corpore suo reppulit et serpenti in omnes obstaculo fuit. non ego quidem Aaron sed tamen non degener ab eo en offero manus, feriant ut uolent. si possum eorum manus timere, dignus sum qui manibus peream meis. si parcunt illi aduersario, cur ego non parcam mihi? si quaeritis cur parcere uelint, et in hoste uirtutem mirantur. tanta est enim uirtutis gratia, ut frequenter etiam hostem delectet. nostis etiam ipsi quanta intulerim exitia Romanis, quo modo uictores omnium gentium Iotapatae ignobilis urbis diuturna obsidione ab Hierosolymitanae ciuitatis excidio auerterim. breui damno totius belli aleam lusi. didicerunt ceteri meo periculo pacem optare. fortasse ad hoc reseruamur ut non deterreantur ceteri sed prouocentur. sed suaue adseritis mori pro libertate. quis negat et illud? tamen dulce uiuere cum libertate. nam qui amicitiam offert libertatem promittit. quodsi seruitutem in-

1—8 cf. I Reg. 31, 2—4 11 cf. Num. 16 (17), 48 (13) 23 cf. Liu. XXXVII 36, 9; Lucan. VI 60

3 sed—putauit] postulauit sed ille scelus putans *Ba.c.* 5 timens] tamen *Ba.c.* 6 sibi] si *CV* 7 egit *Ba.c.*,*αV* 8 tantum] tamen *HBZCV* perimit *H* 9 non quisquam] nec quisquam *B* 11 aharon *CV* ac] et *BZ* 13 qui] quia *αV* suo] *add.* non *αV* 14 omnibus *B* omnes *Vp.r.* aharon *CV* 15 degener ab eo] degenerabo *BZ* en *om. H* 16 inuoluent (*s.* ut uolent *m2*) *A* uolent (e *in ras.*) *C* 17 si *om. M²* 18 hostem *αV* 19 minantur *αV* enim uirtus est gratia *Z* 22 iothapatae *αV* urbis *om. B* 24 didicerant *αV* optare] hortari *B* 25 fortassis *Z* non *om. Z*

ferat, tunc erit certe oportunior moriendi uoluntas si oportuerit mori. nunc autem uitam offerunt, nolunt occidere. timidus autem est et qui non uult mori quando oportet, et qui uult quando non oportet. quis enim ignorat femineae libertatis esse et muliebris formidinis, ne moriare, mori uelle? denique pauidae mulieres, ubi aliquod imminere sibi periculum cognouerint, solent se praecipitio dare. angusti enim animi molem formidinis et metum mortis sustinere non queunt. uir autem patiens, qui praesentia non timet et futura cogitat, nescit trepidare ubi non est timor. denique scriptum est quia a n i m a e e f f e m i n a t o r u m e s u r i e n t quae cibum utique uirtutis non habentes esuriunt, ideoque ad mortem ante tempus festinant. neque enim repletus cibo gratiae spiritalis sibi ipse manus inrogat, cum scriptum sit quia o s i n p r u d e n t i s m o r t e m i n u o c a t. et iterum scriptura dicit: e t q u i n o n c u r a t s e i p s u m i n o p e r i b u s s u i s, f r a t e r e s t e i u s q u i s e i p s u m e x t e r m i n a t. condemnatur ergo qui se ipse percusserit. quid enim tam contra legem naturae? quid etiam contra naturam omnium animantium? quibuslibet, feris licet atque agrestibus, insitum est se amare. naturae enim lex ualida est uelle uiuere nec sibi mortem adsciscere. denique ferro in se armari omnia genera animantium nec si uelint possunt. informem leti laqueum homines inuenerint, ferae nesciunt. sed morsus ferarum arma sunt, dentes earum gladii. quando tamen quisquam audiuit, quod sibi aliqua fera proprio morsu membrum ademerit? aduersus alios faucium suarum armis utuntur, aduersum se osculis. nobis quoque quid tam dulce quam uita, quid tam

11 Prou. 18, 8 13 cf. Hiob 22, 16 14 cf. *I Cor. 10, 3 15 *Prou. 18, 6 16 *Prou. 18, 9 24 cf. Prou. 21, 16 et sim. (Horat. Carm. III 24, 8 et Verg. Aen. XII 603

1 certa αV 2 uitam] ut uiuam B 5 libertatis] inbecillitatis B ne moriare—formidinis *suppl. mg.* V 7 periculorum B cognouerunt Z 8 sustinere] *add.* qui (*ex* quod) C 9 noqueunt $C a.c.$ nequeunt A 12 habent HZ 13 —que *om.* H festinabant αV 16 dicat αV 19 ipsum M^2 tam *om.* M^2 20 etiam *s. l.* Z, *add.* tam B naturam *om.* M^2 21 liceat αV 23 animantia $H a.c.$ 25 inuenerunt Z 26 eorum $Z a.c., A$ 27 ademerit (it *in ras. m3*) M^2 adimeret Z ademerint C aduersum $M^2 p.c.m3$, $HBZ\alpha V$ 28 utantur $M^2 H$

inimicum quam mors? denique qui uitam protexerit patronus est, qui mortem adpetere temtauerit insidiator est. quod ergo in aliis exsecramur, si nos adpetant, ipsi nobis uolumus inferre? et quod ab aliis pro poena exigimus, hoc ipsi nobis inrogamus pro gratia? et gubernatorem, si commissam sibi nauem saxo inlidat, persequimur, nos commissum nobis nostri corporis gubernaculum ferro extinguimus et uoluntario naufragio addicimus? sed obicitis mihi mortem maturam, cum in potestatem hostium fuero deductus. quid ergo lucrifaciam, si quod ab hoste metuo hoc ipse mihi inferam, cum possit accidere, ut quod suadetis mihi facere non faciat inimicus? huiusmodi istud est, ac si uidens gubernator tempestatem futuram tempestatis gratia declinandae nauem fluctibus mergat. an quia grauiora supplicia exacturus est aduersarius, ideo praeueniendum putatis? uel quia strenuum arbitramini ut in nos ipsi ferro utamur? sed iam inbecillitatis suffugium est, non uirtutis tropeum, captare lucrum suppliciorum. in hoc igitur inhaeremus, quod nec insignia habeat fortitudinis nec profectum utilitatis? quid autem adtexam uiolari depositi religionem? deus omnipotens thesaurum nobis optimum dedit atque inclusum in hoc uase fictili et consignatum commisit nobis custodiendum, quoad ipsi placeat reposcere. nonne in utroque crimen est uel reicere depositum non reposcente qui dederit uel reposcenti negare? si hominis depositum uiolare [poena] infamiae est, quanto magis uiolare depositum dei? depositum dei anima est in hoc corpore, anima quae mortis istius capax non sit. non enim ullo mortis uinculo adstringitur atque inligatur, sed uidetur mortem operari, cum soluitur corpore

7 cf. Ambros. De Cain et Abel II 10, 36 21 cf. II Cor. 4, 7 25 cf. Leu. 6, 2 sqq. 29 cf. II Cor. 7, 10

3 quod] quid *BZ* adpetant] *add.* mortem quam *B* 4 exegimus M^2*a.c.m3* 7 gubernaculo *Z* extinguimus] addicimus *Ba.c.* 9 potestate *B* 10 lucrum faciam *Ha.c.*, *fort. Ca.c.* mihi ipse *Z* 17 iam *s. l. B* etiam *Z* suffragium M^2 refugium *A* tropheum *HBZCV*, *Ap.c.* 18 inhaereamus *CV* haeremus *A* 19 signia *H* habet *αV* 21 optimum *om.* M^2 optimum nobis *Z* 23 ipsi] usque si *αV* 24 deicere *Z* non] nonne *Ca.c.* 25 poenae *H* poena *cet.*; *seclusi ego* in infamiae *Ca.c.*, infamiae (-ę *in ras. m3*) M^2 26 depositum dei *semel B,Va.c.m2* 27 corpore hoc *Z* 28 fit *H* 29 corpore *s. l. B*

atque a commisso sibi contubernio seiungitur. cur igitur ante repetitum depositum mortem inrogamus et animam quasi inutilem nobis remittimus atque e domo nostra excludimus et corpus sine decore et gratia sui in terram resoluimus? cur exeundi hinc praeceptum non expectamus? miles tesseram expectat, seruus imperium. si quis horum sine praecepto exierit, alter desertor, alter fugitiuus est. qui hominem fugit poenae obnoxius est, quamuis inprobum fugerit dominum. nos optimum omnium fugientes possumus non adstringi impietatis flagitio? num etiam illud praeterit nostram opinionem, quod adposuit deus angelum in circuitu timentium eum? est ergo qui prohibeat nisi praeceptum acceperit. si nullum praeceptum, nullum uiaticum. et quomodo peruenimus sine uiatico? quis nos recipiet in illo puro et secreto loco? quis nos admittet ad illa sanctarum animarum consortia? Adam latebat, quia praeceptum dei praeuaricatus est, exclusus est de paradiso, quia non seruauit mandatum. dicitur ei: Adam, ubi es? quasi ei qui fugerit, quasi ei cuius apud deum non sit praesentia. nonne et mihi dicetur: ubi es, qui praeter praeceptum uenisti, quem ego naturalibus uinculis non relaxaui? tollite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. haec non solum moribus hominum sed etiam legibus interdicta accepimus. namque alii insepultos proici iubent eos qui in se ferrum deiecerint. dignum est enim ut qui patris imperium non expectauerunt priuentur, quasi quodam matris gremio, terrae sepulchro. alii dexteram manum abscidunt defunctis, ut separetur a membris sui corporis quae aduersus corpus suum uesano militauit furore. sed hunc exitum sacrilegi ferunt

11 *Ps. 33, 8 16 cf. Gen. 3, 8 17 cf. Ios. 7, 15; Gen. 3, 24 Ambros. De parad. 14, 70 18 *Gen. 3, 9 21 *Matth. 22, 13

1 a *s. l. Vm2* 2 deposito *HB* morte M^2 *a.c.m3* 3 remittemus *H* e *om. A* 5 milites *B* 6 expectant *Bp.c.* 7 exierit (ierit *in ras. m2*) *C* est alter fugitiuus *B* 10 praeteriit *A* 15 admittit M^2 *a.c.m3*, *HB*, *Ca.c.* 16 qui *B*, *Va.c.m2* 17 *pr.* est *om. HB*, et *Z* paradyso M^2 *HB* 19 quasi ei *s. l. m2V* sit] est *Z* 20 dr̄ M^2 dicitur *Z* uidetur *B* 23 stridor dentium] dolor *HBZ* 24 accipimus *H* nam *Va.c.* 26 ut *om. H* expectauerint *H* 28 dextram *ZA*, *Cp.c.* 29 corpus *om. B* 30 furori *HZCV* fuerunt M^2 *a.r.*

aut proditores uel percussores parentum. qui uerum patrem non agnouerunt nec se recognoscunt. ideo aut penitus sepeliri prohibentur aut non toti sepeliuntur. animas quoque eorum non paradisus recipit sed inferorum tenebrae saeuaque supplicia. haec mihi reputanti, quamquam omnia erepta sint, sola tamen terrori ac formidini sunt, ne mihi ipse inferam, quae nec hostis poterit inferre, et illa paradisi eripiam, quae Romanus adhuc non potuit eripere — certe adcelerare poterit, non poterit auferre — quae sola inpatienter desidero. non enim uitae huius ulla me cupiditas tenet, in qua nec apud ciues nec apud hostes cepi quod delectaret. isti mihi pacem negarunt, illi patriam eripuerunt. inter tot mala quid potest suauitatis in hac uita superesse? tu modo, omnipotens pater, qui naturae auctor atque arbiter es, honestum largire exitum, tu rumpe naturale hoc uinculum, redde animam meam secretis suis. extinctus sit populus, ereptum ius, libertas infracta, non praeuaricabor tamen legem tuam ut moriar iniussus. expecto ut iubeas, expecto ut uolentem liberes. multos habes tui exsecutores, a te expecto imperium, ab exsecutore ministerium. bonum est mori, sed si moriar ut Hebraeus, non ut latro, non ut carnifex, non ut hostis. uictus sim licet bello, manebo tamen quod natus sum, ut Abrahae patris hereditatem non deseram. non transibo in numerum hostium, ut ipse meus percussor sim. offerre me hosti percutiendum sine pietatis possum dispendio, manus meas mihi in hostem conuertere sine scelere non possum. an uero metus est, ne non liceat nobis secundum legem uiuere? reuera nunc magna libertas est quibus non licet secundum legem mori.'

1 cf. Ioh. 10, 15 17 cf. Ios. 7, 15 23 cf. Ps. 93, 14

1 aut percussores uel proditores *Ca.c.,Va.c.* uel perc. aut prod. *Vp.c.* uel] et *B* percussores] persecutores *H* 2 se *om. V* 4 paradysus *M²HB* recepit *Z* -que *om. B* saeueque *CV* 5 quam omnia repepta *Ca.c.m2* 6 ne] si *B* ipsi *B* 7 nec] et *B* potuit *H* inferre *om. H* paradysi *M²HB* 8 adcelerare] *add.* non *B* 9 *alt.* poterit *om. M²* 10 desidere *M²* eius *H* 12 pacem] patrem *B* necarunt *Bp.c.* 15 naturale (*s. l. rasura*) *om. B* 17 praeuaricabor *M²α,Vp.r.* 18 *alt.* ut *s. l. V* 20 si *om. HαV* 25 hosti *om. H* 26 in me pro hoste *B* 27 ne non] nonne *Ba.c.*

XVIII. Haec Iosephus allegabat, quo euacuaret uoluntariae mortis adsertionem. sed illi qui semel sese morti deuouerant, quia uerbis resistere non poterant, gladiis quasi feriturí ilico uirum circumstetere nisi adquiescendum putaret. at ille circumdatus alium ducis reuocabat auctoritate et uirtutis conscientia ⟨alium⟩ seuero obtutu conueniebat. huius reuocabat dexteram, illius inflectebat iram, mulcebat consilii salubritate. diuersis modis unicuique inrationabilem extorquebat furorem. etenim quamuis ultima sors uicti dignitatem extorserat, non penitus tamen aboleuerat reuerentiam. paulatim itaque deponebantur manus, recondebantur gladii,
2 tamen intentio perseuerabat. cum uideret unum a pluribus se obsessum teneri, siue casu quodam siue consilio commentus est, ut minueret numerum repugnantium. 'committamus,' inquit, 'sorti moriendi ordinem, ut se nemo subtrahat, cum sors conueniat uniuersos. sortis istiusmodi condicio sit, ut is qui sorte exierit ab eo qui sequitur interimatur.' itaque fore ut sors unumquemque, non propria uoluntas morti adiudicet. 'stet igitur unusquisque sub sorte iudice exsors sceleris et liber captiuitatis, ut non alieno arbitrio celeret nec declinet suo mortem futuram. nemo recusare poterit euentum, quem uel casus intulerit uel dei uoluntas signauerit.' fidem fecit oblatio et uniuersorum adsensus sorti adquieuit. quisque sorte est designatus, paratam sequenti necem praebuit. itaque accidit ut interemtis reliquis Iosephus cum altero superesset neci. manebat necessario ut aut sorte condemnaretur, aut certe si exitio superesset sanguine socii
3 contaminandus foret. suadet ut sorti renuntiarent. sic domesticum euasit proelium et per Nicanorem ad Vespa-

XVIII § 1 cf. BI. III 383—386 § 2 cf. BI. III 387—391 § 3 cf. BI. III 392—398

1 haec] *add.* uero *Z* 2 deuouerunt M^2 deuouerent (v *s. ult.* e) *A* 5 duce *H* 6 conscientia (a *in ras. m3*) M^2, *A* consciae *HZC* conscientiam (ta *s.* cie) *B* alium *add. Ascensius* obtutum M^2 *a.r.* 7 flectebat *Z*, *V a.c.* 8 inrationalem M^2 13 commotus *H* 16 sortis] fortes *H* 18 fore ut] fiet ut *B a.c.* foreque *V a.c.m2* non] *add.* ut *Z* morti *om. H* adiudicaret *H* 19 stetit *αV* igitur *om. αV* iud.] *add.* et *HBZ* 20 non] et *B* alio *Z a.c.m2* adceleret *B* 21 nec] et *B a.c.* 22 uelut casus *H* 24 quisquis *α*V 25 ita *HCV* sic *A* 26 manebant M^2 ut *om. Z* 27 superfuisset *αV* socius *Z* 28 condemnandus *αV* 29 nichanorem *C*

sianum deducitur. fit concursus ad eius aduenientis spectaculum Romanis fere omnibus confluentibus. alii uidere deiectum desiderabant, quem paulo ante in amplissimo honore positum summae rei praeesse intuebantur, alii certabant capto inludere, alii uices rerum humanarum tam uarias atque flexibiles mirabantur. plerique consultius ingemescebant, qui in alienis casibus sibi posse eadem accidere reputabant. Titus prae ceteris mouebatur ingenita animi mansuetudine, illum dudum bellatorem superbum, subito potestati addictum hostium, alieni nutus sortem opperiri uitae naufragum exulem spei incertum salutis. tantum ualere momentum in proeliis, ut breui casu dispares sui reddat, cum aut potentes eiciuntur aut adflicti leuantur. itaque pars melior eorum, scilicet qui honore potiebantur, mitiora consilia dabant. maxima tamen portio salutis apud patrem Iosepho Titus fuit. Vespasianus eum adseruari praecepit, ne forte laberetur.

XIX. Inde paucis post diebus Ptolomaidem repetit atque inde Caesaream contendit, urbem Iudaeae maximam, sed magis gentilibus refertam inhabitantibus, unde cum plausu et laetitia suscepere exercitum Romanum non solum Romanae societatis exoptata sibi gratia, sed insito quoque odio plebis Iudaeae, cuius principem Iosephum oportere puniri maximis clamoribus uociferabantur. quam Vespasianus ut uulgi iram sine iudicio conceptam silentio dissoluit. et quia ad hiemandum et tempus oportunum et ciuitas erat, duos ordines in Caesarea constituit, decimum quoque et quintum ordinem in urbe Scythopoli ne Caesarea totius onere exercitus

XIX cf. BI. III 409—413

5 cf. Verg. Aen. II 64 11—13 cf. Horat. Serm. I 1, 7—8

1 conuentus *H*, *(in ras.) B* 4 posito M^2 certabat *Ca.c.* 6 inflexibiles *B* ingemiscebant M^2*p.c.m3*, *Z* 7 accedere M^2*a.c.m3* putabant *HZ* 10 sorte *A* adopperiri αV naufragium $M^2 B$*a.r.*, *HZ* 12 momenta M^2 *HBZ*α, *Vp.c.m2* 13 deiciuntur *B* 15 maxime M^2 18 ptholemaidam *B* ptholomaidem αV petit *Ca.c.m2* 22 sed] *add.* et αV insito (in *s. l.*) *V* in ipso *B* 26 oportuno M^2*a.c.m3* 27 in caesarea (i *s.* e *alt. m2*) const. ord. *Z* 28 urbem *H*αV schytopoli M^2 scithopoli *H* scytopolim *Z* scitopoli (*in mg.* scitopolitana) *B* scythopolitanam αV onere] honore *Ba.c.*

adtereretur. ideoque memorata urbs Dianae Scythicae consecrata, tamquam a Scythis condita, et appellata ciuitas Scytharum ut Massilia Graecorum. situs loci declarat ingenita duritia conditores patentia magis camporum quam conducibilia habitationis usui delegisse. namque aperta et aspero hiemis et feruenti tempore aestatis plus laboris habent quam delectationis, quoniam et hieme plus frigori patent et grauior in his locis aestatis flagrantia est, in quibus solem totum recipiunt sine ulla arui uirentis amoenitate. itaque campestris et maritima regio memoratae urbis etiam aestu maris amplius uaporabatur.

XX. Nec tamen a negotiis bellicis Vespasianus uacuus erat. cognito etenim diuersis ex locis ad urbem Iopen sese contulisse plurimos eamque oportunam sibi ad excursus piraticos reparatis aedificiis, quae a Cestio destructa fuerant, instaurauisse, quoniam uastata regione subsidium alimoniae mari quaerebatur, diligenter exploratum omnia. at illi statuentes huiusmodi nauigia, quae usui praedonum adcommoda forent, speculati commeantium transitus, uniuersa prope Phoenicis atque Aegypti commercia populabantur, adeo ut crebrae praedationes terroribus omne illud mare clauderent atque indubii periculi metu nauigandi usus interciperetur. quo conperto pedestris militiae manum et equitum plerosque pergere iubet et nocte Iopen ingredi. quod facile factum fuit, cum custodia nulla ciuitati praetenderet, quoniam euersae urbis fama nullas excitatura Romani curas ducis aestimabatur. praesentes erant tamen sed non ausi resistere atque ingressum negare Romanis aduenientibus, nauigiis adscensis ultra iactum progressi sagit-
2 tae in mari pernoctauerunt. res postulare uidetur situm

XX § 1 cf. BI. III 414—418 § 2 cf. BI. III 419—427 (Solin., Momms.², p. 153, 15)

30 cf. Sall. Iug. 17, 1

1 schithicae M^2 2 a] ab αV schitis M^2 3 schitarum M^2 [situs caecus A ingenitam αV 4 duritiam $Ba.c., \alpha V$ conditoris M^2 patientia $M^2 H, Za.r.$ patientiam αV 10 itaque (que *s.l.*) C etiam *s.l.* V 13 erat] est A 15 reparandis A caestio $M^2 CV$ gestio B 20 Phoenicis] fenicis $M^2 BZ$ finicis H 21 crebris B praedationis $M^2 p.c.m3, HZ$, *ras. in* B 22 indubio B nauiganti αV 23 mil. ped. B 24 aequitum α plerisque $M^2 p.c.m3$ 25 facile *om.* αV factu H 26 famam CV romanis A 27 duci αV 28 ingressus M^2 29 progressis M^2 sagittae progressi αV

litoris quo praetexitur Iope breuiter exponere, ut quemadmodum sine ullo proelio praedictae urbi secunda clades fuerit liquido manifestetur. inportuosa est natura ciuitas, cuius ad oram maris litus asperum directumque sed cornibus utrimque leuiter inflexum, in quibus profundae rupes saxaque ingentia quae mari prominent, et cum de imo maris surgant, in mare excurrunt tamen. unde etiam Andromedam illic fuisse, cum ceto obiectaretur, formae locorum atque ipsae rerum species prodere uidentur, non mediocrem uetustis fabulis fidem adcommodantes. caedentibus itaque litus aduersis Boreae flatibus inmane quantum undae adtolluntur, quae scopulis inlisae fragorem ingentem excitant atque in fluctus relapsae inquietum illum maris sinum reddunt, ut plus periculi in portu quam in deserto sit. in eo igitur fluctuantibus scaphis, quas ex Iope urbe productas supra diximus, ad matutinum flatus uehemens ingruit, quem Melamborium per ea locorum nauigantes uocant, statimque inter se undis inpellentibus scaphas miscuit atque inuoluit. alias ruptis anchoralibus egit in petram, aliis cum in aduersum mare uiolenter subrigerentur — saxosi litoris periculum uel a Romanis cladem, qui se circumfuderant litori, nautis fugientibus — occurrit unda, quae praecelsa mole supereminens oppressos demersit. nec confugiendi erat ullus locus nec manendi spes, cum uentus de mari expelleret, Romani urbe excluderent. grauis erat nauigiorum sonus cum inter se con-

1 ioppen M^2CV iopen A 2 urbis HB cladi $M^2a.c.m3$ 3 fuerat B fuerint A naturae αV 4 ad ora M^2 ab ora Z, (e *s.* a *alt.*) V, (bo *in ras.*, ra *s. l.*)C,A maris (ris *in ras.*) C mari B 7 tamen] *add.* prominent *s. l. m3* M^2, *fort. B ubi rasura et* unde etiam *s. l.* andromaedam C 8 cito α coeto $Cp.c.m3,V$ obiectarentur A ipse M^2BCZ 9 uiderentur $Cp.c.,AV$ 10 cedentibus] *add.* uidentur M^2, cedentibus (*s. l.*) itaque in hoc littore aduersis B aduersum H 11 fluctibus B aduersi fluctus boreae αV inmanes quedam unde B 12 inlisae] illis ac CV 15 scafis *codd. hic et toto capite praeter A, qui hic* se aquis, *alibi* schafas *uel* scaphas ioppen M^2 16 irruit HBZ melamborum M^2,$Ca.c.$ (quam) elamborium B melaborium Z 18 undis inter se $H,CVa.c.$ inter secundis $M^2a.r.$ in secundis Z 19 ancoralibus $Ca.c.$ in *s. l.* B *om.* HA 20 subrigerentur] *add.* uel B saxo $Ca.c.$ 21 cladis $Ba.c.$ nautis fugientibus] altis fugientibus id est et litoris | periculum et a romanis cladem fugientibus *mg. add.* B 22 undaq. $Ca.c.m2$, A 23 oppressas B 24 mare $Cp.c.$

liderentur, intolerabilis hominum gemitus cum frangerentur. qui ubi uacillantibus alueis uidebant mare inrumpere, alii se praecipitabant natandi periti, alii dum in adpropinquantes exsiliunt scaphas in mare lapsi concursu alueorum proterebantur, plerique cum ipsis in profundo sidebant myoparonibus, quos enandi fiducia destituerat. minore tamen cruciatu quibus ars deerat uel spes ulla temtamentorum, mors transigebatur. ceterum nare adorsos conuulsa nauium fragmenta crebris quatiebant ictibus lateribusque inlisa miseros artus foede mulcabant, aut scopulis inpulsos inter ipsa amplectendi litoris uota mors sequebatur, qualecumque tamen habentes solacium in terris perisse. miseranda itaque facies erat, cum excusso infelicium cerebro cautes aspergerentur, sanguine maderent litora. cerneres infectum cruoribus mare, repleta omnia cadaueribus. et si qui forte euaserant adpropinquantes litori interficiebantur aestimantibus Romanis, quod non ex locorum asperitate usuque uentorum in illis locis desaeuiret procella, sed diuina indignatione praeter solitum conspirantibus uentis mare inuolueretur, ne Iudaei euaderent, et ideo metuentibus eis parcere, quibus deus non pepercisset. fuere qui se ferro interficerent tolerabilius rati ferro quam naufragio perire, alii qui contis trudere uolentes nauigia perforauerint, nonnulli qui lapsos in mare, si forte orarent ut a nauigantibus eleuarentur, remis repellerent aut telo ferirent. quod ideo non praetermisi, quo creat ab ipsis sibi Iudaeorum populis quam ab hoste periculum maius fuisse, qui se ipsos interimebant, quasi exigua essent ad eorum exitium infesta simul omnia caelum hostis

8 sqq. cf. Sall. Hist. III 54 M.

2 uidebantur αV 3 natandi pericia *mg.* *B* inandi H natando αV in *om.* *HB* 5 plerique (pleri *in ras. m2*) *C* sedcebant *H* sedebant (a *s.* e *alt.*) *BA*, (e *pr. ex* i) *C*, *V* myoparonibus (yo *m3*) M^2 meoparonibus *B* 6 inandi *H* euadendi *B* enatandi *ZA* 8 transigebat *Bp.c.* naturae *B* natare *Z* adorsus M^2H adorsum (os *s.* um) *B* 9 fracmenta *B* buatiebat *B* lateribusque *om.* *B* laterisque *H* 10 foedae *C* mulcebant *B*, (ta *add. s. l.*) *Z*, αV scopolis M^2A 12 repperisse *Z* 13 infidelium *B* aspargerentur *CV* 14 maererent αV cernere M^2 cruore *Ca.c.* 19 uentis *om.* M^2 21 pepercit *Z* ferro] ipsi *B*, *om.* αV interfecerint *H* 22 rati] satis *H* 25 perirent (*add. s. l.* me) *B* ideo] eo *H* ex eo *B* quod αV 28 excidium *CV* scidium *A* hostes $B\alpha$

mare rupes. IIII milia itaque quingenta defunctorum numerata corpora, quae despuerat mare, sine bello capta urbs et excisa a fundamentis. sic in breui tempore secundo Iopen 3
Romana manus diruit, quod iure Vespasianus praecipiendum putauit, ne iterum illic piratica conderentur habitacula. unde et equitatum eo loci cum peditibus paucioribus licet proficiscens reliquit, ut pedites in loco manerent, ne quid auderet praedonum manus adsueta latrociniis, equites autem percursarent finitima regionis uicosque et oppidula, quo penitus omnia ne conspirarent in aliquos ausus diruerentur.

XXI. Dum haec in Iope geruntur, quamuis procul Hierosolymitani degerent, ne sic quidem a consortio cladis feriabantur. auditis enim quae gesta a Romanis fuerant in Iudaea et maxime quia Iosephum interfectum conpererant, primo, quia nemo de locis ad eos index aduenerat, non credebant, deinde ducem tantum non temere in manus hostium incidisse arbitrabantur. et reuera nullus nuntius tantae cladis superfuerat et hoc ipso supremi excidii fama, quia nullus index superfuerat, adstruebat perisse omnia, nihilque resedisse uel ad indicium rerum gestarum manabat opinio quouis maior relatu, quod ipsa incertos dum terrent silentia, credebantur omnia quae timebantur, tantumque aberat quominus aliquid nuntiaretur, ut etiam quae gesta non fuerant adicerentur. nam Iosephum quoque interfectum fama adseuerauerat idque dolori maximo fuit uniuersis. sed ubi apud Romanos eum degere conpertum, tanto odio 2

XX § 3 cf. BI. III 428—431 XXI § 1 cf. BI. III 432—437 § 2 cf. BI. III 438—442

2 deposuerat *B* mar∗s in∗ bello *B* abscisa (*prior* s *s. l.*) *C* (*ex* abscida) *A*, *V* 4 romanam M^2 5 pyratica *C* concederentur *B* 6 equitatum] *add.* illic *Z* loci] *add.* illic *s. l. B* paucis (*s. l.* oribus licet) *B* 7 locum $M^2 p.c.m3$, *BA* 8 auderent *B* accederet *Z* 10 diuerterentur M^2 diruerent *B* 12 ioppen $M^2 CV$ iopen *A* 13 nec $H\alpha V$ 14 feriebantur M^2, *A a.c.* feriabantur (*pr.* a *in ras.*) *B* in] a αV 15 conpererunt M^2 16 primum *Ba.c.* de] *add.* ullis *s. l. m2 B* 17 timere αV 18 cladi *Z* 20 supererat *HBZ* adstruebant αV 21 residisse M^2 *a.c.m3*, *H* manebat $Z\alpha V$ 22 quouis] quoque *B* maiorem M^2 *a.r.* maiore $M^2 p.r.$, $B\alpha V$ terrent] tenent *editt.* 23 credebant *H* 25 conpertum] *add.* est *B* tantum (o *s.* -um) eum odium (o *s.* -unu) *B*

persequebantur, ut cuius primo mortem dolebant eiusdem uitam uel ignauiae uel proditionis indicem detestarentur. hinc maior in Romanos commotio ut se de Iosepho ulciscerentur, et quo magis eorum res inclinabant, eo amplius in bellum accendebantur. ubi finis esse debuerat, inde exordium malorum capessebatur. nam sapientibus aduersi rerum exitus ad cauendum magis documento sunt, ne rursus eadem accedant quae iam male cesserint, inprudentibus autem incentiuum miseriarum. debuerat ergo Hierosolymitanis causa sobrietatis esse sociorum periculum, sed quia noluerunt intellegere ut bene agerent in exitium uertit.

XXII. Vespasianus tamen, ut et ipsa mora in melius consulerent sibi et a labore exercitus paulisper requiesceret, roganti cessit Agrippae ut in urbe regni eius Caesarea Philippi XX fere interponeret dies, simul ut aegra partium eius a commotionis et discordiae furore resipiscerent, qui se interuentu regis suscipi posse, si conuerterentur, cognoscere deberent, cum tam sedula officiorum foedera inter regem et Romanos interuenirent. denique Tiberias proxima Caesareae remedium non abnuit, sanitatem inuenit. nam et ipsa graui morbo dissidentis inter se plebis exaestuabat. unde Vespasianus III ordines ualidiores acciri et Scythopolim petere directo in negotium filio decernit. ea erat X urbium maxima uicina Tiberiadis. inde adpropinquare muris Valerianum cum L equitibus iubet, qui pacifica suaderet et ad fidem societatis clausos uocaret, ut congregati exercitus terror auersos percelleret, nuntius pacis uolentes inuitaret. Valeria-

XXII § 1 cf. BI. III 443—452

11 cf. Ps. 35, 4

1 primum *B* 4 inclinabat *BZαV* inclinabatur *editt.* 5 bello *BZ* incendebantur *αV* esse debuerat finis *Z* 7 euadendum *αV* documenta *H* rursus] *add.* ad *αV* 8 accidant M^2*p.c.m3*, *B* cesserunt M^2*a.c.m3* gesserint *B* cesserant *V* 11 uertit (tit *in ras. m3*) M^2 uersi *H* 12 et *in ras. m3* M^2 13 a labore *om.* M^2 14 eius] *add.* labore M^2 15 aegra] erga M^2 *A*,*B p.c.m2* 16 commotionem *H* resipisceret M^2*a.c m2* respicerent *Z* 21 dissedentis (-is *in ras. m3*) M^2 dissidentes *H* 21 unde—ualidi *om. H* 22 accersiri *Z* accire *αV* schitopolim M^2 *A* 23 directum *Z* negotio *B* filium *Z* ea] et *H* 24 tiberiades M^2 *Z* 27 praecelleret M^2*a.c.m3*,*Z*

nus prope muros equo desiluit, eadem fecere etiam hi qui simul propius accesserant. quos pro numero spernendos arbitrati Iesus praedatoriae manus princeps cum suis, qui pariter incessere ausi, repentina eruptione deturbant loco cedentiumque simul quos deduxerat equos inuolauere dementes qui non aduerterent consultius Valerianum cessisse insolentiae quam spolia de his qui pacem offerebant usurpauisse. denique seniores offensi facinoris acerbitate relin- 2
quentes urbem ad Vespasianum precatum uenere, ne paucorum insolentia uniuersae plebi adscriberetur. Vespasianus Traianum ilico ad urbem direxit, ut exploraret si populus insidiatorum temeritatem auersaretur. at ille conuenientia populi studia seniorum precibus adnuntians fidem legationi accumulauit. ita petentibus uenia data, maxime quia sollicitum regem pro totius urbis statu Vespasianus intuebatur, cuius fide interposita nihil tale ausuros postea, delicti gratiam uolens cessit.

XXIII. Inde Taricheas sollicito atque instructo agmine petit, eo quod plurimum ad ipsam urbem propter munitionem loci confluxerat multitudinis. et quia muro eam uallauerat Iosephus, nisi qua pedestribus inuia Gennesari lacus fluctibus alluebatur, ideo nauigiis congregatis anceps bellum fremebant: si terrenum inclinaret aduersum se proelium, ad naues confugerent, si nauali certamine cederent, urbem reuiserent murisque sese ambientibus defensarent. consimilia utrubique praesidia uel in urbe Tiberiade uel Taricheis, sed Taricheis perditiora ingenia; murus ualidior Tiberiadis, sed Taricheorum furor promtior, ut si necesse esset miscerent omnia, naualia terrenis certamina, terrena classicis. denique circumuallati aduersa acie cum maiora auderent

XXII § 2 cf. BI. III 453—461 XXIII § 1 cf. BI. III 462—470

1 disiluit (is *in ras.*) M^2 disiliit *B* desiliit *Z* desiliuit αV facere *HCV,Ap.c.* 3 arbitratus *B* hiesus αV qui *om. B* 4 ausus *B* ausui (*pr.* u *s. l.*) *Z* 5 deduxerant *codd.*; *emendaui* 7 spolia] *add.* eos *B* 16 gratia $H\alpha V$ 18 tharicheas M^2A tariceas *B* 19 plurimi* *B* 21 qua *s. l. B* quia αV inuia—fluentibus *mg. inf. V* generari M^2 gennesarii *H* genesarii *BZ*α (*ex* -a) *Vm2* 22 adleuabatur *H* 23 fremebat $B\alpha V$ 24 confugeret *B a.c.* urbem] *add.* se *exp. C* 25 consimilia] consilia *V* 26 ut ubique *A* 27 muros *H,B a.c.* muris*Z a.c.m2* 28 furor] *add.* sed M^2 essent M^2 30 adderent M^2

uiribus, nec aduersus Romanae dispositionis moderamina, ueterani quoque exercitus uirtutem quicquam temeritas promoueret, priusquam aliquid exitii subirent, uersi in fugam ad naues conuolauere. quibus confertis tamquam densata acie proeliabantur, ac si in terris manu res gereretur. in campo etiam multitudo innumerabilis hostem praestolabatur. eo cognito filium cum electis equitibus Vespasianus
2 direxit. qui ubi se ingentibus circumfusum copiis uidit, ad patrem quidem rettulit maiorem esse hostium multitudinem quam opinio conprehenderat, sed conuocatis quos secum eduxerat bellandi incentiuum huiusmodi alloquio infudit.

XXIV. 'Viri' inquit 'Romani — meminisse enim uestri uos nominis et generis proeliaturos decet, quorum manus nemo effugit qui in orbe Romano est. unde enim hoc nomen uniuersis terris nisi uincendo dedistis? meminisse etiam loci oportet, in quo nunc sitis et aduersum quos Romani bellum geratis. in extrema enim parte orbis terrarum consistimus. tanta ergo terrarum spatia transeuntes nihil alienum uidistis. quid enim uobis alienum, quorum in possessione orbis terrarum est? quidquid ubique est ius uestrum est, quidquid uniuersorum incolatus tenet possessio uestra est — currebatis bene. quis statuit uestros toto orbe currentes triumphos? quos non Hasdrubal Poenus, non Pyrrus Aeacides, non Brennus Capitolinis uestibulis incumbens, non Persarum cateruae, non Aegyptiae phalanges statuere potuerunt, hos statuit rebellis Iudaea ineruditam praeferens bellandi temeritatem, rixae quam pugnae aptior. neque tamen est quod uereor; sed plenum uerecundiae arbitror, quod uos uincendo

XXIII § 2 cf. BI. III 471 XXIV cf. BI. III 472—484

21 cf. Gal. 5, 7

1 moderamine *CV,A a.c.* 4 densata] de sanata *H* 5 proeliabatur M^2BZ manus *H,C in ras. V* gestaretur *V a.c.m2* 7 cum *s.l. m2 C* 10 conprehenderat (at *in ras. m3*) M^2 11 deduxerat M^2 *p.c.m3*, *HZ* α *V* alloqui *H* alloquium *Z* infundit *Z* 14 urbe M^2 *a.c.m3,Z* romana *Z* 16 aduersus α *V* 20 *pr.* quidquid] quid M^2 *alt.* quicq. M^2 *p.c.m3* 22 qui M^2, *B a.c.*, *A V* orbe toto *HBZ* 23 hasdrybal M^2 *H* asdrubal *B* hastrubal *A* pirrus M^2BZA eacidis *B* oeachides *CV* ehacides *A* 24 Brennus] *add.* gallorum rex α *V* 25 falanges M^2HBZ 26 inerudita M^2 *a.c.m3* praeferunt (u *in ras. m3*) M^2 27 aptiorem α *V* 28 uerear *B*

defetigamini, illi autem qui totiens uincuntur audaciam sumsere, lassari uos rebus secundis, cum illi aduersis duriores sint. adtollite igitur animos, Romani uiri, et aduersum cateruas hostium freti patria uirtute exsurgite. neque uos numerus moueat plebis Iudaeae, cum illos tot nostrae uirtutis insignia non deterreant, quae longe numero ualidiora sunt. neque enim ulla in Hebraeis uel rei militaris scientia uel proeliandi peritia uel moderandi gratia, nullus disciplinae usus, nulla tolerandi patientia. solum in proelium deferunt mortis contemtum, sed nemo umquam moriendo uicit hostem sed perimendo. illi nesciunt arma nisi in bello, nos in pace armis exercemur, ut in bello casus belli dubios non sentiamus. insuetis enim euentus dubii, ueteranis sollemnis triumphus. quid enim aliud agimus cotidie nisi ut nobis numquam noua proelia sint? unusquisque domi quasi in proelio exercetur, ut in proelio meditatio quaedam certaminis sit. denique non errauerit quisquam adserens quod meditationes nostrae bella sine sanguine sint, bella nostra meditationes sint. progredimur in bellum muniti undique, tegitur galea caput, lorica pectus totumque clypeo corpus. ubi feriat hostis Romanum militem reperire non potest, quem ferro saeptum circumspicit. aliis talia arma oneri sunt, nobis integimento, quia usu leuantur. aduersum inermos igitur ac nudos proelium nobis est. an uero metuimus ne numero circumueniamur? primum liber in proeliis equitatus est, cedendo atque insequendo bellum proludit, et quamuis maximas acies circumcursat, et quibus libitum fuerit spatiis excedit. deinde in ipso pedestri certamine non tam plurium numerus conficit pugnam quam uirtus paucorum. multitudo enim disciplinae insolens ipsa sibi est impedimento in pro-

1 defeticamini *Ma.c.m3* defatigamini *M²p.c.m3,HBZαV* qui totiens] quotiens *B* 2 sumunt *B* sumere *αV*, *add.* et *H*, (*s. l.*) *B,ZαV* 3 attolite *C* aduersus *HBZCV* 4 catheruas *C* 5 tot *s. l. B*, *om. Z* uestrae *M²a.c.m3* 7 scientiae *V* 8 morandi *CVα c.m2* 9 proelia *BZαV* 10 deferent *αV* contemtum] conceptum *αV* 15 noua numquam *Z* 18 meditationis *HBαV* sine (e *ex* t; sanguine sint *s. l.*)*B* 20 lurica *M²p.c.m3* clipeo *M²* clippeo *A* 21 repperire *M²HBZA* 22 sint *B* 23 integumento *Z* aduersus *Z* inermes *Z* 24 ne *s. l. BC*, e *H* 28 plurimum *M²a.r.* 29 pugnam (*s.* fugam) *B*

speris ad uictoriam, in aduersis ad fugam. uirtus uero patiens et secundis ualescit nec usque aduersis labitur. accedit illud quod adsuetudo uictoriarum incentiuum nobis sit proeliandi. nam etsi illi pro patria pro liberis dimicant, non ideo promtiores eos esse quam nos oportet. neque enim minus est, immo haut scio an etiam amplius, pro nobis quam pro nostris decernere. pro nobis proeliamur, cum proeliamur pro gloria, ne minores simus eo quod sumus. quis ergo dubitet plus esse pro gloria decernere quam pro salute? nobis autem bellum hoc pro existimationis periculo est ne ius partum intercidat. periclitamur etiam uictores gentium et principes orbis terrarum Iudaeis pares uideri, quos ex aequo nobis in aduersarios constituimus, si non aliter nisi pari numero congrediamur. maiores nostri magnas hostium copias parua manu frequenter fuderunt. et quid nobis conferunt cotidiana exercitia, quid diurnus labor, si pares ad proelium uenimus? nuntiauimus quidem de numero patri, quia non licebat aliud, sed aduertat nos non de periculo timuisse sed reuerentiam belli arbitro reseruauisse. licet praelibare bellum tenere hostem rapere uictoriam, dum adiumenta ueniunt, ne non tam superatos aduersarios communi robore quam protectos nos uirtute sua iactent qui uenerint. quo igitur ore in conspectum patris ueniemus, si incipere bellum timuerimus? quo pudore degener filius subibo oculos tanti uiri, qui nesciat militem suum nisi uictorem uidere? quomodo eius me filium probabo, cum ille semper triumphator, ego etiam meo, quod grauius est, uictus iudicio, qui

14 cf. Sall. Cat. 7, 7

2 conualescit *B*, *add.* et *H* nec] *add.* in *HBZ* usque *om.* M^2*HBZ* ad finem *add. Ascensius 1510* accidit M^2 *p.c.m3*,*H* 6 immo] aestimo *A* aut *BA*,*Ca.c.* an] aut *αV* 7 decertare *αV* 9 decertare (ta *in ras.*, *s.* nere) *B*, *αV* 10 ne ius (*mg.* ał ne eius) *B* ne eius *Z* 11 pactum (*mg.* partum) *B* patrum *A* gentium] etiam *Ba.c.* 13 in *om. H*, *s. l. B* 14 congredimur *Ca.c.m2* 16 cotidiana] romana *αV*, cott. M^2 *p.c.m3* diuturnus (tu *s. l.*) *B*, *Z* par *B* 18 aliut (-ud *V*) non licebat *αV* adconuertat *Ba.c.* 19 sed—reseruauisse *om.* M^2 arbitrio *H*, (*add.* ei) *B*,*Z* arbitror *A* 20 praelibare] proeliare *H* 21 ueniorunt *C* 23 conspectu *αV* 24 degener] genere *αV* sub. oculos] sub oculis *B* 25 nec sciat *H*

hosti Iudaeo cesserim? quid uobis fiet condemnato duce, quem uobis pater securus commiserit? sed malo de uirtute uos ducis quam de ignauia causas dicere. proruamus igitur in aduersarios, properemus, praeueniamus hostem. primus in periculum excurram, uos sequimini ut depositum patris custodiatis et commissum patris reseruetis. ego autem non periculi socios exigo sed consortes uictoriae. uos tamen cauete ne oblatam uobis palmam triumphi aliis reseruasse uideamini, uobis eripuisse. certe si secus cesserit, malo me filium pater in uulneribus meis recognoscat, si in militibus suis non recognouerit. ponamus tamen offendi patrem proelii adgressione. quid igitur tolerabilius praeripuisse uictoriam an deseruisse? in praeripiendo properatio fortitudinis est, in deserendo culpa ignauiae. condemnet certe uictores pater, reatum huiusmodi non reformido, malo reus esse triumphante republica quam laesa innoxius. utinam Manlii Torquati filium uel in solo mihi liceat imitari periculo, quem securi pater iussit feriri, quod contra imperium patris exercitum in hostem produxerit. stabat hostibus caesis adulescens amictus adoreis triumphalibus, sub carnifice mortis securus, quoniam beatissimum putabat in uictoria mori. quid enim inlustrius quam uitam triumpho claudere nec ad incerta rerum reseruari post certam uictoriam? o expetendum prudentibus crimen uictoriae, utinam et nobis hoc obiciatur quod uicerimus! certe illo exemplo solus ego periclitabor, uos triumphabitis. et tamen non prohibuit pater nos pugnare, sed iussit, quos ad pugnam direxit. unde magis indignaturum arbitror cessisse nos Iudaeis, cum possimus uincere, quam pugnauisse.'

16—19 cf. Sall. Cat. 52, 30; Liu. Periocha VIII

4 properemus (*alt.* e *in ras. m3*) M^2,*Za.c.* proteramus *HB*α*V*, *Zp.c.* praeueniamus *om. HBZ*α*V* 5 periculo *B* patri α*V* 8 oblata M^2 palma M^2 amplam *HB* tri. al.] tri. spem aliis *B*, triumphalis α*V* 12 tolerabilius] *add.* est *B* 13 est fortitudinis α*V* 15 reatu *Hp.r.* formido *H* 16 mallii M^2B 17 torquati (i *in ras. 2 litt. m3*) M^2 torquam (*s.* ti) *A* consilio (*s.* periculo) *B* 20 carnificem M^2 *a.r.* 22 uita M^2 *a.c.m3* 23 expectandum *B* expectendum *A* 24 hoc *om.* M^2 adiciatur α*V* 26 triumphatis *Ca.c.* nos pater *B*α*V* 27 direxit] dixerit *Va.c.m2* 28 cum] quos *B* possemus *H*α*V* potuissemus *B* 29 quam pugnauisse] si pugnassemus *B*

XXV. Haec dicens primus equum in hostem egit. et cum clamore magno secuti ceteri toto campo extendebantur, quo etiam plures aestimabantur. Traianus quoque cum CCC equitibus missus a Vespasiano iam progrediente Tito superuenit. nec diutius resistere potuerunt Iudaei, cum uirorum contis et fremitu equorum perturbarentur. conuersi itaque diuersa alii, plerique urbem petebant. emicat Titus et alios a tergo fugientes opprimit, alios caedit palantes, uniuersos praeuerso itinere a muris repellit et obuius recurrentibus fugam intercludit. rursus tamen dum alii sternun-
2 tur, elapsi alii quibus urbs refugio erat. sed illic quoque acrius proelium. nam qui de locis finitimis adfluxerant a principio, pacem praeferebant, sed populus superueniens inuitis bellandi studia extorserat. inde intra urbem dissensio et tumultus grauis, quo strepitu excitus se conuertit ad milites Titus. 'hoc' inquit 'est tempus, sanctissimi commilitones, quod expetebam. inter se hostes intra urbem tumultus serunt, foris caeduntur, intus digladiantur. festinemus dum adhuc dissident, ne forte periculi metu in gratiam redeant.
3 itaque ascendit equum quo desiluerat muris proximus et conuersus ad lacum per fluctus aquarum urbem petebat, primusque in urbem inruit et post eum ceteri. statimque omnes qui interius erant dispersi in fugam. alii prosternebantur, alii ascendentes nauigia in lacum demergebantur, caesi intus multi mortales. sane qui de agris erant offerebant sese Romanis alienos culpae adserentes, quibus pio moderamine Titus parcendum putabat solos urguens auctores rebellionis. misit etiam ad patrem equitem qui nuntiaret
4

XXV § 1 cf. BI. III 485—491 § 2 cf. BI. III 492—496 § 3 cf. BI. III 497—501 § 4 cf. BI. III 503—505

2 et cum] circum et M^2 cum *om.* *HBZ* ceteri *om.* *B* 3 quo etiam] quidam (i *in ras. m2*) *B* 5 titus *Va.c.m2* 6 conturbarentur *B* 7 itaque] igitur *B*, *add.* in *BZ* 8 opprimit (t *s.l.*) *B* cedit (it *in ras. m3*) M^2 caedi *Ba.c.* 11 elapsi] *add.* sunt *B*, et *Va.c. m2* illis M^2 illi *Va.c.m2* 12 afflixerant *CV* a principio *om.* M^2 13 pacem *om.* *A* 14 urbe M^2*a.c.m3* 15 strepitum excitasse M^2 exercitus *Ba.r.*, *Z* 17 expectabant *H* expectabam *B* 18 serunt *eras.*, *s.* agunt *m2B* redeunt *Ca.c.* fest.] *add.* itaque *Z* 20 disiluerat M^2*p.c.m3* desilierat *αV* 23 prop (s *s.* p) ternabantur *B* 24 nauicula *H* 25 mortales multi *B* 26 se *A* 27 titus *om.* *B*, *Va.c.m2* urguent M^2

euentum uictoriae. quo delectatus Vespasianus et maxime filii triumpho, qui maximam portionem totius belli confecerat quod aduersus Iudaeam gerebatur, eo contendit et iussit obseruari urbem diligentius ne quis elaberetur, eo quod uniuersi poenae deberentur. alio tamen die propter eos, qui in scaphas sese contulerant, rates fieri iussit, quae sine mora factae, quoniam et siluae finitimae et operarii plerique celerandi muneris facultatem dedere.

XXVI. Namque lacus ipsius, uelut quodam maris ambitu, sinus amplissimus in longitudinem CXL extenditur stadia, latitudine XL diffunditur, crispantibus aquis auram de se ipso sibi excitans, unde Gennesar dicitur Graeco uocabulo quasi generans sibi auram, aquae dulcis et ad potandum habilis, siquidem nec palustris uliginis crassum aliquid aut turbidum recipit, quia harenoso undique litore circumuenitur. et temperatior est fluuiali aut fontis rigore, frigidior tamen placidae paludis aequore, eo ipso quod non in stagni morem sternitur aqua, sed per diffusiora spatia lacus frequentius auris spirantibus agitatur. unde et purior haustus eius ac mollior est ad usum bibendi, et si qui naturali gratiae studium adiungere uelit, ut aestiuis suspensam ad auras noctibus more incolarum potui paret, haut quaquam a niuis ritu distare arbitretur. genera quoque piscium gu-

XXVI § 1 cf. BI. III 506—515

9—13 cf. Isid. Etym. XIII 19, 6 13—p. 235, l. 7 cf. Baed. De locis sanctis 10 (XXXVIIII CSEL p. 315—316)

1 maximi *V* 2 maximam] magnam *B* 3 tendit *Bp.r.* 4 laberetur M^2*a.c.m3* se laberetur *A* eo *om.* M^2 6 in *s. l. Vm2* schaphas *A* scafas M^2 *C cet.* 8 celerandae M^2 celebrandi *H,Aa.r.* acceleranti (ac *s. l. m2*) *B* 9 ipse *B* quadam *αV* ambitus *αV* 10 amplissimos *B* longitudine *αV* centum quinquaginta *B* extendit *HB* 11 stadiia M^2 latitudinem *HZ* longitudine *B* 12 sibi *om. Z* unde] *add.* et *BZαV* genesar *BZV Isid. Baed.* gennessar *C* genessar *A*, *Cp.c.* gennesar *Vp.c. m2* 13 eloquio (*s.* uocabulo *m2*) *B* aqua *αV Baed.* dulces *H,Bp.c.* 14 abiles *B* pustris M^2*a.c.m3* plaustris *A* 16 est] es M^2*a.c m3,CV* rigori M^2*a.c.m3* 17 paludis (i *in ras. m3*) M^2 18 in *om. αV* more *αV* sed *om. A* 19 frequentibus *αV* inspirantibus *A* 20 ac] et *Z* mellior *Aa.c.m2* quis (s *in ras.*)*B* 21 estu bis *A* 22 noctibus] *add.* aquam *B* potuit *CV* 23 ritu] rigore *B* arbitretur] *mg.* ł uideatur *B* quoque *om. A* gustu *Bp.c.*,*Baed.*

statu et specie quam in alio lacu praestantiora. res exigere uidetur ut Iordanis ortum quem alibi promisimus aperiamus. nam superioris aeui dubio, utrum de lacu cui Gennesar nomen Iordanes exoreretur, Philippus tetrarches Trachonitidis regionis falsam opinionem redarguit erroremque absoluit mittens paleas in Fialam, quas in Panio fluuius ebulliuit. unde liquet non exordium esse Iordanis in Panio sed fluentum. non enim ibi fons eius est, ut ab eo ceterorum usu fluminum coeperit, sed de Fiala eodem subterraneis deriuatur meatibus. ibi iterum quasi fons scaturrit atque emergens proditur. est autem Fiala in Trachonitide terra CXX interiactis stadiis usque ad urbem Caesaream. Fialae autem nomen species dedit quasi rotae qualitatem exprimens, quod ita iugiter plena est aquarum, ut neque superfluant nec rursus aliqua deriuari minutione intellegantur. inferius itaque mensura quadam labitur aqua et ubi Panium est rursus ebullit, ut paleis resurgentibus manifestatum est. ita ibi Iordanes resurrexisse proditus est, ubi nasci a superioris temporis uiris aestimabatur. nec tamen a principio eadem Panii nisi sola naturalis gratia, sed regali Agrippae munificentia ornatus loco uberior splendidiorque additus, quo speleum decore admirabili, per quod sese attollit Iordanes, extructum uenustatumque accepimus. unde non latenti iam neque abdito per caua terrae meatu sed uisibilli per terras atque aperto flumine incipiens se superfundere, Semechonitin

2 alibi; cf. I 35, 3 3—p. 235, l. 7 cf. Adamnan. De locis sanctis II 19 (XXXVIIII CSEL p. 268)

3 dubia M^2 *a.c.m3* utrum] *add.* cui *del. C* lacui M^2 *a.r.* cui *om.* M^2 *A* genesar *BZCV* 4 nomen] *add.* flumen *Z* exoriretur M^2 *p.c.m3*,*HZA*,*B a.c.* philipphus M^2 tetharches (s *a m3*) M^2 tethrarces *C* rachonitidis M^2 *a.c.m3* 6 fiola *B* 7 in Panio *om. H, s. l. B* 8 ibi *om. B* usus M^2 *Z*α*V* 9 fiola M^2 *BCV* eadem *A* deriuatus *HZ* 10 scaturit *H*,*B a.c.* 11 producitur *B a.r.*,α*V* thraconitidae *CV* 12 interiacentibus *HBZ*α*V* interiectis *Adamn.* fiolae *B*,*Z a.c.* 13 rota *CV* aequalitatem α*V* 14 ut *om. CV* superfluat *C a.c.* 17 manifestum *B* 18 iordanis M^2 *p.c.m3* superioribus *B a.c.* 19 temporis *om. H, s. l. B* 22 speleum *sic* M^2 *C* 23 uenustatemque α*V* non] *add.* iam *Z* iam *om.* M^2 *Z* 24 abdito (b *in ras. m2*) *C* meatum *B* meatus α*V* uisibiliter *Z* 25 sese perfundere *H* seme chonitim *H* semper concidit in (*s.* semochomti) *B* semetconitin α*V*

lacum paludesque eius intersecat. inde quoque cursus suos dirigens CXX stadia sine ulla interfusione progreditur usque ad urbem cui Iulias nomen. postea lacum istum qui Gennesar dicitur medio transit fluento, quibus ex locis plurima circumuagatus deserta Asphaltio suscipitur lacu atque in eum conditur. itaque duos lacus uictor egressus in tertio haeret. praetendit autem regio Gennesar eiusdem nominis 2 lacum, de quo et ipsa uocabulum adsumsit, mirabili naturae gratia et specie pulchritudinis. nam et spontaneos fructus soli ubertas ministrat, et nemorum ferax in uniuersa genera sponte se subrigit arborum pomiferarum, et culturae sollertia imitata naturam in quos uoluit usus opimae fecunditatis deflexit gratiam, ut nihil sit illic quod natura negauerit, nihil quod cultura praeterierit. aer aptus omnibus nec ullis umquam alienus fructibus, cuius tanta temperies ut omnium nascentium conueniat diuersitati. illic et quae frigore aluntur sese multipliciter effundunt et quae aestu fouentur, illic aestiua hibernis mixta simul aspicias arctoas nuces et dactylos nisi locis feruentioribus generari nescios. quid ficus aut oleas loquar, quas caeli mollior alit tractus? nec tamen aequantur illis superioribus. illi enim principales Palestinae et quidam domestici fructus eoque uberiores, hi suppares et licet longo interuallo sed tamen proximi. dicas naturae et temporum iucundam contentionem: illa quasi mater fecunda omnia creat, horum temperies quasi bona nutrix molli fotu uniuersa educat. itaque non solum affatim generantur po-

§ 2 cf. BI. III 516—521

20 cf. Verg. Aen. III 133 23 cf. Verg. Aen. V 320

3 malias *A* genesar M^2 *BZαV* 5 asfaltio M^2 *HZ* asfalti* *B* 6 absconditur *Bp.c.* 7 genesar *BZαV* eius M^2 nomine *H* 9 pulcritudinis *C* 11 sese *H* sollertiam *B* 12 natura *B* 13 sit—nihil *om. H* 14 praeteriit M^2 *a.c.m3* aer aptus] electis *in ras.* (*mg. m2* Ita******)*B* et aptus *αV* 15 alienis *B* 16 et *eras. B* 18 aspities *A* aretoas M^2 noces M^2 *a.c.m3* dactilos M^2 *HZ* dactiles *A* 19 nisi] *add.* in *m2 B* quid] *add.* de *B m2* ficus aut *suppl. m2 B* ficos M^2 *Z* 20 oliuis (*ex* oleuis) *B a.c.m2* 21 illi] illic *B* principales] aequales *H* palestinam M^2 22 quidam] *add.* est ibi *B* quidem *H* uberiores] superiores M^2 his ut pares *B* his apparent *A* 23 proximis M^2 *a.r.* proximo *Hp.c.* ędicas *in ras. m3* M^2 24 faecunda *C* 25 creat, horum] creatorum M^2 26 uniuersę doceat (*s. l.* docet *m2*) *A* uniuerso dicat (v *s.* i *m2*) *Z*

morum diuersitates sed etiam conseruantur, ut aliqua genera maxima parte anni non deficiant, reliqua omnia tota anni aetate usque ad finem supersint. nam et uuae et ficus, quae sunt in insitiuis regalis cuiusdam gratiae, decem mensibus sine ullo defectu redundant, et reliqui fructus ramorum, quos uel uolentia rura sponte propria procreauerint uel ingenerauerit industria humana, ministerium suum, nisi nouis succedentibus, usu quodam administrantium deserere non norunt. ad hanc naturae fertilitatem et aeris temperiem accedit et fontis gratia, qui memoratam regionem genitali quadam inrigat infusione. Capharnaum nomen ei, quam Nili fluminis uenam haut superfluo quidam aestimauerunt, non solum quia inpinguis arua opimat, uerum etiam quia huiusmodi creat piscem, ut coracinum putes qui in Alexandrino lacu ex Nili infusione reperitur. locus quoque de nomine lacus dictus praetendit in longitudinem XXX stadiis, in latitudinem XX. quoniam de natura loci diximus, ad consummationem proe-
3 lii regrediamur. praeparatis itaque ratibus secundum praeceptum suum manum militarem inposuit Vespasianus, quae insectaretur eos qui nauigiorum effugio pestem euaserant. quid igitur facerent non reperiebant. nullus in terris salutis locus, circumfusa hoste omnia, nulla in aquis fugiendi potestas utpote lacu clauso et undique Romanis circumdato, nulla etiam in exiguis myoparonibus resistendi fiducia. quid enim pauci aduersum plurimos facerent ratibus adpropinquantibus? tardior quidem harum adpulsus et efficacior excursus nauigiorum, sed sine ullo sui uulnere soli clypeorum

§ 3 cf. BI. III 522—531

6 cf. Verg. Georg. II 500

1 conuersantur *B* 3 ficis *H* 4 in *om. M² H, s. l. B* insitiuae (is *s.* -ae) *B* regales *Ḃa.c.* 5 redundat *M²* 6 procreauerint] praecauerint *V* ingenerauerint *BA* ingenerauit *Z* 7 nobis *M²* nouis (u *in ras.*) *C* 8 nouerunt *A* 11 cafar. *M² HBZ* 12 haut] haustu *B* aestimauerint *B* 13 inpinguis] inriguis *H*, (*om. m1*) *s. l. m2 B,Z* opimat] optimat, *add.* meatibus *B* 14 corachinum *BαV* 15 repperitur *M²* ductus *M²* 16 longitudine *BA* latitudine *BαV* 18 progrediamur *HB* 20 effugium *M²a.c.m3* 21 repperiebant *M²* nulla *M²* saluti *HZ* 23 ut puto *M²* cluso *M²* 24 myoparronibus *M²a.r.* meoparonibus *Bp.c.* mioparonibus *A* 25 aduersus *CV* aduersos *A* 26 excursus (con *s.* ex) *B* 27 nauigiorum—uulnere *om. H* solum *A*

repercussis spiculis crepitus audiebantur. adpropinquare non audebant Iudaei, nec inpune quisquam scapha propius accesserat, cum de proximo facile uel telorum figeretur ictibus uel ratibus demergeretur, et si qui enare uel emergere temtauisset, sagittae iaculo insertus miserabilem in fluctibus uitam deponeret. nec diutius resistere potuerunt, cum diuerso genere minuerentur. namque paulatim concurrentibus plurimis ratibus ad litora cogebant Romani maximum numerum nauigiorum. atque illic coartati aut in terram desiliebant ibique a Romanis interficiebantur, aut caedebantur ab his qui de ratibus urguebant, aut concursu ratium proterebantur, aut ipsi se in lacum deiciebant, cum in scaphas eorum hostis insiliret. cerneres mixtas sanguine aquas, plenum cadauerum lacum. nulli enim parcebatur quicumque occurrerat. grauis odor, taeterrimus faetor locorum. VI milia Iudaeorum, cum superioribus tamen, et DCC eo interemti proelio. uictor Vespasianus Taricheas reuertit. 4 illic regionis populum ab urbano discernere parabat, ut qui non fuerant auctores seditionis reseruarentur. sed plurimorum consilio qui tantam superesse multitudinem, quae posset recidiua proelia resuscitare, paci aduersum et inutile locis arbitrarentur — ubi enim consisterent patria excussi? quibus se alimoniis sustentarent exsortes omnium nisi rapto uiuerent? — sententiam flexit et inspirata uenia mortis praecepit ut egrederentur ea porta, quae esset e regione Tiberiadis, atque ad eam urbem contenderent. facile crediderunt quod exoptabant. coepere egredi sed praeoccupato itinere omni commeantia Iudaeorum clausere agmina atque in urbis

§ 4 cf. BI. III 532—541

23 cf. Verg. Aen. VII 749

2 scafam M^2 scafa *cet.* 3 cum (*s.* quia) *B* de *s. l. m2* M^2 uel *eras. B* 5 sagitta *A* fluctus M^2 8 pluribus *H* cogebantur M^2 9 ilico artati $M^2 BZ\alpha V$ illi coartati *H*; *emendaui* 9 aut—interficiebantur *mg. suppl. A* 10 aut—urguebant *om. A* 12 *alt.* in *om.* α scafas $M^2 HZ\alpha V$ 13 mixtas] *add.* in *B* 16 VII *HV* quinque *A* 17 tariceas *B* cariceas *A* 18 illius αV 20 concilio M^2 super se M^2 possit M^2 *a.c.m3 HZ* 21 recidiua *om. Z* recidua *HB* pauci M^2 22 patriae *H* 23 raptu M^2 *a.c.m3* 24 sperata $M^2 BZ$ separata *H* praecipit *B* 28 omni *om.* αV omnia *Z* commeantium *B* commeantia et *A*

stadium introduxere. ingressus quoque Vespasianus spectata aetate uel robore omnium, quos sibi statui praeceperat, elegit VI milia iuuenum ualidiorum, quos Neroni in Isthmon direxit. senes autem et inualidos MCC iussit necari, reliquorum XXX milia CCCC uenumdedit. uniuersos autem quicumque de partibus regni Agrippae reperti sunt regi donauit, quos aeque rex accepto pretio in seruitutis obsequia transcripsit. praeterea populus alius Trachonitidis et Gaulanitidis regionis et Hippeni et Gadaritae tamquam belli excitores et perturbatores concordiae, deserentes propria incursantes aliena, qui sumtis armis pacem uiolauissent, iustas et debitas pro flagitiorum meritis poenas dedere.

LIBER QVARTVS.

I. Extinctis Taricheis maxima ex parte Romani Galilaeis urbibus ac finibus potiebantur, nisi quod Gaulanitidis regionis urbs Gamala contumacis populi alebat spiritum locis nixa asperioribus. namque ea in monte est sita. dextra laeuaque praeruptis circumcisa rupibus, ad summum artatur, a fronte absciditur profundo hiatu, in posteriora aliquantum diffunditur, ab ea quoque parte angusto difficilique accessu ut caudae simile iter iudices ad urbem meantibus; a summo uertice collum in inmensum extendens ut arcem tamquam caput praeferat atque in sublimem erigat

I § 1 cf. BI. IV 1. 10. 5—8

1 egressus *HB* expectata *H* inspecta *B* 2 robur *αV* 3 VII *H* in *om. A* sthomnum M^2H histhomnum *B* isthonum *ZC*, (h *s. l.*) *V* insthonum *A* 4 senes—iussit *om. A* ualidos *B* mille et CC M^2 5 $\overline{\text{XXX}}$CCC M^2 XXX milia quadringentos *C* uendidit *BZ* uenundidit *CV* 7 acceptos *B* 8 populos alios *H* thraconitidis *CV* traconitidis *BA* gaulanitidis (ulani *in ras. m3*) M^2 9 hipenni *BZ* hippenii *CV* hipenii *A* gadastae *αV* excitatores *ZA* 10 turbatores M^2 11 uiolassent *B* FINIT LIBER III INCPLIBER IIII M^2 EXPLICIT LIBER TERTIVS INCIPIT LIBER QVARTVS *HBZCV* INCIPIT LIBER QVARTVS *A* 16 urbs *om. H* spiritus *HB* locis—summum *in ras. m2 C* 17 asperibus *H* a superioribus *B* 18 leuaque M^2C leuatur *A* praeruptis—artatur *om. A* circumcisis a (*exp.* cisis, *s.* circa *m2*) *B* artatur] arator M^2*a.c.m3* 19 absconditur *HB* 21 similem *Ba.c.* iter *om. B* inter M^2 22 ad summum M^2*a.c.* in *om. B* 23 archem *CV* proferat *BA* sublimitatem M^2

altitudinem exilis a principio et tamquam sinuato cliuosis anfractibus solo atque in profundum demerso, deinde quasi tenontem quendam ceruicis medio attollens, cetera praerupta atque inuia. unde plerique a superioribus Camelam uocitatam putant, quod formam camelae praeferat, sed corrupto incolarum usu Gamalae nomen urbi inhaesisse. iam si contexta aedificia spectes, suspensam urbem arbitreris et maxime septentrionalia eius pendere existimes, reflexa paulisper meridiana. addiderat huic quoque urbi munitiones 2 Iosephus, quibus freti et confluentis eo multitudinis numero regis Agrippae per VII menses obsidionem luserant. nam et ipsa et Sotanis et Seleucia regni eius portiones erant, Seleucia iuxta amoenissimum illud et celebre per Syriam Daphnes nemus, cyparissis arboribus intextum, scatens fontibus quibus praetermeanti fluuio loci, quem minorem Iordanem uocant, nutrimenta quaedam lacteis uberibus infundit. ea tamen ciuitas et Sotanis superior Gaulanitidis portio inferior Gamalis, unde et studiis dissonantibus illae societatem Romanam elegerant, haec rebellabat adeo pertinaciter 3 ut cum rex propior muris alloqui eos uellet fundae iaculo sauciaretur. cuius iniuria Romani accensi uehementius incubuere obsidioni, conflictumque promtissime a parte utraque, quoniam a Iudaeis quoque, qui regem proprium uiolauissent utilia suadentem, sine ulla uenia se futuros aestimantibus si uincerentur, totis uiribus decernebatur. Agrippa ita- 4

I § 2 cf. BI. IV 9. 10. 2—4 § 3 cf. BI. IV 14—16 § 4 cf. BI. IV 14. 17—29

1 tamquam]iam *A* 2 dimerso M^2*a.c.m3,HZ* dein *HB*α*V* 3 montem *Ba.c.* temonem *Z* tendentem α*V* ceruices *H* 4 camalam *Zp.c.* camellam α*V* 5 camellae M^2*a.r.*, α camelli *V* 6 camelae *B* gamelae *H*α*V* inhaesit α*V* 7 expectes M^2*H*α*V* arbitrare *HB* 8 septemtrionalia M^2 existimas *Ba.c.* 9 meridiana] media Nam *B* addiderat] *add.* et *A* 10 eo *in ras. B* 12 sothanis α*V* seleuchia *Cp.c.*, *A* seleuchia *CA* 14 persarum dafnis *B* dafnes M^2*BZ* dafne *H* cyparissis (*mg.* ł expressus) *B* cypressis *A* 14 scatenis M^2 15 quibus *om. A* praetermeans fluuius eius loci *B* iordanen *ZC* 16 lacteis (*s.* ł letis) *B* 17 portior M^2, *Ba.r.* potior *Bp.r.*,*Z* 18 inferiora M^2 19 haec] *add.* adeo *B* adeo *eras. B* 20 proprior M^2*CV* 22 obsidionis M^2 a parte] aperte *H* 23 a *om. B*α*V* iudaei *B* quoque *om. B* propium M^2 uiolassent *HB* 24 suadente M^2 se *om. B* aestimantes *B* 25 decernebant *Ba.c.* decertabatur α*V*

que saxo dextrum percussus cubitum bello excessit, Romani urbem inrupere. cessit enim hostis missilibus, murus arietibus. nam illi qui machinas inpediebant nequaquam diutius resistere potuerunt, et murus trino ariete conuulsus peruium obsidentibus in obsessos iter praebuit. sed ea res festinationis inpatientia non mediocrem uictoribus cladem inuexit. namque ubi sese infudere domiciliis, dum perscrutantur uel praereptum ire spolia contendunt, cedentia domorum angusta ponderi, nutantibus fundamentis, ruinam traxere et proxima quaeque proximis inlisa excidio erant. multi Romanorum illis inuoluti casibus in uictoria pestem incidere. plerique praeiacientes se lapsis aedibus occupabantur, alii lacero corpore uix semineces eruebantur, plerosque puluis necabat. caedebantur angustiis artati, desuper quoque mulieres et inualidi senes et qui de iunioribus refugerant saxa in subditos deiciebant uel quaecumque genera telorum occurrerant. caligo infuderat omnia prospectum eripuerat mentem confuderat. ignorantia quoque exitum non reperiebat. uix itaque subtrahentes se periculis urbem excessere. Vespasianus interea dum urguet hostem in interiora urbis concesserat mediusque inter agmina circumfusa hostium bellum accendebat. neque enim terga hosti dare tantum conueniebat uirum neque tutum putabat. in Syriam direxerat filium Titum. excitauit notae uirtutis conscientiam et sese in arma colligens consertis clypeis cum paucis quos praesentes habebat inperterritus stetit quasi in quos sese excuteret considerans. cuius impetum reformidantes Iudaei

§ 5 cf. BI. IV 30—38

25 cf. Verg. Aen. X 412

1 saxo] *add.* in *B* dexterum *HBZ* 2 missibilis M^2 missibilibus M^2*p.c.m3*, *αV* 3 nam] *add.* et *BZ* 4 peruius *HB* 5 res *om. B* 6 inflexit *A* 7 infundere *H* domi *Ba.c.* perscrutant *A* 8 praeruptum *H* per praeruptum *A* praeripere (*om.* ire) *B* 9 pondere *B* ruina *CV* texere *αV* 10 quoque *A* 12 praeiacent M^2 praeiacientis *H* praeiacentes *ZαV*se *om. HαV* relapsis *H* elapsis *CV* elapsi *A* sedibus *A* 13 lacerato *B* seminece *H* seruabantur M^2H puluis]plus M^2*a.c.m3* 14 caedebantur *om. αV* 16 reiciebant M^2 uel *om. A* 18 repperiebat M^2BA 19 urbe *HZ* 20 urgeret *Va.c.m2* 22 neque enim] Nam neque *Ba.c.m2* dare hosti *B* tantum *om. B* 23 neque] *add.* id *B* 24 unde *ante* excitauit *B* noctae *H* notam *B* 25 armis *B* 26 quo *αV* se *B*

minore ui insistere coeperunt et metuentes sibi quisque laxare aciem. ita Vespasianus hosti aduersus paulatim gradum rettulit proeliantibus magis similis quam cedentibus. illic decemprimus cecidit Butius multis ante bellis probatus et aduersum Iudaeos notae uir experientiae et ualidae fortitudinis. centurio quoque cum decem aliis Syris rem egregiam fecit ac memorabilem. nam in ipso tumultu cum Romanos urgueri cerneret, in abdita cuiusdam domus sese contulit atque ibi inter cenandum cum Iudaei conloquerentur, quae Romanis machinati forent, nocte intempesta omnes eos interfecit et cum militibus Romano sese exercitui repraesentauit.

II. Vespasianus autem ubi maestum exercitum aduertit plurimorum amissione et maxime deserti ducis pudore, quod eum solum intra urbem hostium dereliquissent, cum summa eos gratia consolabatur dicens: ‘si mei sors periculi uerecundiae uobis est, nec ego sic ad bellum processeram ut declinarem pericula sed usurparem; sin uero quia et de nostris plerique interfecti, nequaquam mirandum; quando enim uictoria ulla sine sanguine est? habent proelia suos euentus. etsi spectata uirtus praeeminere soleat in bello, solet tamen aliquid licere casibus. sed prudentis est in aduersis lapsum corrigere, in prosperis moderationem tenere; contra autem rudis cuiusdam atque ineruditi ingenii secundos semper successus praesumere quasi non aduersum uiros certamen sit, infirmi autem lapsu aliquo summae rei diffidere, cum exiguis momentis subito inclinentur omnia quae in bello geruntur. itaque ille praestantissimus qui inter aduersa sobrius

II cf. BI. IV 39—48

25 cf. Horat. Serm. I 1, 1—8

2 aduersum *HB* 3 proelianti *B* cedenti *B* 4 illi exprimus *H* Butius] totius *A* 6 syriis *αV* 7 in *om. B* 8 urguere M^2 domo *CV* domus, *add.* parte *B* 10 macchinati *C* eos *om. Z* 11 cum] *add.* decem *A*; *cf. l. 6 et lect. cod. Iosephi V apud Niese* exercitu $M^2 p.c.m3$, *HB* 15 consolatur $M^2 a.c.m3$ 17 uere M^2 quia—nostris] qui (a *s. l. add.*) ibidem nostri *B* 18 interfecti] *add.* sunt *B* nequaquam] *add.* hoc *B* mirandum] *add.* est *B* 19 illa $M^2 a.c.m3$ habent] *add.* enim *Z* 20 etsi (si *s. l.*) *B* expectata M^2 praeeminire $M^2 a.c.m3$ praeminere *BZαV, om. H* soleat] sola eat *H* 22 corruere M^2 corrigere *in ras. m2B* 23 ingenii] *add.* est *B* secundo *Ca.c.* 24 aduersus *A* 27 praestantissimus ille *V*

conluctatur casibus et supplantat superiorem seque reparare et corrigere proprias quaerit prolapsiones. at uero incuriosior suis saepe motibus cadit et dum inruit incautus impetu suo fusus procumbit. quodsi hoc saepe accidit ubi nuda uirtus, quanto magis in bello ubi diuersi generis conserta decernunt agmina, nec unum consilium nec consors sententia est, locus aduersus difficilis asperitatis, iniqua in angusto decernendi condicio plurimis aduersum paucos, cum et ipsa multitudo sibi oneri sit et pauci in pluribus minus frustrentur. sed haec ad momentum saepe obrepunt, quae non ex uirtute ueniunt sed casu accidunt. unde nihil est quod uos angere debeat, commilitones, quia non per infirmitatem aliquam manus uestrae neque per fortitudinem Iudaeorum uersae res, sed difficultas locorum nobis ad uictoriam inpedimento fuit, illis ad differendum morae. neque quicquam est quod argui possit, nisi inconsultus impetus atque inconditus. etenim dum ad superiora urbis illos sequimini atque inruitis in domos eorum, ipsi uos periculis inplicauistis. quorum successistis hospitia suscepistis pericula. tenebatis urbem, quis uos coegit introrsum pergere? descendere ad uos hostis debuit, non uos intemperanter ad uictoriam immemores uitae ac salutis contendere. reparate igitur animos et de uirtutibus uestris non solum consolationem, sed etiam quod amplius est uindictam praesumite. me certe habebitis praeuium pugnae. estote parati animis, pericula uos fortiores fecerint non timidiores. facile est iniuriam soluere si uirtus se recognoscat.'

III. His dictis accendit militum fortitudinem, quibus reparantibus uallum plerique per praerupta subtraxere se

III § 1 cf. BI. IV 49—51. 56. 62

9 cf. Sall. Iug. 58, 3 12 cf. Eccle. 10, 18 25 cf. Matth. 24, 44

1 isque *B* 2 colligere *BACp.c.* praelapsiones *B* incurior *Ba.c.* incursior αV 3 incatus M^2*a.c.m3* 6 decertant αV sententiae α 7 difficiles asperitates *BZA* in qua angusta decertandi αV 9 in *om.B* minus *in ras.m2V* frustentur M^2 10 abrepunt *A* 11 quo *B* 14 inpedimentum M^2 15 ore M^2 16 ni *H* 17 secuti fuistis *B* 18 inruistis *B* inplicabistis M^2 19 succes.] suscepistis *B* hospitia] pericula M^2 21 intemperantes *Z* intemperantem *A* 24 habetis αV 25 animis] armi (*add.* s *m3*) M^2 27 sese *CV*

obsidioni. nam iam et alimoniae inopia incessebat et infracta muri cessura machinis arbitrabantur, unus deinde fons intra urbem et ipse muris proximus erat. quae res eos in summo timore posuit ut frequentissimi dilaberentur. qui uero permanendum putarunt pertinaciter proeliabantur. interea 2 Romani turrem altissimam suffodientes ui maxima subruerunt, quo casu concussa ciuitas, perturbati omnes totius urbis pauentes ruinas. unde et Chares aeger corpore, tanti terrore sonitus exanimatus mortem impleuit. Romani tamen 3 patefacta urbe ingressu abstinuere, donec Titus regressus et dolore paterni periculi excitus cum paucis in urbem inruit et maximam Iudaeis cladem inuexit. tamen qui in superioribus erant saxa uoluentes accessu prohibebant Romanos, spicula torquebant, sagittas iaculabantur. a Iudaeis inpulsa facile in pronum saxa deuoluebantur, missilia perueniebant, descendebant sagittae non sine eorum periculo quos offenderant. Romanis aduersum editiora montis iactus inefficax, conatus inritus atque ipsis periculosus, cum subito orta uenti procella Iudaeorum retorquebat sagittas, repellebat spicula; quae uero Romanus exercitus iaculabatur, in hostem ferebat. ita elementorum ipsorum repagulis et uentorum turbinibus oppressi supremo excidio captae urbis uniuersi quicumque illic reperti sunt interiere. IIII milia tamen a Romanis interfecta, V milia praecipitio perisse accepimus, nulli aetati uenia data.

IV. Gischala adhuc sola de partibus Galilaeae in se hostem non conuerterat, quoniam incolarum eius quietiora

III § 2 cf. BI. IV 63—68 § 3 cf. BI. IV 69—83 IV § 1 cf. BI IV 84—86

1 incessabat *HCV* infracti (*mg. l* infracta) *B* 2 cessura (s *alt. in ras. m3*) M^2 macchinis *CV* 4 remanendum *B* 5 putauerunt αV 6 turrim *Zp.c.* ui *om.* αV 8 charis *B* thares *CV* hares *A* 10 ingressu] ingressum αV regr.] ingressus $M^2 \alpha V$ 11 excitatus *Z* ruit *H* 13 accessum $M^2 \alpha V$ romanus M^2 romani αV 14 torquebat M^2 iaculabatur M^2 a *om. A* et a *B* 15 inpulsa *om. B* facile inpulsa M^2 in *om.* M^2 aduoluebantur αV 17 qui suffoderant *B* editis αV montis *s. l. B* *om.* αV 18 subito—procella *om.* αV 19 uenti *om. H* repellebat] retorquebat *B* 21 repaculis M^2 23 illic *om. A* interire M^2 26 gisghala (h *s. l.*) M^2 cischala *B* giscala *Ca.c.* galilae *Ca.c.*

ingenia utpote plebis agrestis contenta suis fructibus nihil bellicum ferebant, sed multorum coalitu, qui latrocinio uitam exercerent suam, etiam mitiorum studia prauis moribus, corrumpebantur. erat praeterea uir, Leuis Iohannes nomine, indigena populi lues, dolis nulli uersutorum secundus, inprobitate parem nescius, cui numquam defuerit nocendi affectus, aliquamdiu tamen fuerit inopia exercendae iniquitatis impedimentum — quid tamen definiam haut liquido scio, utrum eum indigentia texerit an represserit —, doli callidus, fallendi artifex, doctus mendaciis fidem quaerere et credulitatem conpositis adsciscere, qui fallaciam uirtutem putaret et elegantiae duceret carissimos circumuenire, promtus ad conspirandum uehemens ad audendum acer ad efficiendum, conturbator in otio desertor in periculo, adsuetus latrociniis bellorum insolens, quae cum persequi nequiret, sereret tamen parandae causa dominationis. huic igitur animus inquies, promta audacia quam processus alebant,
2 opesque ad sociandam perditorum manum. unde cum eius factione memoratae urbis populum excitari ad bellum Vespasianus conperisset, ne totum exercitum defetigaret, filium Titum cum M equitibus direxit, quibus comitatus ad urbem adpropinquauit. sed ubi muros populo uidit refertos, mirari se ait quod eorum exemplum sequerentur ad rebellandum, quorum excidio resipiscere debuissent. esto tamen ut prima temtamenta habuerint aliquid praesumtionis, quid uniuersorum exitia spei praeferrent? ueniabiles certe fuerint in prin-

§ 2 cf. BI. IV 87. 93—96

3 cf. Ter. Heaut. 143 (lectio cod. Bembini) 14 cf. Sall. Hist. I 77, 7 M

1 plebs *Z* 4 leuis] *codd.* Leui filius *Weber* 5 et *ante* lues *eras. B* 6 inprobitatem *αV* defuerat *Z* 8 inpedimento *BαV* 9 sciam *αV* 11 crudelitatem *αV* qui* *C* fallacia *αV* 12 eligentiae *Ba.c.m2* elegantia *α* eleganda *V* ducere *αV* 13 audiendum $M^2HαV$ eficiendum M^2 14 initio $M^2αV$ 15 qui *B* 16 causas *B* igitur *s. l. m2C* 17 inquietus *H* inquis *Ca.c.* habebant (n *s. l.*) *C*, *V* processu thabebant *A* 18 ad sociandam] associandam $M^2p.c.m3$ ad sociandas *Z* ad consociandam *HBCV* ad consociandum *A* manus *Z* 19 factione] accusatione M^2 20 defatigaret $M^2p.c.m3$,*HBZCV* fatigaret *A* 22 uidet *Z* 23 ait] ut *H om.* M^2 eorum] iudaeorum *B* 24 ut] quod *A* 26 ferrent $M^2·p.r.$, *HBZαV* ueniabilis $M^2p.c.m3$ *HZαV*, *Bp.c.* fuerit *HZαV*, *Bp.c.* forent *Ba.c.*

cipio spes libertatis, inexorabilis tamen est in ultimis et desperatis rebus perseuerantia. nam qui non exemplo humanitatis, non sedulo uerborum monitu flectuntur, aduersum eos non uerba sed arma necessaria sunt. muris fiditis quasi aduersum Romanorum uirtutem ullos protexerint. quid aliud possunt clausi praeferre, circumsessi praetendere nisi quod in captiuitate audaces sint? nemini erat loquendi potestas. 3 occupauerat omnem murorum ambitum praedatoria manus. cauebat Iohannes ne quis conloquio familiari Romanos inuitaret. itaque ipse praeripuit sermonis relationem, dicens libenter se tractatum suscipere de rebus communibus nec experiendi usum declinare, si forte ipse utilia suadeat aut his quae referuntur adquiescendum sit, sed prohiberi se lege patria, cum supersit ebdomadis sacrae dies, tractare de pacis condicionibus, siquidem ut mouere arma interdictum, ita etiam inlicitum consulere de pace feriatis diebus. etenim ad negotium uerbis saltem decernere et illis sacrilegium qui cogerentur, nec illis inultum qui cogerent. ueniam se unius diei poscere, dilationem tam exiguam nequaquam impedimento futuram. neque enim circumfuso hoste effugium clausis liberum. offerri sibi arbitria pacis? tam aequabili optione formidinem abesse, urgueri se interim non oportere ad pacis consulta quibus religioni esset legem patriam praeuaricari. conuenire autem tam liberali pacis oblationi, ut qui praeter spem sponte offerat pacem, ne quis periclitetur, euasuris etiam leges suas reseruet. haec sine dolo Titus allegata arbitratus receptui cecinit et reuocauit a muris quos secum deduxerat. ita Iohannes fugiendi adeptus copiam nocte 4 intempesta cum plerisque abscessit. sequebantur etiam mu-

§ 3 cf. BI. IV 97—104 § 4 cf. BI. IV 106—111

3 aduersus *B* 4 fuditis M^2 *a.c.m3* findistis *Ba.c.* 6 circumsessi] circumire (i *alt. ex corr. m3*) si M^2 quod] ut *B* 7 capite *B* captiuitatem *CVa.c.* sunt αV 10 docens *H* 11 libenter *s. l. V* 13 prohibere *Ba.c.* se *om. Z* 14 sacra *Vp.c.* 15 more *Ca.c.* 16 diebus *s. l. B* -enim *om. Z* ad] de M^2 *p.c.m3*, *HBZ* a *A* 17 negotio M^2 *p c m3*, *HBZ* αV uerbi $M^2 Z$ urbis αV illi *CV* 18 ultum *Ca.c.* se *om. B* 19 tamen αV 20 clausis] lapsis *A* 22 obesse *H* abesse (*s. l* obesse) *Z* 23 religionis *H* αV patriam] *om. H add.* non $M^2 B \alpha V$ 24 liberalis *HZ* oblatione *A* 26 alligata M^2 allegato *A* 27 secum *s. l. m3* M^2 28 duxerat *B* 29 obsessis $M^2 \alpha V$

lieres proficiscentem. sed quo ulterius progrediebantur uiri, eo plures mulieres uel paruuli relinquebantur desertaeque a suis spectabant pauidae uiam feminae. et cum iam uiros proprios e conspectu emitterent, hostem adesse arbitrabantur, ad omnem trementes sonum, si quis curreret, miserae conuertebantur, sese peti, sibi catenas inici trepidantes, quasi iam praesentes essent qui timebantur. Titus iuxta conuentum iam sole infuso ad urbem cum exercitu contendit. aperiuntur portae, egreditur populus cum exultatione et Romanos cum laetitia suscipit et alacritate, abisse gaudens pestilentem uirum. fugisse per noctem, sibi liberi iudicii facultatem datam, orare se ueniam ne fraudi sibi esset eius fuga, quem tenere sine sui exitio non possent. ille dilationem uindictae consolatus consummati negotii celeritate ad conprehendendum Iohannem e uestigio plurimos misit, si forte eum consequerentur. ipse urbem ingressus, minis magis quam suppliciis affecisse contentus pacis perturbatores, remisit omnibus, ne quis uel odio uel domesticis excitatus negotiis innoxios in inuidiam deduceret et grauissimi criminis pulsaret atrocitate, cum multo tolerabilius sit id quod incertum est formidini participis conscientiae derelinquere quam condemnare innoxium. saepe enim reum corrigit metus, poena autem innocentis sine ullo remedio correctionis est. Iohannes itaque non est repertus ab his quos direxerat Titus, sed reperti sunt qui sequebantur eum paruuli uel mulieres. ad IImilia fere interfecti, IIImilia autem infirmae aetatis et sexus, ubi satias necandi facta, captiuitati adiudicata sunt. custodiam militarem ciuitati inperti-

§ 5 cf. BI. IV 112—120

1 quod $M^2 \alpha V$, *B.a.r.* uult eius M^2 2 paruoli M^2 uiae *A* 4 amitterent *HBZ* 5 currerit M^2*a.c.m3* 6 inicere M^2 8 conuentus *Ca.c.* tendit *Bp.c.* 10 suscepit *HBZαV* 11 iudicii liberi *Ba.c.* 12 fraudis M^2 13 quam *A* suo *Ca c.* potuissent *B* dilatione M^2Z 14 uindictam *V* consumati M^2 consumationem *H* consummat (*add.* in) *Z*, *A* iam (*exp.*) consummatae *B* negotio *Z* 15 uistigio M^2 plurimos *om. B* 16 ipse] *add.* in *H* 18 remisit] mandauit *Bp.c.*, *ubi tamen* remisit *rursus add.* 19 innoxius M^2 20 pulsare M^2 tum M^2*a.c.m3* 21 certum *Ba.c.* participes M^2 22 reum *om. A* eum *Va.c.m2* 24 correptionis *Z* 25 sunt *om. HBZαV* 26 paruoli M^2 27 satius *αV* satis (*s.l* satietas) necando factum est *B* captiuitate *αV* 28 adiudicati *H*

uit. itaque Galilaea omnis in potestatem Romanam deducta. nam et Tabyrius mons, cuius altitudo XXX stadiorum, uer- 6
tex autem ipse campestris XXXIII stadiis iacet, penuria aquae ab aliis desertus, ab aliis orata uenia Romanis tradi-
5 tus, licet uirtute quoque et industria Placidi, cui id negotii a Vespasiano commissum fuerat, omnis conuenarum turba, dum cedentem sequitur et arte reuocantem gradum perurguet, campi medio circumfusa refugium amiserit, pestem inuenerit.

10 **V.** Hactenus circumuagari licuerit, dum templi sancti a maioribus conditi et sacrae legis contagia refugientes circa alias urbes stilum occupamus. sed iam tempus est ut quae Hierosolymis gesta sunt adoriamur non ingenio freti, sed ne patriae legi ueterique cultui nostri doloris uideamur negasse
15 ministerium. fuerit licet in illis umbra non ueritas, sed tamen umbra designat ueritatis uestigia. habet enim umbra picturae liniamenta, fulgorem non habet, nec ad summam perfecta est manum, sed diligenter intuentibus futura exprimit. et ideo minus delectat figura, plus allicit gratia. unde pla-
20 cuit rerum arbitro abolere uetera, noua condere ut ueritatem sequerentur qui per angustias infidelitatis imagines non sequebantur.

VI. Fugiens ut supra diximus, de Galilaeae partibus Iohannes ad Hierosolymitanam urbem se contulit et quasi
25 quaedam pestis infecit animos conplurium, qui ex diuersis

IV § 6 cf. BI. IV 54—61 V cf. Ambros. Explan. Ps. 38, 24 sqq. (De off. I 48, 238) VI § 1 cf. BI. IV 121. 128. 135—136. 138

15 cf. Hebr. 10, 1 16 cf. Sap. 15, 4 20 cf. II Cor. 5, 17 23 supra; cf. IV 4, 4

1 potestate $M^2a.c.m3,H$ romana H 2 taberius (a *in ras. m3*) M^2Z tabirius HBA thabyrius CV uertix $M^2a.c.m3$ 3 XXX et IIIbus $M^2p.c.m3$, (*del.* X *tert.*, et *s.l.*) B XX et III *uel* uiginti et tribus $HZ\alpha V$ iacens Z 4 orata] *add.* et impetrata *s. l.* B uenia] uita H 10 hactenus—licuerit *om.* A circumuacare M^2 licuerit (*s. l* licuit) Z licuit $Ca.c.$ sanctae M^2 11 a *om.* M^2 sacrilegii A 12 occupauimus B 14 nostro $M^2a.c.m3$ dolores $M^2a.c.m3$ 15 licet fuerit $Bp.c.$ 16 et (*s. l.*) enim habet B enim] *add.* in $C,Va.c.$ puncturae H picturam liniamenti A 18 manus αV inuestigantibus (*s.* intuentibus) B 19 adicit *in ras.* B 20 arbitrio M^2A 21 qui—sequebantur *om.* M^2 indagines H imaginem B 23 Fugiens *post* Galilaeae *praebent* αV 25 plurium H

regionibus principes flagitiorum eo quasi in sentinam confluxerant. hoc enim illi urbi maioris causa excidii fuit, quia quod sceleribus suis deferebant perditi, ut eo conuenirent plerique, ubi uel tutiores se fore crederent uel insolentiores ad flagitia coaceruanda, fidei deferre aestimabantur. recipiebantur itaque passim quasi pio templi amore defen-
2 sum uenirent. haec prima labes malorum. hinc oppressa est paucorum mansuetudo per plurimorum insolentiam, hinc itum in caedes, cum minus parceret alienus, hinc conspiratum ut legis sollemnia neglegerentur, sacerdotia a bonis ad inprobos deriuarentur, quod hominibus non solum a pio cultu sed ab ipsa legis cognitione peregrinis quid sanctum esset ignorabatur. uincti sunt primo regalis generis uiri qui resistebant, quo ceteri metu cederent, deinde necati, et ut flagitium uelaretur, quos sine iudicio peremerant missis in carcerem sicariis, eosdem adficto crimine proditionis interemtos ementiebantur. perterriti itaque uniuersi metu. quod homines potentes atque innoxii Antipas, Leuias et Foras tam facile oppressi forent, nec iam audebant resi-
3 stere. hinc eo processum ut ignobiles atque indignos substituerent sacerdotum principes et quibus nulla emerendi honoris gratia suffragabatur, hi contra meritum suum adepti sacerdotia ad omne nefas conferentum arbitrio subicerentur.
4 sed cum obuiarent sacerdotales uiri et maxime Ananus ceteris senior, ne per gratiam donaretur summi nominis praerogatiua, sortito creari principem sacerdotum expetunt, in quo

§ 2 cf. BI. IV 139—146 § 3 cf. BI. IV 147—149 § 4 cf. BI. IV 150—154

1 cf. Sall. Cat. 37, 5 7 cf. Verg. Aen. II 97

3 suis *s. l. V* 4 plerique *ante* perditi *B* uel tutiores] utiliores M^2 se** *B* forte αV 5 coacerbanda M^2HZ fidei] fieri *B* 6 defensurum αV 7 labis *Ba.c., Cp.c.* malorum (lorum *s. l.*) *C* 8 hic (*et* n *s. l.*) initium (*s. l* hinc itum) *B* incitum *uno uerbo H* 9 cum minus] comminus α hic *Ba.c.* 11 hominibus] *def. A usque ad* quoque (*p. 263 l. 19*) 12 conditione *H* perigrinis M^2 quod *BZ* 14 et *om. Z* 16 sycariis *CV* ficto *Ba.c.* 17 mentiebantur *B* 18 anthipas *CV* lebias M^2*p.c.m3, HBZ* et *om. B* 19 efforas *B* obpressi M^2 20 processu *CV* 21 et] ut *HBZ* nulli *H* nullae merendi (*s. l* meriti) *B* emereret M^2 emaerendi *C* 23 sacerdotis *CV* fas *H, Bp.r.* conferendum *B* 25 nominis] omnis M^2 26 sortio *CV* sacerdotem *Z*

nihil gratiae sed diuino iudicio committi sortis euentus aestimaretur. et reuera praetendebant ueterem consuetudinem, qua substituendos in sacerdotii principatum mos erat ad sortem uocari, euidenter autem solutionem legis operabantur. cum enim lex sacerdotalis successionis uiros ad sortem legeret, illi ad speciem de sacerdotalibus tribubus unam Eniachim nomine praesentem statuunt et sorte agi praecipiunt. tunc Phanis quidam sorte exiit filius Samuelis uicanus uir, cui non modo per principes sacerdotum ducta successio nulla suppeditaret, sed ne ulla quidem scientia muneris sacerdotalis, eo quod ruri uacaret et ideo quid esset princeps sacerdotum incognitum habebat. denique adtracto ex agris et reluctanti quasi in scena aliena persona inponitur, induitur quoque sacratum ueteri more amictum uestium, docetur in tempore quid eum facere oporteret. ita sortis euentu exposita est nequitia seditiosorum, ut ad imperitum et agrestem tanti sacerdotii functio deduceretur. sed illis ludibrio erat circumscriptio ueteris sollemnitatis, sacerdotibus dolori, qui inrideri legem a perditis flentes ingemescebant. ipsa tamen freti pietatis auctoritate et bonorum indignatione congregant sese et supra perturbatores inruunt. at illi cum et causae et numero diffiderent, ad templum quasi in arcem confugientes uelut castrum quoddam sibi constituerunt ad repellendam inruentis populi multitudinem. ac primo ante fores templi atque in ipso uestibulo siti aduersum populum proeliabantur. si qui uulneratus fuerat, interiora templi petebat, illic sanguinem suum infundens interno limini et

§ 5 cf. BI. IV 155—157 § 6 cf. BI. IV 158 § 7 cf. BI. IV 203 200—201. 204—207

1 euentum *Ca.c.* euentu *Cp.c.*, *V* 4 euidentem *H* operantur *Va.c* 6 tribus *Ca.c.* unum (*ex* -o) *B* 7 ueniachim M^2*a.c.m3*, *B* eniacim *HV* eliachum *Z* nomen *CV* 8 fanis M^2*HBZ* phanes *C* fanes *V* filium M^2 suum elis M^2*a.c.m3* 9 ductu successo M^2*a.c.m3* 10 quidam scientiam *V* 12 abstracto *Bp.c.* ex] de *Ba.c.m2* 13 in *s. l. C* 14 uestitum M^2*a.c.m3* 15 euentus M^2 16 et *om.* M^2 17 agrestem] aegestatem M^2 greste (a *s. l. add.*) *B* agrestam *V* functio *s. l. m2 Z* 19 dolentibus *in ras. B* insideri M^2 iusidere *CV* a *om.* M^2 21 congregantes *B* et *s. l. B* 22 causa M^2 *CV* archem *Cp.c.*, *V* 24 inruentes *H*, *Ba.c.* primum *B* 26 quis *HBZCV* 27 fundens *H* limiti *Bp.c.*

cruenta pauimentis saucius ora detergens. ulcera fibraeque patentis uulneris uestibus his quas non liceret illis contingere farciebantur. bellum erat intra urbem, bellum inter ciues, bellum ante templum. ne hoc quidem reueriti latrones, cum a populo instantius perurguerentur, intra ipsum templum sese receperunt et clausere ilico fores. quo obiectu reuocatus est Ananus, ne uideretur bellum templo inferre et sacratas religione maiorum perrumpere fores templi; reflexit impetum plebis et VI milia uirorum in porticibus constituit, qui muniti armis praetenderent sollicitam adhibentes custodiam. paulatim tamen emolliuit animum ut paci consuleret eo studio maxime, ne templum sanguis ciuium contaminaret, suaderet quoque mittendam legationem pacis sequestram,
8 ut bellum intestinum deponeretur. adsciscitur Iohannes ad exsequendam legationem suspectae fidei uir et affectandae potentiae succensus cupiditate. sacramentum petitur, non abnuit ne damnum periurii pateretur si negauisset. simula-
9 bat se plebi fauere ut circumscriberet. quid plura? pergit, de pace pauca praemittit, plura subtexit ad belli incentiuum dicens nomine pacis bellum inuolutum, latere insidias, parauisse Ananum Romanis urbem tradere quo sollemnitas ueterum dissolueretur, legis abrogarentur praecepta, conponens e diuerso omnia atque inuidiam in principem sacerdotum referens eorum quae ipse meditaretur. callide etiam quos sciebat illorum qui conclusi fuerant esse praesules et factionis principes incitabat paratae mortis formidine, adserens quod specialiter ipsis Ananus exitium conposuisset, uenisse se ut fraudem manifestaret, mature subsidia quaerenda prius-

§ 8 cf. BI. IV 208—209. 213. 214 § 9 cf. BI. IV 216—221

1 sauciosi (o *ex* u) *B* sauci *HCV* ulcera] *add.* grauia *in ras. B* 2 his *om. C* illis] *add.* etiam *B* 3 fa(a *ex* o)*ciebant** *B* 4 nec *Z* 6 ceperunt M^2 clausae M^2 *a.c.m3* 7 amanus M^2 *a.c.m3* 8 religioni *Z* aliorum (*s.* l maiorum *m2*) *B* templo (o *ex* um *m3*) M^2 9 constituti *Ba.c.* 11 molliuit *Ca.c.* 12 templo *Bp.c.* ciues *Ba.c.* 13 suadet *CV* 15 sequendam *HZ* susceptae M^2Z 16 successus *ZC*, (*ex* sus-) *V* 17 peiurii *C* paterentur M^2 19 ad] sed M^2 21 tradere] *add.* uelle *s. l. B* 22 legi subrogarentur M^2 *a.c.m3* legis (i *in ras.*) *B* 24 quae ipse *in ras. m3* M^2 meditaretur (retur *in ras. m3*) M^2 etiam] *add.* et *s. l. B* quo *V* 27 se *om.* M^2 28 manifestaret] monstraret *Z*

quam ab eis poena reposceretur. quid plura? pacis medius bellum accendit. eliguntur qui Idumaeos ad proelium rogent, genus mobile, inquietum, insolens, promtum ad discordias, rerum mutationibus laetum, periculi inprouidum, praeceps ad proelium. itaque sine mora flexi ueniunt, congregantur XX milia uirorum, utpote nullis terrarum intenta cultibus sed parata latrociniis. nec latere potuit Ananum aduentus Idumaeorum. denique portas claudi iubet, ne cum tumultu ingrederentur, sed si fieri posset ueritatem cognoscerent, bello renuntiarent.

VII. Ascendentes itaque sacerdotum principes murum Idumaeos de turre alloquebantur, maximo sibi esse miraculo, quod tam cito inretiti mendaciis causas quas nondum cognouerant armis persequerentur, cum oportuerit eos prius disceptatores esse negotiorum quam bellorum proeliatores et prae ceteris merita cognoscere quam arma sumere, et arma aduersus uiros sui generis, sui cultus, suae sollemnitatis. nullis amplius inrogatum iniuriae quam Idumaeis, qui ad societatem flagitiorum tam grauium concitarentur. quid enim aliud ab his nisi parricidium aduersum ciues, sacrilegium aduersum templum deposceretur? non solere diuersa inter se studia diuersosque mores conuenire. similitudo enim morum facit uoluntatum societatem et cognata studia sibi nectit. nequissimos homines, qui latrocinio sumtum exercerent suum, adrogasse sibi ut Idumaeos sibi socios accerserent, tantum abhorrentes ab eorum proposito a quibus rogarentur, ut illi patriae suae bellum intulerint, uos uero

§ 10 cf. BI. IV 224 § 11 cf. BI. IV 233—235 § 12 cf. BI. IV 236—237 VII § 1 cf. BI. IV 238—269

1 cf. Horat. Carm. II 19, 28 24 cf. Ter. Heaut. 143 (cod. Bembin.)

2 Idumaeos *om.* M^2 ad (*in ras. 4 litt. m2*) M^2 4 rerum (rum *in ras. 2 litt. m3*) M^2 immutationibus (tati *in ras. 2 litt. m3*) M^2 5 sine] ne M^2 *a.c.m2* 6 uirum *H* 8 idymaeorum M^2 11 principes, *add.* in M^2 12 idymae. *hic et infra* M^2 miraculi *CV* 16 quam *s. l. m2 C* meritum *B a.c.* 17 aduersum *HBZCV* cui cultus *CV* 18 nullius *CV* 20 aliud *s. l. V* 21 aduersus *HBZCV* 23 cognita M^2 cognata (*mg. l* cognita) *B* sibi studia nectunt *Z* 24 exercent M^2 25 ar(ar *in ras. m3*)cessere(e *ex* i *m3*)nt M^2 arcesserent *H* arcerserent *B* accersirent *Z* 27 hos *B*

obsecrauerint quasi alienam urbem defensum uenire. nihil uobis commune innoxiis cum praedonibus, nihil commune sobriis cum se inebriantibus. utinamque uini esset illa ebrietas et non furoris. qui ubi se flagitiis ingurgitarunt, dissupando proprias successiones, diripiunt aliena et male parta nequius dissupant, deterius effundunt. nullus rapiendi finis, quia nullus abligurriendi modus. ubi se uino infuderint et inpleuerint ebrietatis, publicorum eructuant crapulam negotiorum, ut nostro rursum sanguine inebrientur et sanctae inludant religioni, quae uobis uenerationi semper atque reuerentiae fuit. fugite igitur coetus parricidales et ausus sacrilegos destituite, deserite latronum conciliabula. uocati estis ad consortium sceleris: ueneritis ad remedium patriae. uidemus ornatissimum populum, quem uenire decuit publico rogatum consilio, ut urbi Iudaeorum praestantissimae, quae totius gentis metropolis habeatur, aduersum hostes auxilium foret. sed etsi nos defuimus petitioni, dum pacem speramus et fatigare uos propere nolumus, qui excitoribus belli pacem offerebamus, uos tamen, quasi diuino arbitrio ueneritis, consulite in medium et exhibete partis utriusque arbitros. quaerite unde coeperint exordia tumultus, qui cecinerit quietae urbi classicum, qui effuderint praestantissimorum ciuium sanguinem, quibus auctoribus poena exacta de indemnatis sit, qui nobis ante Romanos exitio fuerint. aduersum illos bellum parabamus et hos iam hostes patiebamur. quorum

4 cf. Ambros. Enarr. Ps. 35, 15 (Cic., In Pis. 42) 5 cf. Cic. Phil. II 65 (Naeuius fr. 54 Ribb.) 7—8 cf. Esai. 56, 12 9 cf. Esai. 49, 26

3 sobrii M^2 *a.c.m3* fuisset *Z* 4 furoris] *seq. spatium uacuum 14 litt. B* disipando (ip *in ras. m2*) M^2 dissipando *cet.* 5 mala M^2 *a.c. m2*, *Z* 6 dissipant *codd.* deterius (ri *in ras. m2*) M^2 nullus] *add.* his *Z* 8 ebrietates *HZ* publicorum] poculorum *HB* eructant *BZ* crapula *Z* 9 et *CV* rursus *HBC* inebriantur *CV* 11 parricidalis M^2 *a.c.m3* ausos M^2 praesumtiones sacrilegas *Bp.c.* 12 est *Ca.c.* 13 sceleris] *add.* si *B* uenietis *Z* 15 rogatu* *ac *B* 16 habetur *CV* auxilio M^2*p.c.m3*, *BZCV* 17 speramus (ui *s. l. add. eras.*) *B* 18 noluimus (n *in ras.*) *B*, *V*, *Cp.c.* excitatoribus (ta *s. l. et eras.*) *B*, *CV* pacem *om. H* 20 et *om. H* iudices *in ras.* (*s.* arbitros) *B* 21 cecinerint *H*, (*s.* eiecerint, *sed eras.*) *B*, *Z*, (caecinerint) *C*, *V* quieti M^2 22 urbis *H*, (i *ex* e) *B*, *CV* effuderit *Ba.c.m2* 23 auctoribus] *add.* que *m3* M^2 indig*natis *Ba.c.* 24 exitium *Ba.c.* fuerunt *Z* 25 parauimus *Z*

igitur cum Romanis suspecta gratia, eorum qui Romanos uindicant an eorum qui Romanos repellunt? grauiora haec certe nobis quam Romanorum proelia. ab illis enim pro libertate moreremur, ab istis quasi pro scelere iugulamur. simulantur innoxiis crimina proditionis et post mortem calumnia conponitur, cum cognitio poenam praeuenire soleat, non poena cognitionem. quid enim prodest defuncto absolui, cum iudicio iam nihil debeat? suscipimus tamen etiam sortem huiusmodi, ut post necem de innocentia quaeratur, et libenter apud uos quoque causam agimus nostrae defunctorumque integritatis, qui statis armati pro aduersariis. ita nulla argumenta calumniantibus suppetunt, ut apud uos quoque grauiorem causam habeant qui tam cito credidistis. bonus enim iudex circumscriptum se esse mendaciis dolet et eo est fallenti infestior quam adpetito, quod temere se inpulsum ut falsis crederet ulciscendum arbitratur. integrum igitur nobis examen reseruate et colligite ueritatem non ex contextione sermonum sed ex serie negotiorum. primum omnium cur Romanis proderemus patriam, quos potuimus et non lacessere et forte oportuerit fieri, ut non excitaremus uniuersarum uictores gentium? sed hoc non est iam praesentium partium deliberare. superioris temporis fuit eligere quid sequeremur, nunc oportet pro libertate occumbere. praestat enim pro patria mori. commodius fuerit ante bellum pacem morti praeferre, sed quia bellum in ceruicibus, multi iam ex fratribus capti, alii necati, dolor ex mortuis gemitus ex reuinctis, eligenda magis libera mors quam uita captiuitatis. subpetit tamen morituris falsi criminis abolere infamiam proditionis. apud uos, Idumaei, causam agimus: prodantur,

4 morimur (moreretur *a. c.*) *B* moriemur *ZCV* 5 morte *C* 7 defunctum *CV* 8 suscepimus *B* etiam *s. l. C* 10 causam quoque *Va.c.* 15 adpetitto *Ca.c.* 16 ut] quod *CV* arbitrabatur *Ba.c.* 17 igitur] *add.* examen *exp. C* 18 contentione M^2H contexione *BV*, (xi *in ras. 3 litt.*) *C* sermonum] uerborum *H* 19 prodere *Ba.c.* 20 prouocare (*mg.* lacessere) *B* oportuit *Bp.c.* 21 iam non est *Z* 23 sequemur *Z* 24 -ria mori *s. l. C* cum *ante* commodius *Z* fuit $M^2a.c.$ 25 pacem —bellum *suppl. mg. V* ceruicibus] *add.* est *et exp. B* 26 kapti M^2 gemitus *om.* M^2 reuincentis (i *alt. ex* e *m3*) M^2 **uinctis *B* 28 subpetit] *add.* et *H* 29 causae magis M^2CV

conscii deducantur in medium nuntiorum interpretes. si tenent indices, prodant, si non tenent, quid accusant et uanis insimulant suspicionibus, quas ipsi sibi conposuerint? non debent arguere quod non possunt probare. sed quia accusare non audent, dissupare per uulgus desiderant et ideo ad bellum prosiliunt, ne in iudicium uocentur. in bello enim concentus furoris est, in pace ueritatis examinatio. adsumus en primi, suppliciis nos spontanei offerimus, si tamen aliquis accusator prodeat. aut si in populum inuidia torquetur, quaerite diligentius quid consilii fuerit in coetu publico. nonne ut bello instructa pararentur agmina, ut pro libertate unusquisque patriam iuuaret? aduersum ipsos certe latrones quid deliberatum fuerat nisi ut pax conueniret? exasperauerat publicam indignationem singulorum dolor, innocentium sanguis, mulierum gemitus, paternorum statutorum praeuaricatio. increpuit gemitus uniuersorum, quia unusquisque sibi similia pertimescebat. ad indignissimos sacerdotia deferebantur. peti coeperunt uocibus, illi lapidibus plebem caedere, telis necare. exarsit publicus dolor, illi in templo latronum sibi receptacula constituere. itaque pacis locus reuerendus etiam gentibus et domicilium sanctitatis factum est praedonum conciliabulum, et quo ex omnibus terrarum partibus confluebatur ad cultum festae celebritatis, ibi nunc stabula quaedam ferarum sunt humano cruore madentia. licet uobis haec quaerere, uel armatis, sine lege belli tamen. fuit plerumque inter arma iudicium et iustitia deposuit belli instrumenta, conpescuit tubas aequitatis sententia. potestis haec arma ad defensionem urbis conuertere, quae sumpsistis ad euersionem. licet etiam introire sine armis, audire et percontari omnia. si quid remissum aduersum hostem reppereritis, proditionem putate. quodsi neque

6 cf. Tac. Germ. 3 24 cf. Verg. Aen. VI 179

1 medio *M²a.c.m3* 2 prodantur *Z* et] cur *in ras. B* 3 simulant *Ba.c.m3* superstitionibus *CV* quas *ex* quod *B* 4 possint *CV* 5 dissipare *M²p.c.m3, cet.* 6 iudicio *M² Z* enim] autem *B* conceptus *Z* 9 populo *Ba.c.,Z* 10 diligenter *Ba.c.m2* 15 institutorum *Z* 20 templum *HZ* 23 confluebantur *M²* 25 licet] *add.* ne *m2 B* 26 iudicum *Ca.c.* 27 turbas *B* 29 uersionem *M²a.c.m3* etiam] iam *B* 31 hostes B reppereritis *sic M² HBZ* credite (*s. l* putate *m2*) *B*

uindices uos neque arbitros exhibere uultis, quid miramini si portae armatis non aperiuntur? non istae aduersum cognatos sed aduersus arma clausae sunt. bellum deponite et portae patebunt.'

VIII. Haec ubi sacerdotes locuti sunt et maxime Iesus ceteris senior, post Ananum tamen, qui secundo loco fungebatur, indignantibus Idumaeis quod non continuo urbe recepti forent, Simon unus de ducibus Idumaeorum: 'minime,' inquit, 'mirum si aduersum ciues saeuiunt et clausos tenent qui nationi sociae portas clausere et non patiuntur consortes et participes suos ingredi, nobis de muro loquuntur et quasi aduersarios muris repellunt, quos amicos habebant. quis dubitet quod parent suscipere Romanos et forte coronare portas quando illi ingrediuntur? quae maior iniuria? patere nempe omnibus hominibus ista ciuitas solet causa cultus obseruantiae, nobis solis intercluditur quasi hostibus, soli abdicamur, soli repellimur. simulant se nostrum petere iudicium quos ne limine quidem urbis dignos putarunt. lateant quae aduersum illos gesserint, nostrae iniuriae testes et iudices sumus. aduertimus quid clausi patiantur, quando nos arma iubemur deponere, et credibile potest esse quod eorum expectetur sententia, quorum suspecta est fides? festinemus itaque eripere clausos, quibus templum carcer est factus, ne seruentur usque ad aduentum exercitus Romani et captiui tradantur Vespasiano. auferamus a templo obsidionem, custodes taeterrimos remoueamus, qui neminem uel ad purgandam aluum egredi sinunt. si quis introferre cibum clausis desiderat, prohibetur, si quis exire, ad mortem rapitur. crimen factum est cultus religionis.'

VIII cf. BI. IV 270—282. 238

2 aperiantur *CV* istae] sitae M^2 istae (*add.* portae *s. l. m2*) *B* 5 hiesus *CV* 6 loco] *add.* sacerdotio *B* 7 idymae. *hic et infra* M^2 8 Idumaeorum] *add.* ita orsus est *B* 10 suae *CV* 14 illi *om.* M^2 quae] ut *B* iniuria] *add.* accipiatur *B* 15 cultus] *add.* et *HBZV,C ubi uerbum iteratum* 16 includitur *Ba.c.* 17 abdicamus M^2*a.c.m3* se n.] sensum *H* se nostrum *in ras. m2 B* patere *BVa.c.m2* 18 nec *Bp.c.* 20 quod *V* 21 iuuemur M^2*a.c.m3* 22 expectatur *CV* 23 templum] in templo *B* 24 factum *Bp.c.* ad *om. H, s. l. B* 25 capti M^2*a.c.m2* obseditionem (obsessionem *m2*) *Z* 26 reuocemus *Ba.c.m2* 27 purgandum *HBZCV* introferri *Z*

IX. Haec audiens cessit Iesus, considerans aduersa dei uoluntate frustra sese obniti, quandoquidem domi forisque hostilia streperent et gemina ex parte ciuitas expugnaretur. fremebant Idumaei quod excluderentur, machinabantur in templo siti quomodo iungerentur Idumaeis. hos angebat metus ne Idumaei ante effectum abirent, illis extorquebat pudor propositum regrediendi. et iam paene obrepserat diffidentia, cum subito nocte oritur procella intolerabilis, tempestas atra. fremunt uenti, caelum inhorrescit, uis imbrium multa effunditur, terribiles coruscationes, tonitrua immania, terrarum mugitus ut solui mundus aestimaretur. quis crederet plus nocuisse istud intra urbem positis quam extra urbem degentibus, cum utique hi tectis muniti forent, illi obiecti ad imbres? sed amplius terruit iniuriae metus quam ipsa iniuria. denique illi qui nulla habebant refugia tectorum clypeis sese tegebant manentes in officio nec dilabentes. isti circa domus suas quisque dispersi locum dederunt ut ab
2 his qui intra templum erant portae aperirentur. anceps tamen et diuersa populi sententia. alii deum summum indignantem Idumaeis tempestates mouisse arbitrabantur, quod aduersum participes suos armati uenerant. Ananus et profundiora seniorum ingenia coniectabant Idumaeos iniuria sui amplius excitari in sociorum perniciem. denique sollicitior ceteris noctibus Ananus illa nocte non fatigatione corporis sed animi magis desperatione solutus cessit rebus aduersum se fluentibus et militantibus in excidium suum mundi procellis, nec reuisendas putauit custodias quasi daret auctoritatem dilabendi quo cuique esset sententia. quam occasionem nacti qui in templum refugerant surgentes secuerunt uectes portarum. cooperatus est illis caeli fragor ut

IX § 1 cf. BI. IV 283—287 § 2 cf. BI. IV 288. 295—299
8 sqq. cf. Verg. Aen. V 693 sqq. 11 Cic., De diuin. I 35

1 ihs cessit *Z* hiesus *C* auersa *B* aduersata *C,Vp.c.* 2 obniti] conari *Ba.c.m2* 4 idymae. *hic et infra* M^2 exclauderentur $M^2a.r.$ 5 agebat *Ha.c.* angebant *Ba.r.* 6 meus $M^2a.c.m2$ 10 coruitationes M^2 11 credere queat *HB* 17 quique *C,Vp.r.* 19 populo $M^2a.c.$ 20 tempestatem M^2 22 iniuriam $M^2p.c.m3$ 24 faticat. M^2 25 resolutus *BZCV* 27 daret] *add.* cui *eras. B* auctoritate M^2 28 qua occasione *HCV* 29 nocti M^2 nancti *CV*

serrarum sonus non audiretur et tumultus egredientium. deinde uenientes ad murum portam quae uicina erat Idu- 3
maeorum coetibus reserauere. ultimus ille uniuerso populo dies fuisset, si non ad templum prius quam in urbis sinum dirigendum putassent. sed quia metuentes sibi qui intra templum clausi tenebantur, ne cognito ingressu Idumaeorum in ipsos circumfusae plebis impetus fieret, ut uindictam morituri exposcerent, rogauerunt ut ipsi primitus cladi eximerentur, tum postea liberatis ipsis et coniunctis uiribus in populum effunderentur, deflexere ad eos qui legatos miserant oratum auxilia salutis, simul ut insperatae merces inruptionis auctoribus eius hoc munere potissimum rependeretur. quod ubi processit ex sententia, simul omnes a templo quasi 4
quodam castro effusi extenta acie, quoscumque reppererant dormientes alios, alios perterritos totis caedebant uiis. nihil proderant preces, nihil lacrimae, nihil insignia honoris, nullorum meritorum gratia, omnes passim iugulabantur. denique uidentes bestialem in persequentibus immanitatem, quod nulli parceretur, ipsi sese inlaqueabant, miserabiliore, ut mihi uidetur, exitu quam si ab hoste perimerentur, quia uoluntaria mors immanitati adscribitur, informis laquei nodus etiam probro datur. sed quis consilio locus, ubi tantus erat metus suppliciorum, cum metueret unusquisque non mortem sed cruciatus ante mortem, quibus mors remedio foret? redundabat ubique sanguis et maxime circa templum, quia ibi congregati erant qui clausos custodiebant. reperta denique illo die caesorum VIII milia D uiri. inde conuersi ad urbem 5
sicut gregem quendam pecorum ita homines quoscumque

§ 3 cf. BI. IV 300—305 § 4 cf. BI. IV 305—313 § 5 cf. BI. IV 314. 326—328. 334

19 mihi = Iosepho (cf. BI. IV 312) 21 cf. Verg. Aen. XII 603

1 serarum *H*, *Bp.r.* 3 reserare *CV* 6 nec *C* 7 uindicta M^2 *a.c.m3* 8 ut *om.* M^2 ipsi] his (s *s. l.*) *C* cla*di M^2 9 tunc *BCV* in] super *Ba.c.* 10 miserat M^2*a.c.* 11 saluti *ZCV* speratae mortis M^2 inspiratae *HCV* insperata *B* 14 reppererant *sic* M^2*HBZ* 15 alios *semel* M^2*H* 18 inmanitatem *add.* et *B* 19 se *CV*, *Ba.c.* 23 cum] ut *CV* 24 mors *om.* M^2 remedium M^2 26 custodiebant] *add.* inde conuersi *exp. C* 27 illa *B*

obuios habuere interimebant. erat miserabile spectaculum intra urbem omnibus ante reuerendam bellum geri, perniciem iuxta pauperibus ac debilibus inferri. sane iuuenes ac ualidiores in carcerem retrudebantur, quos factioni idoneos arbitrabantur, sed magna uirtute plerique omnia subire supplicia malebant, quam ut perditis sociarentur. nec modus erat ullus nec pudor, ita furebat rabies immanitatis. post ubi defurere uisi, processu temporis causas sibi simulare coeperunt perimendorum, quod ad iudicia reos ducerent, non ut requireretur iustitia sed ut crudelitas excitaretur.

X. Erat in ciuitate Zacharias, qui odisset inprobos nec se misceret flagitiosis, diues opum, quarum illi abundantiam uel ad dissoluendam factionem suam efficacem opinabantur uel ad praedam sibi uberem. hunc proditionis crimine arcessendum putarunt. at ille ab huiusmodi integer conscientia adesse sibi coepit cum libertate, ut non solum dilueret obiecta, uerum etiam reos ipsos maximorum adstrueret flagitiorum. apud LXX uiros dicebatur negotium. absoluunt omnes, quia nihil quod adfine esset sceleri proferebatur. uerum illi inruentes et ipsum praecipitant in profundum et proturbant iudices non solum cum iniuria sed etiam cum periculo, ut eorum exemplo ceteri in reliquum cauerent constantiam in iudicando aduersa eorum uoluntate adsumere.
2 rursus tamen ne quis absolueretur ipsi irarum suarum exsecutores quos libitum erat sine iudicio necabant. caesus Gorgon uir gratus et amabilis. Niger quoque Peraites, qui inter propugnatores Iudaeae ad tuendam rei summam fuerat electus, bellator uir, ut etiam uulnerum cicatricibus uirtutis

X § 1 cf. BI. IV 335—344 § 2 cf. BI. IV 356—360. 363. 379
12 cf. Verg. Aen. I 14. II 22

1 habere $M^2 a.c.$ 3 iuxtam *B* 7 rabies *s. l. V* 8 ubi] *add.* satis *s. l. m2 Z* defuere *B* uisi] *add.* sunt *s. l. Z* 9 quod] quo *Z* cum *B* deducerent M^2 10 credulitas *C,V a.c.m2* 11 zaccharias M^2 14 arcessendum] enecandum *B a.c.m2* accersendum *CV* 15 integra (?) M^2 *a.c.m2* 16 dilueret] dissolueret *Z* 17 adinstrueret *Z* 19 quo adfinis *B* 22 exemplum M^2 reliquam M^2 23 aduersum *CV* uoluntatem *CV* 23—24 adsumeretur usus M^2 24 iniuriarum *B* 25 quos—erat] facti aliquos tamen et *B a.c.m2* libitum] solitum *Z* negabant M^2 *a.c.m3* 26 gurgon M^2 Peraites] per artes *H* et peratis (*s.* pe arietes) *B* peragites *Z* pi(y *V*)ratites *CV* 27 pugnatores *B a.c.* struendam *Z*

insignia praeferret, rapitur ad mortem et cum se extra urbem duci uideret, non iam pro uita sed pro sepultura coepit rogare. ac ne huius quidem tam miserabilis petitionis responsum accepit conueniens misericordiae. fingebantur calumniae: si qui se redimebat, innocens erat, qui non offerebat pecuniam tamquam reus feriebatur.

XI. Dum haec Hierosolymis aguntur, Vespasianus interea partes alias debellabat gentis Iudaeae. peruenit ad eum quae seditio esset Hierosolymis, quas domesticis proeliis neces sibi ipsi inrogauissent, quae supplicia ciuium exacta a ciuibus. hortari plerique ut eo pergeret, ne quid triumpho Romano et suae gloriae decerperetur. at ille moderatus et prouidus uir qui non id quod ex usu uulgi adcommodum aestimaret sed quod altiore consilio rei summae conducere arbitraretur, referre illa suadentibus coepit non semper proeliis iuuari rempublicam sed plerumque etiam depositis armis laudem parari et debitum patriae solui. 'quid interest quomodo uincatur hostis nostrone an suo ferro, nisi quod suo sine Romana inuidia prosternitur? non enim possunt de nobis queri, cum se ipsi consauciauerint. simul quam iusta bella nobis mouerint significant, quando nec sibi parcunt. uindictam hanc de caelo uideri, ut furore insaniant qui Romanos lacessiuerint. sed si quis derogari aliquid gloriae nostrae adserit, cognoscat praeponderare semper remedium cum silentio quam proelium cum periculo. denique noster Maximus cunctando magis fregit Hannibalem quam proeliando. etsi Scipiones subegerint Africam, tamen communis bellorum cum multis uictoria, Maximo soli datum quod cunctando restituerit rem Romanam. plus itaque

XI cf. BI. IV 366—376

25—28 cf. Cic. De off. I 84 De sen. 10 (= Enn. Vahlen ²37)

3 ne *eras.* *B* tamen *CV* 4 inconueniens *Bp.c.* 5 si *suppl. m2 V* quis *BZ* 6 pecunia M^2 *a.c.m3* 7 geruntur *H* aguntur hierosolymis *Z* 13 usum *C* 16 proelio (-o *ex* i *m3*) M^2 17 pari *Va.c.m2* 18 uincantur M^2 *ZCV* hostes M^2 *p.c.m3,ZCV* nostro an *H* nostro aut *B* 20 sauciauerint *Bp.r.* simul] *add.* etiam *s. l. m2 B* simul—mouerint *suppl. mg. V* 21 iniusta *CV* 23 derogare *Bp.c.m2* 24 saepe *BCV* saepe re *s. l. V* semper praeponderare saepe remedium *Z* 26 annibalem M^2 *Z* 27 scipio***B* subegerent M^2 subegerit *B* 28 cum minis *CV* 29 cunctandam M^2 restitueret *Z*

est seruasse Romanum imperium quam propagasse. aequemus tamen merita uirtutum. non minora utique in ipso bello sapientiae commenta sunt quam insignia fortitudinis. pereant igitur suis armis, nihil laudi demitur et plurimum uictoriae nostrae adiungitur. nesciunt suos seruare quibus nos parcimus. quid quod si imminere coeperimus, fortasse inter se resipiscant atque in gratiam redeant? — quod non uereor, sed aduersus uestram sententiam profero — aut si permaneat seditio, uideantur ipsi sese expugnauisse, nihil Romanus egisse exercitus, manus nostrae otiosae fuisse, uictoria non uirtute nostra sed hostili internecione inter se parata? itaque hoc prudentius consilium ut absentibus nobis saeuiant in exitium sui, ne quis putet eos nostris magis quam suis exercitos factionibus. tunc melius adpropinquabimus, ubi uictor superfuerit qui nostro accedat triumpho. certe ueniant ad nos qui fugiunt suos, inueniant apud nos salutem sibi quos suorum pestis exagitauerit.'

XII. Nec fefellit opinio Vespasianum, nam qui poterant pretio se redimere ut dimitterentur ad Romanos confugiebant. repleta erant dilabentium strata uiarum omnia, omnes semitae. relaxabantur diuites, pauperes interficiebantur, quibus pecunia deerat ad redemtionem. multi etiam extra urbem insidias et latrocinia pertimescebant et maxime inopes quibus comitatus deerat. pari itaque foris et domi proposito sibi periculo, utroque pernicioso, plerisque tamen patrii spe sepulchri mors apud suos tolerabilior aestimabatur.

XII cf. BI. IV 377—380

20 cf. Verg. Aen. I 422

2 meritis uirtutem *Bp.c.* 4 deminuitur *HBZ* 6 quod] quos *C* se *s. l. M²* 7 resipiscant (a *in ras. m3*) *M²* gratiam *M² a.c.m3* 8 uestram *s. l. B* 9 romanos *HBCV* romanum *Z* 10 exercitum *Z* si *ante* manus *add. CV* uictoriam *Z* 11 internicioni *M² p.c.m3* paratam (*alt.* a *s. l. add.*) *B, Z* parta *V*, (ta *in ras.*) *C* 16 fugiant *Z* 17 exagitauerat *H, B a.c.* 19 sese *Bp.c.* 20 erant] *add.* itinera *exp. B* erat *Ca.c.* dilabentium] *add.* turba *exp. B* omnesque (et omnes *p.c.*) *B* 21 inter *ante* interficiebantur *del. C* 25 plerique *Ca.c.m2* 26 mors sepulchri *H*

XIII. Vbi strage maxima populorum metus in omnes sparsus subditos factioni fecit uniuersos, non contentus communem cum principibus factionis exercere Iohannes potentiam, tyrannidem affectare occoepit et parem indignabatur. destruere itaque aliorum statuta, nihil nisi quod sibi libitum foret ratum habere paulatimque sibi adsciscere stipatores, artifex dolo quos uellet et fraude circumuenire, obligare pecunia, terrere potentia, quibus artibus plurimos sibi adsociauerat. rursus non deerant qui uel periculoso studio seruitium detrectarent, cum praesertim, dominationem adsueti, tolerare seruitutem nequirent. decernebant itaque in una urbe tria genera exitialium calamitatum, tyrannis bellum seditio, quarum unaquaeque non unam sed plurimas urbes deleret. ex tribus tamen leuius bellum erat et iustus hostis tyranno aut factione tolerabilior uidebatur. accessit his 2 quartum genus, sicariorum qui occupatam tyrannicis motibus aut seditionis tumultibus urbem uidentes uicina omnia populabantur, asportabant omnia, mulieres et pueros qui laborem itineris uel sexus uel aetatis infirmitate perpeti non poterant, neci dabant. DCC itaque numero peremti. conuectatum in castella frumentum. inruebant agris urbibus templis, praedas agebant, necandorum occasio non praetermittebatur, agminis specie latrocinium exercebant plures quam usus habebat latrocinandi. latrocinii saeuitia bellum acerbabant sine uenia deditionis aut susceptionis indulgentia.

XIII cf. BI. IV 389—397 § 2 cf. BI. IV 398—409

1 strages *Z* 2 sparsos M^2 commune M^2 3 factiones M^2 *p.c.m3* factionem *CV* Iohannes] *add.* per M^2 *CV* potentia per *B* 4 tirannidem M^2 coepit M^2 *Z* 5 statuta (*s.* uindicta *eras.*) *B* 7 et *eras.* M^2 circumueniret *CV* et paene *ante* obligare *add.* paene *exp.* *B* 8 perplurimos *Z* 9 periculi (-i *ex* -o) *B* 10 uitium *H* dominatione M^2 *p.r.*, *ZCV* 11 seruitute M^2 *a.c.m3* seruitium *H* decernebat M^2 decertabant *CV* una *om.* *H* 12 tirannus (u *ex* i *m3*) M^2, *Bp.c.* tyrannidis *H* tyranni *CV* 13 orbes M^2 14 delere M^2 ius *Ca.c.m2* 15 tiranno M^2 aut] hac *B* 16 quantum M^2 *a.c.m2* sycariorum *C* quo M^2 *CV* tirannicis M^2 17 seditionum *Ba.c.* seditionibus tumultuosis *CV* omnia uicina *Z* 19 sexu *H* infirmitatem M^2 *C* 20 numero] *add.* sunt *m2* M^2 peremti] *add.* itaque M^2 conuectato *Z* 21 castellum *B* frumento *Z* inruebant] in *add.* *V del.* *m2* 22 permittebatur *Ca.c.m2* 24 usu M^2 aceruabant *H* arcebant *Ba.c.*, *C*

XIV. Rogatur itaque Vespasianus ut ad remedium ueniat, a quo excidium metuebatur. contendit Gadaram, ubi opulenti plurimi, qui patrimonii sui causa magis magisque latronum insidias et incursus pertimescebant et ideo occulte ad Vespasianum miserant ut ad se adpropinquaret, quo ciuitas a latronibus erueretur. adfuit exercitus Romanus, quem uidentes Gadarenses confugiendi uotum habebant, sed qua uia inexitiabile sibi id foret non reperiebant, ne in discedentes insurgeret factio atque uniuersos deleret. non praeteriit tamen legatione Gadarensium inuitatum Vespasianum, eius legationis conscium utpote urbis primorem nomine Dolesum. quem capientes interemerunt atque ulti iniuriam egressique urbem in abdita et munitiora sese contulere. Gadara Romanis tradita et cum ingenti plausu susceptus est Vespasianus. is continuo ad persequendos eos qui refugerant Placidum direxit, ipse reuertit in Caesaream.

XV. Placidus praemissis D equitibus fugientes secutus coegit eos in uicum qui proximus erat, in quo reperta electorum pube iuuenum audaciam sumsere ut insurgerent in Romanos. quae res illis maximae cladi fuit, nam circumfusis equitibus a uico exclusi sine ullo caedebantur impedimento et dum alii conferti sese reciperent, ante limina portarum trucidabantur. caesorum cadaueribus aggerata moles
2 adaequauerat murorum altitudinem. Romani alios sagittis figebant, alios sauciabant diuersis missilibus, ad postremum

XIV cf. BI. IV 413—419 XV § 1 cf. BI. IV 420—423 § 2 cf. BI. IV 422. 423. 426—436

22 cf. Verg. Aen. II 803

1 rogatus *B* ueniret *Ba.c.* 2 gadara M^2 gazaram *Z* 3 opulenti *s. l. m2 B* causam *B* *alt.* magis *s. l. m2 B* -que] quam *B* 5 propinquaret *Z* adpropinquare M^2 *a.c.m3* quo] quia *Ba.c.* 6 euerteretur *H* 7 gazarenses *ut infra Z* 8 ui *CV* inexitiabili M^2 id *om.* M^2 deforent M^2 repperiebant M^2 *BZ* descentes M^2 descendentibus *Ba.c.* descendentes *Bp.c.*,*Z* 10 legatio *Ca.c.m2* eiusque *HZCV* 11 procerem *Ba.c.m2* de(?)lesum M^2 *a.c.m3* dolestim *H* dolesum (*s.* ł dolosam) *B* 12 ulta (a *in ras.*) ininiuria *B* -que *om. B* ingressique *CV* 13 et *om.* M^2 remotiora *Z* gazara *Z* 14 cum *om. H* plauso M^2 15 confugerant *HB* 16 cessaream *V* 17 praetermissis *Ca.r.* 18 erat] *add.* concedere *s. l. m2 B* 19 insurgent *Ca.c.m2* 20 maxime M^2 *CV* clade M^2 *a.c.m3* cladis *B* circumfusi *CV* 21 exclusis *HCV* 22 portarum limina *B* 25 fugabant M^2 missibililibus *Ca.r.*

castellum expugnauere ibique omnes nisi quibus elabendi facultas fuit interfecti. alii fugientes ingentem famam Romanae uirtutis suis sermonibus exaggerabant, maiora sibi quam hominum uisa corpora, nullam cuiquam resistendi aduersum inuictos fiduciam. unde perterriti omnes fugere ilico, nec solum uicina et finitima sed etiam Hiericho urbs, quae propter incolae multitudinis agmina spem ceterorum fouebat, relinquebatur. Placidus rebus ex sententia fluentibus eos quoque per equites insectatus, alios confertos, alios palantes sternit usque ad flumen Iordanen. maximum quoque numerum ad ripam fluminis repperit impedito transitu, quod tunc forte praedictus amnis imbribus auctus aut resolutis niuibus intumuerat. at illi ubi Romanos adesse uiderunt, parant sese et ad oram fluminis stipant. necessitas intercluso fugae subsidio remedium in manus uertit et impetu facto multi supra pauciores equites arietantur. illi arte nota et ueteri militiae more interequitantes dissicere hostium cuneum, dissoluere globos, fessos urguere, cedentes sequi coepere. sic alii ferro hostium, alii suo, quod conferti in unum atque in se relisi incurrerant, interficiebantur. alii in flumen ruebant, qui ipsa sui ruina et alius alio impliciti demergebantur. plerique etiam aestimantes quod possent praetergredi sese fluuio dabant, quos paululum progressos sorbebat gurgitum uis aut fluminis ictus abripiebat. et si qui natandi usu super aquas processerant ac fluentis subterlaben-

2 cf. Tac. Ann. XV 11 8 cf. Cic. De off. I 90

1 nisi *om.* *B* 3 exagerabant M^2 4 nulla *CV* 5 fiducia *CV* 6 etiam *om.* *HB* urbis M^2 8 placidis $M^2 p.c.m3$ 9 insectatos M^2, *Ba.c.* 10 iordanis (is *in ras.*) *B* iordanem *CV* 11 repperit *sic* $M^2 BZ$ impedimento M^2 inpeditti *H* sibi (bi *in ras.*) *ante* transitu *add.* *B* 13 senserunt *Ba.cm2* 14 parantes (s *s. l.*) *C,V* horam $M^2 p.c.m3$ hora (h *om.* *V*) *CV* interclusae *Bp.c.* 16 inulti $M^2 HCV$, (*s.* ł multi *m2*) *Z* e *CV* 17 uetere *Ha.c.* ueteris *BCV* more militiae *Bp.c.* 17 dissicere] repellebant *Ba.c.* cuneos *Ba.c.* 18 soluere *B* 19 quo $M^2 C$ quoque (que *s. l.*) *V*, *A*, *qui ab hoc uerbo rursus incipit* 20 se (e *ex c*) *C* elisi αV incurrerant] miserabili *Ca.c.* incurrerunt *A* flumine αV 21 eruebant *V* ipsa—ruina] ipsi sibi ruina erant *Ba.c.* sui *s. l.* *V* 23 quos—sorbebat *om.* αV progressus $M^2 a.c.m3$ 24 abripiebant *Ca.c.*, *A* 25 supra *Ha.c.* fluentes $M^2 \alpha V$ subter labentibus (*s.* ł latentibus *m2*) *B*

tibus se suspenderant, aut arborum ramis impediti qui fluuio deducuntur aut ipsis caudicibus oppressi animam ponebant in flumine. saepe etiam nandi indoctus, ubi natantem adprehendisset, tenebat, ut ipse pariter euaderet, et adstrictum brachiis defatigabat, donec uterque mersus alter alteri exitio foret. ac si quis forte secundo amne decurrens euasurus aestimaretur, insuebatur sagittis ac subito resupinus cessantibus brachiorum remigiis interibat. fuere etiam qui nare nescii, dum expertem doloris mortem requirunt, edito riparum toro in fluuium sese excuterent uoluntarie, alii harenoso ingressi litore merso uestigio deprimerentur. plerique etiam saxorum teretium lubrico aut uadosis offensi locis instabili fluctuantes gradu fluentis sequentibus obruebantur. caesa ferro XIII milia, innumerabilis autem multitudo fluuio consumta, praeda ingens de ouium gregibus et camelorum atque
3 asinorum et boum parta. quae licet strages hominum maxima fuerit, tamen uero maior aestimabatur, quia non solum regio omnis repleta erat cadaueribus humanis, cum dispersi ac palantes quibuscumque in locis conprehensi fuerant interimerentur, uerum etiam ut Iordanes ipse defunctorum coporibus obstructus cursus proprios dirigere non posset, Asphaltius quoque lacus cruore et uisceribus defunctorum mutaret naturae speciem suae, in quem omnia quaecumque Iordanes adtraxerat inuehebantur. denique XCII milia et CC illa die Iudaeorum perisse aestimati a D tantummodo equitibus et III milibus exercitus pedestris. progressus quoque ad ulteriora Placidus Abilam et Iuliadem et Bethesmon et omnes

§ 3 cf. BI. IV 437—439. 419
9 cf. Verg. Aen. VI 674

1 sese *HB* qui *om.* *αV* 2 deducebantur *BZαV* ipsi *Ba.c.* caducibus *M²a.c.* 3 natandi *A* natantem] nante *H* 4 et] sed *A* 5 bracchiis *Cp.c.* 6 qui *B* 8 bracchiorum *C* interiebat *αV* natare *Bp.c.m2*, *ZαV* 9 experti *Z* dolorem *αV* requirunt] quaerunt *Ca.c.* editorum pari *M²* editiori parum *A* 10 uoluntarii *M²p.c.m3*, *HBZαV* 12 tertium *M²* terentium *H* teretum (*s.* ł herentium *m2*) *B*,*Zp.r.* offensis *αV* 13 fluctuantis *B* fluentis sequentibus] fluminis sese sequentes *Bp.c.m2* 15 camellorum *M²a.r.* 16 bouum *B* porta *M²* facta *αV* 17 maiora *M²HαV* aestimabantur *αV* 20 ut] et *A*,*Va.c.m2* 22 asfaltius *M²HBZ hic et infra* 24 inuehebatur *CV* 25 a *om.* *M²*, *in ras.* (*s.* cum) *B* 27 abimalam *Ba.c.* abylam *CV* abslam *A* bethesmot *Z*

uicos loci ipsius usque ad Asphaltium lacum Romano imperio restituit. scaphis quoque inposuit milites, a quibus uniuersi qui in lacum memoratum confugerant extinguerentur.

XVI. Itaque et haec et omnia usque ad Macheruntem recepta. Vespasianus tamen tempus proelii opperiebatur, quo metropolim totius Iudaeae exercitu Romano adoreretur. inter quae occupato rebus sibi creditis motus noui ex Gallicanis partibus insinuantur, quod a Nerone potentes quidam Romanae militiae uiri desciuissent. quo conperto cupiens intestina bella ac summae rei totiusque Romani imperii periculum confecto in Oriente bellorum tumultu leuare, ut rerum secundarum nuntiis motus omnes Italiae uel conprimeret uel praeueniret, ubi primum saeua hiemis temperata ueris principio, cum maiore parte exercitus de Caesarea iter mouit. excepit eum Antipatris nomine ciuitas appellata. inde procedens exurebat uicos, necabat eos quos reppererat alienos ac maxime Idumaeis uicina quaecumque offenderat depopulabatur, quod inquietum genus hominum bellis potius quam otio uel quieti amicum foret. duos quoque Idumaeae uicos Legarim et Caphartorem eorumque incolas conprehendens maxima strage labefactauit. siquidem supra X milia uirorum peremta, mille captiuos abduxit, reliquum uulgus expulit, ut ibi constitueret manum suorum, quia montana locorum regionis eius latrociniis infestabantur. ipse cum exercitu Amathun repetit, quae de aquis calidis uoca-

XVI § 1 cf. BI. IV 439—443, 445—448. 444. 11. 449—450

2 scafis *codd.* 5 *utrumque* et *om. H* et *alt. om. B* ad *om. HZ* macherontem *H,Bp.c.* mach(h *om. A*)erunten *αV* 6 autem M^2 proelii] *add.* expectabat *A* 7 metropolin *H* adoriretur M^2*p.c.m3,Ba.c.* adoraretur *V* 8 inter quae] itinere uero *Ba.c.* interque, *ut uidetur* M^2*αV* occupato rebus] occupatoribus *αV* 9 insinua**ntur *B* quidem *αV* 10 discessisent *et* re *s.* dis *Bp.c.* 11 summa M^2*H* summam *B* 12 confestim *B* tumultum *BC* 13 omnis M^2*B* 14 hiems *BZ* 15 ueris *om. H, add.* scilicet *m2 B* principium M^2 caessarea *V* 16 excipit M^2 accepit *A* 17 reppererat *sic* M^2*HBZ* 18 idymaeis M^2 19 depopulabantur M^2 20 idymeae M^2 21 ligari *H* legarin *BαV* caphartorem M^2*H* apartorem *B* caparthorem *CV* chaphartorem *A* -que *om. B* 23 adduxit *Ba.c., CV* 24 constituerit M^2 25 infestabant *Va.c.* 26 amathute *B*

bulum sumsit, quod aquarum uapor Syriae sermone Amathus appellari fertur. Thermae igitur Graece dicitur eo quod calidum fontem habeat intra muros. deinde per Samariam iuxta Neapolin contendit Hiericho, ubi occurrit ei Traianus multam manum agens ex his qui ultra Iordanen siti Pereae regionis populi in dicionem Romanam uicti reuerterant. 2 nuntio itaque aduenientis Romani exercitus plerique ex urbe Hiericho, quod eam intutam uiderent, in montana Hierosolymitanae regionis sese contulerant. residentium turba omnis consumitur. neque enim difficile fuit urbem properato capi, quae nec naturali fulta esset munimine et a suis esset dilabentibus deserta ac destituta. urbs condita in campo, cui supereminet mons diffusior et nudus gignentium. namque secundum septentrionalem plagam usque ad Scythopolis urbis terram extenditur, ex parte meridiana usque ad regionem Sodomitanam et Asphaltios fines diffusus habetur. aegrum autem et ieiunum solum et ideo desertum ab incolis, quod sine ullo usu esset cultoribus naturali sterilitate. aduersus huic mons supra Iordanen, cuius exordium a Iuliade et plaga septentrionali adsurgit. ipse autem praetendit in meridianum usque ad Sobaros Arabiae, Petrae conterminos, ubi etiam mons est usu ueterum Ferreus nuncupatus. inter hos duos montes campus iacet, quem propter magnitudinem, quod in multa spatia porrigatur, ueteri usu incolae Magnum appellauere. cuius longitudo CCXXX sta-

§ 2 cf. BI. IV 451—458

13 cf Sall. Iug. 79, 6 12—p. 267 l. 14 cf. Baed. De locis sanctis 9, XXXVIIII CSEL p. 314, 13 et sqq. (cf. infra p. 267, 7)

1 siriae M^2, *Bp.c.* siro *Ba.c.* syriaco *Z* 2 termae M^2 terme *BA* therma *Z* dicuntur M^2 4 neapolim *BAV* hierico *B* hieric(h)o contendit *HBZαV* trianus *A* 5 multa manu *αV* iordanem *HBZC* per ea M^2 *HCV* per eas *A* pireae (*mg.* ł per eas regiones) *B* 6 regiones *A* in condicionem M^2 8 tutam *Bp.r.* uiderint *H* uiderant *Va.cm2* uiderent] *add.* et *B* 11 quae] quia *αV* functa M^2 esset] sit *H* delabentibus *CV* debellantibus *A* 14 septemtrionalem M^2 scitopolis M^2 scytopolis *BZ* 15 orbis *Z* 16 sodomitanam (*mg.* ł hierosolimitanam) *B* sodomitanam *etiam Baeda* sodomitarum *αV* asfaltios M^2 *HBZ* asphaltium *A* asphaltis *V* 18 naturalis M^2 *a.r.*, *Z* 19 iordanem *BαV* 20 plage *H* 21 sobarim *B* zoaros *Baeda* Petrae *etiam Baeda* 24 ueteres *B*, *fortasse Baeda* ueteris *αV* usu *om. B* 25 appellare *Ba.c.*

diorum, latitudo CXX, exordium a uico Genuabari, finis usque ad Asphaltium lacum. Iordanes eum medium campum intersecat, non solum inoffensa sed etiam adiuncta gratia uiridantibus ripis fluminis alluuione et succedentibus Asphaltio et Tiberiade unius fontis et utroque diuersae qualitatis lacu. namque alterius aquae sapor salsus et sterilis usus, Tiberiadis autem dulcis atque genitalis. sane in diebus aestatis inmodicus per spatia campi exaestuat uapor, unde et coalescente uitio nimiae siccitatis atque humi arido corruptior aer miserandas incolis conficit aegritudines. arida sunt enim omnia praeter oram fluminis. denique in remotioribus aegrescit et fructus arborum, siquidem et copia uberior et fructus palmarum opimior est, qui supra ripas Iordanis fluminis gignitur, alius longe exilior.

XVII. Est etiam iuxta Hiericho urbem fons abundans atque idem uberior ad potum, pinguior ad inrigandum, quem Iesus Naue natione Hebraeus manu ualidus primum genti eripuit Chananaeorum. is in principio corruptior habitus, sterilis ad generandum, potantibus usui parum salubris. unde rogatus ab incolis Heliseus propheta idemque Heliae discipulus et tanto successor nequaquam indignus magistro, ut hospitalitatis suae mercedem relinqueret quos uisitauerat locis et corruptelam aquarum leuaret, remedium dedit, sicut Regnorum uetus scriptura edocet, praecipiens uas fictile cum

XVII cf. BI. IV 459—473 (Plin. H. N. XII 115—118)

7—11 cf. Baed. De loc. sanct. 11, XXXVIIII CSEL p. 317, 19—318, 2 8 cf. Verg. Georg. III 202 9 cf. Sall. Iug. 48, 3 15 et sqq. cf. Baed. De loc. sanct. 9, XXXVIIII CSEL. p. 313, 24—314, 2 20—p. 268 l. 5 cf. IV* Reg. 2, 19—22

1 genuauari *Baed. codd.* 2 ad *om.* *B* alfatium M^2 asfaltium *HBZ* medius *HB* medium *s. l. C* 4 asfaltio M^2HBZ aspaltio *Ca.c.* 5 tyberiade, *ut infra*, *V* tiberiadae M^2 6 lacus αV 7 usu *Z* thiberiadis A 8 uapor (*mg.* l uado) *B* 9 et *om.* *HBZ*, *praebet Baeda* humo *ZV* arida *B* corruptior (*s.* l corruciore) *B* 10 accolis *Z* confecit *H* enim *om.* *Z* 11 propter *A* ora *H* aegrescit (*s.* l ingressus) *B* excrescit αV 12 et *pr. om.* *Z* 16 potandum *Baedae cod. A* rigandum *Baedae codd. praeter A* 17 hiesus αV 18 cananeorum M^2 *a.c.m3 quae* h *add.* habitus] *add.* ac *H* habitu *A* 19 potantibus *add.* et *HBZ* 20 helyseus *ut infra B* elisseus *ut infra C* helisaeus *ut infra V* idem qui *A* heli*e M^2 helyae *B* eliae *C* 21 tantus *H* 23 corruptela M^2 *a.c.m3*

sale deferri sibi. quod accipiens deiecit in fontem sales et dixit: s a n a u i a q u a s i s t a s e t n o n e r i t i n h i s m o r i e n s n e q u e s t e r i l i s a b e i s. e t s a n a t a e s u n t a q u a e s e c u n d u m u e r b u m inquit H e l i s e i p r o p h e t a e. ex illo itaque benedicti salis infusione temperatae aquae reserataque ora fontis, sanctificati aquarum meatus, ut dulciores potus uenarum scaturrigo effunderet et omnis illa dulcesceret aquarum amaritudo, uberiores fructus terra daret, generandae quoque sobolis opima successio largam posteritatis copiam subministraret nec deficeret genitalis aqua cui diuina gratia pro iustorum fidelibus studiis tanti prophetae benedictionibus adspirauisset. conuertit itaque naturam aquarum ad preces prophetae caelestis oraculi resultatio continuoque sterilitatem depulit, fecunditatem infudit. coepere illic crebrescere generationes hominum, fructus terrarum, sucusque ante ieiunus et amarus internecare solitus sata tristitiaque bibentium ora torquere, fertilitatem solo, potantibus suauitatem infundere, ut si ibi breuiter culta contingat, plus prosit quam ubi diutius inrigauerit. est enim noua gratia, ut profectus redundantior sit, ubi usus minor, et ubi amplius quisquam usus fuerit, ibi minor fructus sit, eoque plus ceteris fontibus rigat, quia uel exiguum eius abundat ad ubertatem. denique campus eum circumiacet LXX stadiorum in longitudinem XX in latitu-

1—2 cf. Itiner. Burdig., XXXVIIII CSEL p. 24, 5—8 23—p. 269 l. 14 cf. Baeda De loc. sanct. 9, XXXVIIII CSEL p. 314, 2—13

1 salis $M^2HBZ\alpha V$ sales *Itin. Burd.* 2 sanauit *H* 3 mors (*cf. Vulg.*) *Ba.c.m2* sterilitas (*cf. Vulg.*) *B* stelis *Ca.c.* sanata est aqua *H* 4 sunt] *add.* inquit *B* inquit *om. BZ* haelisaei M^2 5 prophetae] *add.* Et *Z* illa *ZA* ita *Z* temperata *H* 6 aquae *om. H, s. l. m2 B* reserateque (ateque *in ras. m3, s. l. uestigia litterarum m2, fortasse* aque) M^2 reserataque *om.* αV reseruataque *B* fontes *H* sanctificarunt *HB* 8 amaritudo aquarum αV 9 terra daret] depraedaret M^2 subolis $H\alpha V$ 13 ad] in *Ba.c.m2* 14 continueque *Z* continuo quoque αV 15 crebescere *C* 16 terrarum *s. l. m2 B* sucus qui αV 17 sata *s. l. V* tristioraque $M^2p.c.m3$ tristi**aque *B* tristiaque *HZ*, (-que *s. l.*) *V*, α libentium $M^2a.c.m2$ bibentum *H* bibentium (*s. l* uiuentium) *B* torqueret αV 18 infunderet *A* si ibi] sibi M^2 ibi *om.* $HBZ\alpha V$ 20 reduntior (*s. l* uberior) *Z* 21 amplior *Va.c.m2* 22 qua $M^2a.c.m2$ 23 ad *s. l. m2* M^2 eum *om. A* 24 longitudine $M^2p.r.$, *A*

dinem patens. in eo mirabilem hortorum gratiam cernas, uaria palmarum genera tantamque dactylorum dulcedinem, ut mella defluere spectes haut ceteris inferiora. sunt etiam illic praestantissimi apium fetus, nec mirum ubi tam diuersis inhalantes floribus paradisi suaues fundunt odores. illic opobalsamum gignitur, quod ideo cum adiectione significamus, quia agricolae cortice tenus uirgulas incidunt eas, in quibus balsama generantur, ut per illas cauernas paulatim distillans umor se colligat. cauerna autem Graeco sermone ὀπή dicitur. illic cyprum, illic mirobalanum nasci ferunt et alia istiusmodi, quae in aliis locis hautquaquam reperiuntur. aqua ut cetera fontium. illic tamen praestantius aestate frigida, hieme tepens; aer mollior ut summa hieme lineis incolae utantur exuuiis indumentorum.

XVIII. Nunc Asphaltii lacus qualitatem spectemus. melius est enim in locorum ueterum descriptionibus uel ceterorum elementorum miraculo quam Iudaeorum seditionibus stilum occupare, siquidem ista flagitio mentem exasperant, illa demulcent animum dum recensentur et ad ueteris historiae reuocant cognitionem. nobis autem, quibus incultius ingenium est, cordi est patrum ex Aegypto egredientium usque in terram resurrectionis repetere uestigia, ut

XVIII cf. BI. IV 476—485 IS. TuU. NF XIV 4 p. 27 (Plin. H. N. V 72, VII 65, Tac. Hist. V 6—7, Solin. Momms.² p. 155 l. 8)

5 cf. Ambr. Hexam. V 21, 69 5—10 cf. Isid. Etym. XVII 8, 14

1 cernens (*exp. alt.* n) *Z* 2 uaria] suauia *αV* uaria *etiam Baeda* dacti(i *ex* o *m3*)lorumque M^2*a.r.* dulcidinem M^2*a.c.m3* dulcitudinem M^2*p.c.m3* 3 ut *om. H, s. l. m2 B* 4 apum *Bp.r., CV* camporum *A* apium *etiam Baeda* 5 inhalantes (*mg. l* inhabitantes *m2*) *B* paradysi M^2*HB* 6 opibalsamum *H, Ba.c.* significauimus *Bp.c.m2, HZαV* significamus *etiam Baeda* 7 qua M^2*a.c.m2* tenues M^2*ZC, Bp.c.m2, Baedae codd.* uirgulis *Bp.c., rursus* uirgulas *m2 Bs. l.* 9 destillans *ZαV* distillans *etiam Baeda* umor *sic* M^2*BC* cauerna—dicitur *mg. m2C* sermone] nomine *Z* sermone *Isid. Baeda* 10 ope. M^2*HZV, Cm.2* opere *B* opo *A* cybrum M^2 ciprum *Z* mo(y *s.* o)robalanum *B* 11 repperiuntur M^2*BZ* 12 ceterum M^2, cetera *etiam Baeda* praestantior *Ba.c.* praestantibus *Z* praestantius *etiam Baeda* 14 uestimentorum *H* 15 hic de asfaltio laco dicit *mg. H* asfaltii M^2 *HBZ* spectem *H* 16 in locorum] incolarum *B* 17 quam] *add.* in *BZ* 18 studium *αV* flagitia *BαV* 21 est *pr. om. HB* regredientium *B* 22 repromissionis M^2*p.c.m3, ZαV*

si cui forte nostra in manus ueniant, non nostra legat sed patrum relegat. dulcius est enim inter maiorum uersari habitacula et ueterum dicta factaque recensere memoria atque eorum inhaerere gratiae. sed iam siue naturam siue qualitatem aquarum exprimamus, ne noster quoque in eo lacu excutiatur stilus, ex quo omnia, quaecumque mergenda putaueris uiuentia, tamen resilire opinio est et quamuis uehementer inlisa statim excuti. aqua ipsa amara et sterilis, nihil recipiens generum uiuentium, denique neque pisces neque adsuetas aquis et laetas mergendi usu patitur aues. lucernam accensam ferunt supernatare, sine ulla conuersione extincto demergi lumine, et quauis demersum arte quod uiuat difficile haerere in profundo. denique Vespasianum ferunt praecepisse nandi ignaros reuinctis manibus in profundum deici eosque omnes ilico supernatasse quasi spiritu quodam uenti leuatos et ad superiora ui magna repulsos resilisse. multa fabulosa de hoc lacu plerique aestimauerunt, quae nobis inexpertis ueritatem rei promere nequaquam consilium fuit. mutari etiam ter in die colorem aquae et ad radios solis uarie refulgere non placuit pro uero locare, cum sit ipsius aqua lacus obscurior ceteris aquis et quasi adustae praeferens similitudinem. certe si ad radium solis et ipsa resplendeat, nihil nouum et quasi pro miraculo promendum, cum hoc commune sit aquis omnibus. uagari super aquas

6—p. 271 l. 10 cf. Isid. Etym. XIII 19, 3—4 (cf. infra ad l. 24) 8—16 cf. Itiner. Burdig. XXXVIIII CSEL p. 24, 16—18 8—p. 271 l. 5 cf. Baed. De loc. sanct. 11, XXXVIIII CSEL p. 316, 21—317, 14 10 cf. Verg. Aen. VII 33; Ambros. Hexam. V 14, 45 17 plerique=Iosephus IV 478 24—p. 271 l. 2 cf. Isid. Etym. XVI 2, 1

1 legant M^2*a.r.*,αV 2 relegant αV dulce *HBZ*αV 3 memoriae αV 4 in eorum herere *H* natura M^2*a.c.m3* 6 potaueris M^2 putaueras *Ba.c.m2* 8 nihil *om. B* 9 piscis α 10 adsueta$_*$ M^2 auis *A* 11 ferunt] *add.* aquis *HBZ* conuersatione *HA* 12 dimergi M^2 *A* et *om.* αV quamuis *HBA* dimersum M^2*p.c.m3*,*A* 13 profundo] naturam aquae cuiusdam laci quod nihil recipiat uiuentium *maioribus litteris add. A* 14 natandi *Z*αV profundo M^2 15 quodam] *add.* ui (*an legendum* uiuenti?) *B* 16 resiluisse M^2*p.c.m2*,*HBZ*αV 18 expertis *A* 19 diem M^2*a.r.* 20 uaria M^2 locari *C* 21 aquae *ZA* lacus aqua *B* adusti αV adustae *etiam Baeda* 22 similitudinem] *add.* ci(y *V*)bi αV 23 miraculum M^2 promerendum *H*,*Va.c.m2*

bituminis glebas certum est atro liquore, quas scaphis adpropinquantes colligunt quibus id muneris est. haerere sibi fertur bitumen, ut ferro hautquaquam uel alia praeacuta metalli specie recidatur. sanguini sane cedit mulierum, quo menstrua soluentes leuari feruntur. cuius adtactu uel urina, ut alligant quibus experiendi usus fuit, interrumpi proditur. utilis autem ad conpagem nauium fertur et corporibus hominum salubris admixta medicamentis. longitudo lacus eius usque ad Zoaros Arabiae dirigitur stadiis DLXXX, latitudo in stadiis CL usque ad uicina Sodomorum, qui quondam uberrimam regionem inhabitabant abundantem fructibus, distinctam quoque urbibus splendidissimis. nunc autem ea locorum deserta atque exusta incendio sunt. nam cum omnia illis deus suo contulisset munere, arua frugum feracia et uineis ceterisque fructuosis arboribus rus consitum, ingrati nec prae oculis habentes potentiam dei summi quasi non omnia cerneret, omnia spectaret flagitia, nihilque esset quod illum latere aut praeterire posset, ita intemperantiae suae probris miscere uniuersa ac polluere coepere, quibus diuinam traxere offensam. et pro scelerum pretio de caelo descendit ignis qui regionem illam exureret. V itaque urbes incensae, quarum umbra quaedam et species in fauillis uidetur. arsere

8—10 cf. Adamn. De loc. sanct. II 18, XXXVIIII CSEL p. 267, 16—18 Baed. De loc. sanct. 11, XXXVIIII CSEL p. 316, 11—13 10—p. 272 l. 5 cf. Isid. Etym. XIV 3, 24—25; Baed. De loc. sanct. 11, XXXVIIII CSEL p. 317, 16—19

1 uituminis *C* scapis M^2 *a.c.m3* scafis M^2 *p.c.m3*, *HZCV* adpropinquanteos M^2 3 uitumen *C* autquaquam M^2 *a.c.*, *B* prae] propter *A* 4 metalli] *add.* et alia M^2 sanguine *H*, *Bp c.m2* mulierem M^2 *a.c.* quae *A* 5 lauari *αV* adtactum M^2 *p.c.m3* attacta *αV* 6 ut] aut M^2 *αV* allegant *Bp.c.m2* interruptio *αV* 7 utilis, salubris, admixta *scil.* ἡ ἄσφαλτος humanis *A* 8 eius lacus *B* 9 zoarus *H* zoros *a.c.* (*mg.* ł zoroas) *B* zaores (-os *p.c.*) *Z* Zoaras *Isid.* Zoaros *etiam Adamn. Baeda* DLXXX] septingentis octuaginta *Isid.* 10 in *om. HBA* stadiis *om. H* hic de sodoma dicit *mg. add. H* uicinam M^2 *HA Adamn. codd.* uicinicom *V* uiciniam *BZC*, *Vp.c.m2 Isid.* (*Lindsay*) uicinia *Isid. codd. BT' Baedae codd. APV* uicina *praebent Isid. cod. C Baedae M* sodomarum *α*, *Va.c.m2* Sodomorum *praebent etiam Isid. Adamn. Baeda* 11 inhabitant *A*, *Ca.c.m2* habundantem M^2 *AV* 12 distinctis *H* 15 ros *H* rursus (*mg.* rus) *B* ingrati *om. B* 17 prospectaret *Z* expectaret *αV* quod—posset *om. H* 21 itaque *om.* M^2 *a.c.m3* 22 et *om. BA*

terrae, ardent aquae, in quibus caelestis ignis reliquiae recognoscuntur atque adhuc manent [species] illic ad speciem poma uiridantia, formatus uuarum racemus ut edendi generent spectantibus cupiditatem. si carpas, fatiscunt ac resoluuntur in cinerem fumumque excitant quasi adhuc ardeant. haec propter impiorum supplicia de Sodomitano territorio conperta silentio obducere non oportuit. his enim decursis remunerationem piis fore dubitari non potest.

XIX. Vespasianus itaque proxima quaeque Hierosolymitanae urbis castella uel urbium munimenta distributo exercitus Romani uel sociorum subsidio replebat, ut aduersa sibi omnia cognoscerent, quae ante conspiratura secum ad bellum contra Romanos gerendum arbitrabantur. nihilominus etiam Lucio Annio Gerasam destinato insidiis urbem cepit. M etiam iuuenes interfecit, quibus praeuentis exemta est fuga. captiui abducti plurimi atque uniuersorum patrimonia a militibus inuasa praecepto ducis, possessiones quae repertae fuerant exurebantur, rapinae exercebantur licentia. uastabant omnia montana atque campestria, quibus Hierosolymitana ciuitas circumfusa bello undique ardebat. nec feriati erant Hierosolymitani a suorum sensu periculorum, quibus omnes interclusi erant exitus ne quis fuga periculo eximeretur. intus malum intestinum, foris clausa omnia, neque manendi uoluntas neque fugiendi erat copia. et si qui a Romanis ueniam transfugio sperauerat a suis egredi prohibebatur.

XIX cf. BI. IV 486—490

2—5 cf. Solin. Momms.² p. 155 l. 8 et sqq. Orosius I, 5 (*glossema, ut uidetur*)

2 species $M^2 Z\alpha$ spectes *HBV*; *seclusi ego* 3 uirentia *Bp.c. Isid.* formatos *HB*, (*s.* ł formati) *Z*, αV racemos M^2 *a.c.m3*, *HB*, (*s* ł racemi) *Z*, *AV* rachemos *C* 4 fatescunt *HZ*, *Ba.c.* fatiscunt *etiam Isid.* 8 fouere *H* 10 urbi *HBZ* distributa $M^2\alpha$, (*ex*—um) *Vm2* exercitu romano *Bp.c.*, *Z* 11 subsidio *om. B* 14 anneo *A* gerasan *A* geresan *Z* destinato] *add.* in *B* 15 mille *om. H* interficit *A* 16 adducti *CV* 17 a *om.* αV reparatae αV 18 fuerunt M^2 exercibantur M^2 *a.c.m3* exercebatur *HZ* 19 omnia]romani *HV* romani omnia *Z* 21 feriati erant] feriauerat *H* periculo *Ca.c.m2* 22 quibus—periculo *suppl. m2C* fugae *Cm2*, *AV* 25 quis *B*αV sperauerant (s *in ras. 2 litt. m3*: su?) M^2

XX. Regressus erat Vespasianus in urbem Caesaream, ut inde collectis omnibus uiribus adoreretur Hierosolymitanae urbis obsidionem. nuntiusque aduenit caesum Neronem tertio decimo exacto imperii sui anno, cum iam de anno sequenti octauum diem degeret, dignus ea poena, qui non solum fidem sacrilegio, pietatem parricidio, pudicitiam incesto uiolauerat, sed ipsam quoque potestatem Romani imperii, cuius uel officia uel negotia inprobissimis libertorum commiserat. cum enim ipse nulli fidem seruaret, omnes suspectos habebat et ideo nequissimis se Nymfidio et Gemellino praecipue credendum putauit, quos uilis condicio obnoxios fecerat. sed et ipsi exemplum crudelitatis eius aliquando perhorruere, et quia carissimos sibi quosque interemerat, cauendum in se rati, praeuenire uoluerunt quod metuebant. itaque facta cum ceteris conspiratione parricidam deserunt. cui enim parsurus aestimabatur qui matri non pepercisset? desertus igitur ab omnibus suis fugit ex urbe cum IIII libertis suis. et cum se urgueri imminentibus coniuratis atque agmine aduerso uideret, in suburbanum rus clanculo concessit discissus et dilaceratus sentibus, dum formidat a quoquam uideri ne proderetur. deinde cum se circumsaeptum intellegeret, ne graues poenae exigerentur, manganum quoddam sibi de ligno parauit et manibus conposuit suis quo se necaret. et ad libertos conuersus, 'qualis' inquit 'artifex moritur.' ita acerbissimus parricida dignum meritis suis uitae exitum tulit, ut qui matrem ac suos occiderat nec sibi parceret, uere bonus necis suae artifex, qui commentus est ut sic periret, ne uel mors sua scelere uacaret.

XX cf. BI. IV 491—492 (Sueton. Nero 48—49)
25 cf. Sall. Cat. 55, 6

1 caessaream *V* 2 ut inde] unde M^2*a.c.m3* adoriretur *Z* 3 Neronem] *add.* Nero autem *B* 4 decimo *om. B* exacti $M^2B\alpha V$ 5 degeret] *add.* crudeli morte ultimum clausit diem *B* 6 fidem *om. A* inceste *A* 7 uiolauerit *B* 10 nequissime is *Bp.c.* nimfidio *Z*α gemillino *H* 13 qui M^2 qua *Ca.c.* quoscumque αV 14 in *om.H* rati] *add.* uel *Z* metuebant] metu habebant *A* 15 spiratione *Va.c.* 16 parciturus (*mg.* l parsurus *m2*) *B*, *Z*αV 17 igitur] itaque *B* 18 perurgeri *Z* 19 rus] *add.* se *A* 20 discessus M^2*a.c.m3* laceratus αV dum] cum αV 22 poenas αV maganum *A* 23 et *om. H* suis conposuit *B* suis *s. l. V* 24 ad] a M^2*a.c.m3* conuersos M^2*a.c.m3* 25 aceruissimus M^2BA 28 mors propria suo *Ba.c.* sua, *add.* a M^2*m3*,*CV*

XXI. Fama itaque interfecti Neronis praeuenerat more ingenii humani, cui satis est, ubi cupita acceperit, cetera non requirere, sed statim dissupare atque inexpletum in uulgus mittere quod delectauerit. nec multo post tamen Galbam Romano imperio praeesse innotuit. unde sententiam noui principis de bello Iudaeorum scitari Vespasiano consilium fuit misitque Titum filium et regem Agrippam. Titus de Achaia reuertit, conperto quod etiam Galba septimo mense ac die adsumtae potestatis exutus insignibus poenas luisset in medio sinu urbis id est Romano foro et Otho potiretur rebus secundis ac successu imperiali. Agrippa Romam contendit, ut apud nouum principem locaret gratiam. Tito pluris uisa est paternae pietatis reuerentia quam principalis potestatis, quod inconsulto patre si pertenderet, ne ipsi quidem principi placiturum putaret. certe exitus docuit oportune eum redisse ad patrem rebus nouis et incertum quo uergerent. denique etiam Vespasianus anxius de totius imperii Romani ac patriae statu bellum suspendit atque impetum tenuit suum, posthabitis quae in Iudaea gerebantur prae totius summae cura et pia erga patriam sollicitudine.

XXII. Sed Iudaea non feriabatur, quae grauius bellum inter suos quam aduersum externos gerebat. nam cum Iohannis factio esset intolerabilis, insurrexit praeterea Simon inferior quidem morum inprobitate, sed forma corporis magis fretus ad omne audendum nefas et latrociniis adsuefactus ad usum et temtamentum flagitiorum. ciuis erat

XXI cf. BI. IV 497—502 XXII § 1 cf. BI. IV 503—508

1 cf. Sall. Iug. 93, 3

2 humani] romani M^2 humani (*s. l* romani) *B* cupida M^2 3 dissipare *codd. praeter H* inexploratum *HZ*, (*s. l* inexpertum) *B* 4 delectauerat *Z* tamen *om.* M^2 gabam *H* galban *Z* 6 principes M^2 sciscitari *HBZ* excitari αV consilio M^2 8 achagia M^2 hacaia *H* acha *Ba.c.* achahia *A* conuertit (*s. l* reuerti) *B* galua *Ca.c.* 10 id est] et *Ba.c.* in *ante* Romano *B* 11 roma M^2 12 ti (to *add. m2*) M^2 plus *B* plurimis *A* 13 reuerentiam M^2*a.r.* principali (*add.* tas *s. l.*) *B* 14 quo *Z* praetenderet *H* perderet *Ca.c.m2* 15 placitum *B*αV certus *B* 16 urguerent *H* 18 suspendet *Ba.c.* imperium *B* 19 iudaeam αV 20 piam *H* erga patriam *om. B* 21 feribatur *et* feriebatur *p.c.m3* M^2 22 aduersus αV 26 temperamentum M^2 temptandorum (*s.* et temptamentum) *B* cuiuis *Ba.c.*, *CV* coeuis *A*

Gerasenus, robustus iuuenta, quem princeps sacerdotum Ananus perculerat propter nequitiae commenta pulsumque eo quo inhabitabat loco in alias regiones concedere coegit. at ille cui nullus inter quietos et modestos locus, contulit sese ad consortia latronum. ipsis quoque in principio suspectus, ne eos factione circumueniret, facile postea morum se infudit societate. populabatur cum his ea quae essent finitima munitionibus, quod illi ulteriora petere non praesumebant, sed quasi in foueis latitantes insidiabantur praetermeantibus sine ullo excursu quasi domestico latrocinio contenti. id Simon animi inmodicus tolerare diu nequiuit breuique sibi multorum quaesiuit manum pollicens seruis libertatem, liberis praemia, perditis remunerationem. confluentibus plurimis ad depraedandi licentiam, expugnare 2 munitiones, occupare urbium populos ausus, terribilis omnibus erat. receptaculum sibi in uico, cui nomen Aiacis, muros parauit. iamque XX milibus armatorum stipatus incedebat, 3 cum subito metuentes Hierosolymitani cotidianos eius processus et aduersum se futuros rati, si diutius adoleuissent, succidendos putarunt repentinoque excursu armati Simonem adoriuntur. nec ille incautus atque inparatus insidiis patuit sed excepit aduenientes et plerosque fudit, alios coegit in urbem sese recipere bello fugatos.

XXIII. Idumaeis quoque congressus aequalis recessit et quasi uictus quia non uicerat angebatur. rursus cum congrediendum foret, commodius arbitratus dolo experiri repperit spontaneum fraudis ministrum. namque ubi intellectum est

XXII § 2 cf. BI. IV 509—511 § 3 cf. BI. IV 514—515
XXIII § 1 cf. BI. IV 515—518. 521—528
11 cf. Sall. Hist. I 150 M. Tac. Hist. I 53

1 gerasinus *H* geranesus *A* principes M^2 *a.c.m3* 2 procul*e*rat *A* 3 quo] quem *HB*α*V* inhabitat *A* coepit α*V* 4 at] ut α*V* cui] cum *A* 5 latronum] *add.* ab α*V* 6 susceptus *H*α*V* 7 ea *om. A* 8 essent] *add.* in M^2 11 contentum M^2 inmodicos M^2 *a.c.m3* 13 remuneratione M^2 *a.c.m3* 14 licentia M^2 *a.c.m3* 16 eacis *B* murus M^2 *a.c m3,Z* 18 eius *om. B* 19 aduersus *B* adolauissent M^2 adoleuisset *B* 20 putarent *H*α*V* 21 putauit M^2 22 urbe M^2 23 sese in urbem *A* recepere M^2 *a.c.m3* 24 idomae. M^2 *a.c.m3 toto capite,* idume. *BZA* 25 non] *add.* eos (?) M^2 congrediendi fore M^2 26 repperit *sic* M^2*HBZ* 27 fraudi *H* nam *BZ*

quid iste affectaret, Iacobus unus ex principibus Idumaeorum, uafer et callidus ad huiusmodi negotia, uenit ad Simonem clanculo et optulit patriae suae proditionem, ut fidem daret quod uniuersos Idumaeos circumueniret, postulataque mercede futurae societatis, quod potissimus apud eum et fidissimus foret, pollicetur uniuersorum proditionem. conuiuio foederata gratia promissisque ingentibus Simonis firmata inter utrumque est pactio. ubi ad suos reuertit Iacobus, iactare primo paucioribus coepit exploratum processisse uires aduersariorum, uidisse ualidam manum, expertos belli uiros, multitudinem maximam et bello insuperabilem. inserere paulatim sermonem istiusmodi principibus, postremo infundere per uniuersos, ipsum Simonem admodum strenuum, qui regio more exercitum instituisset, ordines seruaret, numeros distributos haberet, ductores idoneos praefecisset. consulere sibi Idumaeos oportere ut talem uirum amicum potius quam hostem experirentur. certe si in congressu superiorem uiderent, cederent sine periculo, cauerent proelium. ubi plurimorum inclinata in sententiam suam studia cognouit, edocto Simone ut in aciem prodiret, securus futurae dispersionis Idumaeorum, ille non distulit, hic uelut antesignarius cum suis et quasi ad proeliandum promtior, ubi ferentariis temtatum proelium, priusquam in manus ueniretur, conuerso equo fugae se dedit. idem sui fecere. ita conuertit dispersitque acies uniuersas et uictoriam Simoni sine certamine belli tra-
2 didit. ille potitus tantae gentis triumpho, insolentior in ce-

§ 2 cf. BI. IV 529—537

1 iacob *ut infra H* 2 et *om. M²* 3 ut] quod *Z* 5 futurae *om. B* 6 conuiuii *H* 7 ingentibus] *add.* pecuniis *s. l. B* firmataque *Bp.c.* 8 inter] in *A* factio *B* 9 primum *M²* 9 processu se *H* 10 aduersarium *Ba.c.* ualida *M²a.c.m3, H* uiros] *add.* et *B* 11 maxima *M²a.c.m3* insuperabile *M²* 14 numero *M²a.c.m3,H* 15 doctores *M²* idoneos] idumeos *Ba.c.* 17 gressu* *B* superiore *M²a.c.m3* cederent *om. M²* 18 periculum *M²a.c.m3* inclinatam *M²αV* 19 in *s. l. B*, *add.* se *α* suam *om. αV* studio *C(?), A* 20 dispectionis *M²* 21 ante signa unus *H, Vp.c.* ante signum Nos *Ba.c.* antesignamus *C* antesignanus *Cp.r., Va.c.* ante signatos *A* 22 promtior (*mg. l* fortior) *B* 23 proelium] *add.* uidit *Z* 24 fuga *C* fugas edidit *A* facere *Z* 25 simonis in *M²* simoni in *Ba.c., αV* 26 potius *M²a.c.m3,BZ* in] inter *HB* ceteris *αV*

teros factus. Chebron uetustam urbem, celebrem populis, opum diuitem ante expectatum cepit multamque in ea praedam repperit, diripuit fructus uberrimos. fertur enim antiquissima non solum Palestinae urbium ciuitas, sed etiam omnium quae sunt in Aegypto a uetustis conditae, ut etiam Memphin, quae antiquissima habetur, posteriorem plerique existiment. fuere etiam qui habitasse in ea patrem Abraham dixerint, posteaquam de Mesopotamia profectus Aegyptum petit, filiosque eius illic sepulchrum habere pulcherrime exstructum marmore et opere elegantissimo, septimo a ciuitate stadio. terebinthus illic magna arbor a constitutione mundi fuisse adseueratur, nunc tamen utrum adhuc maneat incertum nobis est. inde progrediens uastabat territoria, expugnabat urbes, congregabat populos. XL milibus armatorum stipatus exinanibat omnia quocumque uel quasi amicus et socius accesserat. quis enim locus tantorum suppeteret alimentis? solo peditum uestigio in modum pauimenti proterebantur uniuersa, in quibus tantos constituerat numeros proeliatorum. nec solum quicumque erat fructus auferebatur, quasi quibusdam exesus locustis, sed etiam in posterum pauimentata humus fructus negabat. terrebat Iohannem 3 quod Simonis augebatur potentia, et totius factionis socii quatiebantur. uolebant perditum sed bello non audebant lacessere. iterum insidias parant et obsidentes itinera uxorem eius cum omni comitatu muliebri et paucis uirorum

§ 3 cf. BI. IV 538—544

2 cf. Verg. Aen. I 14. II 22 3 cf. Adamn. II 10, XXXVIIII CSEL p. 261, 7 sqq.

1 a chebron M^2 chebro $Ba.c.$ urbem *in ras.* B 2 eo(?) $M^2a.c.m3$ eam αV 3 repperit *sic* M^2HBZA dirupit Z fructus] frustra M^2 4 palestinae *sic codd.* 5 aegipto M^2 uetusti $M^2a.c.$ 6 memfin M^2H menfisi B menfin Z memphim αV 7 aestiment CV estimant A eam $Za.r.,\alpha V$ 8 aegiptum M^2 9 petiit B pulcherrimum structum αV 11 terebinthus M^2 therebintus $M^2p.r., A$ terebintus $HBZCV$ 12 tamen] autem A utrum *s. l.* V 14 milia αV 15 quodcumque M^2 17 pedum HBZ in] *ras. et mg.* quasi ad B modo H 18 proterebantur *add.* in M^2 proterebat α proterebant V tantus c. numerus M^2HBZ constiterat BZ 19 quocumque M^2 erant $Ca.c.$ 20 lucustis CV lacustis A in posterum *om.* M^2 21 pauimenta M^2B huius M^2 necabat $M^2a.c.m3, Ba.c.$ iohannen H 23 bellum M^2 de bello Z audiebant $M^2a.r.$ 24 parabant $Ca.r.$

prosecutoribus rapiunt. iactabant se quasi omnem confecissent uictoriam ac, uelut ipsum Simonem captum tenerent, supplicaturum sibi arbitrabantur. at ille durus, immitis, qui nullius affectu conueniretur, nihil carum aut sanctum haberet, inflammatur quasi accepta iniuria potius quam erepta gratia multoque saeuior grauibus excruciabat tormentis quos repperisset. plerisque incidebat manus quos ad hostem truncato corpore dimittebat, ut eius adnuntiarent crudelitatem, insinuarent minari quod muros subuerteret, urbem excideret, nisi sibi ocius uxor propria restitueretur, similiter manus et uiscera truncaturum omnibus, qui intra urbem degerent, nisi mature consuluissent. ita perterrefacti uxorem eius ad eum dirigunt, quo mitigatus furor eius aliquantam requiescendi clausis copiam dedit, ut non urgueret obsidionem.

XXIV. Nec solum Galba interfectus sed etiam Othon extinctus, Vitelli ducibus congredientibus, quem Gallicanus exercitus creauerat imperatorem. et primo quidem certamine superior Othon uisus est. repetito post diem proelio cum conperisset Othon Valenti et Caecinae Vitelli comitibus uictoriam cessisse, plurimos quoque suorum interfectos, Brixiae positus uoluntaria nece eripuit se ludibrio, duobus diebus et tribus tantum mensibus rerum potitus. uictor itaque Vitellius cum eo, qui utrimque superfuerat, exercitu Romam contendit.

XXIV cf. BI. IV 545—549

1 perfecissent *Bp.c.* 2 ueluti *αV* 3 in minis *Ba.c.* 4 nullum *M²a.c.m3* affectum *M²* 5 inflammabatur *Ba.r.* 6 seuiens *A* grauius *Ba.c.*,*αV* 7 turmentis *M²* repperisset *sic M²BZ* plerique *M² a.c.m3* 8 truncatos *H* eius] *add.* insaniam *αV* insanam *Weber* nuntiarent *αV* 9 crudilitatem *M²* mirari *M²* subrueret *H*, (*s.* subuerteret) *B*, *CV* 11 truncaturum] *add.* se *s. l. m2 B* truncaturus *H* 12 itaque *B* perterritaefacti *M²* perterriti facti *M²p.c.m3*,*H*,*Ba.c.* 13 aliquantum *M²*,*Ba.c.* aliquando *A* 15 obsidionem] *add.* ciuilem *HBZ*, *unde* Ciuile bellum et in Italia exarsit *initio capitis XXIV excidisse coni. Weber* interfecto *M²BαV*,*Za.c.* interfectum *H* 16 othone *codd.*, *corr. ego* 17 extincto *M²HBαV*,*Za.c.* uitellii *ZCV* 19 otho *HBZ* est] *add.* sed *B* post] *add.* alterum *s. l. B* 20 otho *libri* cecinae *M²HB* cecinnae *Bp.c.* cicinnae *A* uitellii *ZCV* 22 Brixiae] Brixelli *Weber* positos *Za.c.* sed *M²* 23 mensibus tantum *B* uictorque *om.* itaque *αV* 24 utri*que *B* utrumque superauerat *αV* exercitui *Bp.c.* 25 tetendit *HBZ*

XXV. Vespasianus tunc temporis profectus est ex urbe Caesarea. uastabat Iudaeam, montana omnia finitima et munitiones debellabat. interficiebat resistentes, precantibus inpertiebat ueniam salutis, fugabat aduersarios, constituebat suos. Cerealis quoque dux Romani exercitus cum equitatu percurrebat omnia, extinguebat alios, alios subiciebat, captiuorumque cogebat agmina. omnia circa Hierosolyma exurebantur, ne ullum Iudaeis esset perfugium. sic interclusi ante obsidionem uniuersi Iudaeis exitus. at illi non 2 solum non consulebant sibi, sed etiam domestico inter se decernebant certamine, Iohannes interior tyrannus, Simon extramuranus hostis, qui recepta uxore paulisper excurrens, Idumaeam depopulatus ualidior redit et Hierosolymitanae muros urbis armis circumsonabat. Iohannes intus positus suos ad bellum uitiis exercebat data criminum auctoritate. feruebant studia rapinarum, probrum cupiditates, luxuriae effusiones, unguentorum odores. calamistris crispabant capillos, stibio oculos depingebant, muliebrem amictum induebantur. nec solum ornatus feminarum sed etiam mollitia muliebris affectabatur et inlicitarum libidinum passiones. uiri muliebria exercere, effeminare uocem et fluxu corporis sexum dissoluere, pascere comam, uultum dealbare, pumicare genas, uellicare barbulam et in hac dissolutione saeuitiam crudelitatis exercere intolerabilem. denique fracto gressu incedebant et subito momentanei bellatores, reconditos sub conchiliatis clamidibus gladios occulentes, cum

XXV § 1 cf. BI. IV 550—555 § 2 cf. BI. IV 556—565
14 cf. Verg. Aen. VIII 474 18 cf. IV Reg. 9, 30

1 est *om.* *HBZ* 2 iudaea *B* finitime monitionis (finitima et munitionis *p.c.m3*) M^2 5 equitatu] *add.* maximo *s. l. B* 6 percursabat *H* 7 -que *om.* *HBZ* quoque *αV* 9 uniuersis M^2 *αV* iudeae *B* non *om.* *αV* 10 non *suppl. m3* M^2 11 decertabant *B a.c.*, *αV* tirannus M^2 13 idomaeam M^2 *a.c.m3* idumeam *BZ* 14 muros—armis *om.* *A* iohannis *hic, praeter* M^2, *HBCV* 15 data—auctoritate *exp.* *Z* 16 fruebant M^2 ferebant *A* probum M^2 probrorum *A* cupiditatis M^2 *a.c.m3* luxoriae M^2, *B a.c.* 17 capillos] *add.* et *B* 20 affectabantur $M^{1?2}$ passionis M^2 21 et *om.* *αV* et fluxu] effluxo *αV. an legendum* et fluxo? *cf. Tac. Hist. II 52* 22 parcere M^2 uultu M^2 *a.c.m3* 23 dissolutionem M^2 *a.r.* 26 reconciliatis M^2conciliatis *HZα* c(h *add. B*)iliatis (con *initio uerbi s. l. add.*) *BV* clamidibus *sic libri* occultantes *H* cum *s. l. B*

repente nudassent, quemcumque reppererant diloricabant. qui Simonem euaserat a Iohanne interficiebatur, si se intra urbem recepisset, qui Iohannem fugerat captus a Simone
3 ante muros immolabatur. erat dissensio grauis. Idumaei quaerebant tyrannidem Iohannis extinguere, inuidebant eius potentiae et oderant crudelitatem. congrediuntur aduersum satellites tyrannidis, auertunt eos, insectantur usque ad aulam regiam, quam condiderat genere proxima regis Adiabeni, inruunt expulsis propugnatoribus templumque occupant, diripientes spolia tyrannidis, quoniam illic Iohannes opum suarum condiderat receptaculum. grauis incesserat metus, ne per noctem Idumaei de templo urbem introgressi ferro plebem interimerent, incendio urbem delerent. quo metu territi, de consilii sententia, dum unum tyrannum ferre non queunt, alterum introduxere. et Iohannes fraude inrepserat in tyrannidem: hic rogatus, quasi remedium salutis daret, dominatum inuexit ciuibus urbi tyrannum. missus est Matthias princeps sacerdotum ut eius ingressum obsecraret. at ille superbe satis dominari adnuit et quasi grauaretur concessit ambitus, ut se in urbem cum omni sua uirtute infunderet. aperuere portas manibus suis ut perniciosiorem inducerent, dum interiorem execrarentur. itaque Simon ex sententia ingressus aeque se hostem exhibebat uniuersis, ut et illos qui uocauerant et illos, aduersum quos eius auxilium postulatum fuerat, communi in omnes odio persequeretur: urguebatur Iohannes fraudibus suis, fluctuabat ciuitas. certamen erat inter Iohannem et Simonem quis amplius suis noceret.

§ 3 cf. BI. IV 566—576

1 nudabant *Ba.c.* reppererant *sic* M^2*HBZA, add.* obuios *s. l. B* di(i *ex* e)loricabant (*s. l* dilacerabant) *B* 2 interficiebantur *Ca.c.* 3 recepissent *Ca.c.* 4 ante] extra *Ba.c.* immolabatur] *def.* M^2; *cf. praef.*; *T adhibui* dissentio *C* 8 atiabeni (*s. l* itumei) *Z* adiabenni *C* 9 exclusi *H* exclusis *BZαV* 10 tyranni *αV* illic *s. l. B* 12 de templo urbem (*s. l* templum urbemque) *B* ingressi *HB* 14 perterriti *B* consiliis *H* 16 hic] symon *Ba.c.* 17 ciuibus] *add.* et *B* ubi *TA* tyrannus *T* 18 matthatias *C* mathatias *Cp.c.* mathias *B* obsecaret *Ca.c.m2* 20 ambiens *Ba.c.* 21 perniciosorem *C* 22 inferiorem *HBZαV* execrantur *Ca.c., add.* uir *αV* uix *Weber* symon *TBA ut infra* 23 ut uniuersos et *αV* 24 et illos qui uocauerant *s. l. T* aduersus *α* aduersos *V* 27 suis *om. A*

XXVI. Conualuit rumor ciuilium bellorum in exercitu Romano: de Galbae et Othonis nece manifestatum et imperio Vitelli, qui nequior superioribus quasi faex resedisset. conferre secum ueteris militiae uiri coepere et indigne ferre tantum usurpare praetorianas Romae legiones, ut cum iam bellorum desueuissent experiri pericula, nomina ignorarent gentium quae bellum mouerent, ipsae tamen statuerent bellis imperatorem et in sua manu rerum Romanarum legendum arbitrum constituerent. deinde huiusmodi exemplo in Gallia positos milites adspirauisse ut Vitellio imperium darent inconsulto senatu et populo Romano. se interea quasi mercenarios haberi, qui aliena arbitria sequerentur, primos ad periculum, ad honorem ultimos, tanto tempore bellum gerere triumphis cotidie crescentibus et ab inferioribus dominos accipere, ne eos quidem utiles sed uel ignauissimos quosque uel uentri deditos et turpitudini. pergendum obuiam et remouendam iniuriam. esse sibi uirum strenuum Vespasianum, quem legi decuerit ab omnibus imperatorem, aeui maturum ad consulendum, ualidiorem iunioribus ad proeliandum. properandum maturius, ne prius ab aliis eligeretur et his, cum quibus in militia consenuerit triumphando, esset despectui. quando oportunius tempus, quo digna merces laboribus eius rependeretur? Vitellianam uoraginem priuatorum dedecus, non dicam imperatorum. non diutius hoc toleraturum senatum, non populum Romanum, ut opprobrium uinolentorum diutius in culmine maneat imperii, cui res Romana ad sumtum non suppetat. quis enim ferat tyrannum regnare, cum habeat in exercitu dignum Romani im-

XXVI § 1 cf. BI. IV 588. 592—600

16 cf. Sall. Iug. 85, 41

1 Sub ea tempestate *initio capitis add. editt.* 2 galba *H* imperium *H,Bp.c.* 3 uitellii *HZαV,Bp.c.* rex *T* fex (f *in ras.*) *B,HZA* 4 indigne] igne *Va.c.m2* 6 des(a *add. C*)euissent *HαV* experire *αV* et cum *ante* nomina *add. eras. B* 7 ipsi *Bp.c.,Z* belli *H* 8 in *s. l. C* regnum romanum (*mg.* rerum romanarum) *T* eli(i *ex* e)gendum *B* 9 arbitrium *B* deinde] denique *Ta.c.* galilea *A* 11 senatu *s. l. B* et *om. B* se *om. BαV* mercenarios *TBZ* 15 inutiles *A* 19 ualidioribus *T* 20 aliis] illis *H.Ba.c.* 21 militiam *αV* 22 oportunum *A* 24 *pr.* non (*s. l* ne) *Z* 26 uinulentorum *TCV* 28 exercitum *C*

perii gubernatorem? quae uero gentes luxui se subiciant et uitiis dedant, cum belli incentiuum sit ignauia imperatoris et contra firmitudo pacis in hoste uirtus sobrietas in reipublicae moderatore? quis non suspiciat in Vespasiano adhuc priuato regni decus et Romani imperii auctoritatem, cui tot militares numeri praesto sunt et omnis Romani exercitus ualidior manus? quid exspectamus, ut nostris fultus uirtutibus aliis debeat quod imperator est et nos aliis cedamus quod in iure nostrae potestatis est? certe, si honorare nolumus, non derogemus, nec faciamus hanc iniuriam, ut nostro iudicio repudietur quasi indignus imperio, quo dignus habetur Vitellius. postremo cum in Italia sint frater eius et filius Domitianus, uerendum profecto est, ne qui suis ornamento esse iam dudum debuit sit periculo, aut si illi ut arbitramur tyrannum urguere coeperint, huic fraudi sit quod frater et filius rebellauerint, et incipiamus reum spectare, quem uidere no-
2 lumus imperatorem. his secum milites uociferantes adoriuntur Vespasianum, rogant Romani imperii suscipiat gubernaculum. ille uero abnuere ac se indignum dicere, iam constitutum imperatorem, refugiendum ciuile bellum. illi instare promtius, ille resistere perseuerantius. postremo reluctantem armati circumsistunt gladiis mortem minantes, qui adueterent sibi crimen manere et graue periculum, si refugisset. ita cessit potius imprimentibus quam recepit uoluntarius, quod ambire alii solent. urguebant milites, suade-
3 bant duces, curam prius quam honorem induit. festinauit in Aegyptum, sciebat enim maximas uires illic esse Romanae reipublicae. unde alimonia ministraretur, subsidium sibi quaerendum, si uinceret, aut refragium Vitellio, si trahendum

§ 2 cf. BI. IV 601—604 § 3 cf. BI. IV 605—607

1 subiaceant *Ba.c.* subicient *Va.c.* 2 incendium *Va.c.m2* 3 hostem *BZαV* 4 suscipiat *TBαV* 5 cui] cum *Ba.c.* 7 expectamus] *add.* an *HB*, (*s. l.*) *Tm2* ut] a *add. exp. B* fultis *V* 12 sint *in ras. T* Domitianus—filius (*l. 15*) *suppl. mg. m2V* dominicianus *A* 13 ne] *add.* aliquis *exp. B* sui *Ta.c.* 14 illum *Z* 15 hinc *Z* 16 et incipiamus *in ras. Cm2* eum *AV* expectare *HBαV* uidere *om. A* noluimus *Z* 18 rogant] *add.* ut *Tm2, HBZ* 19 dicere] *add.* esse (*s. l. m2*) *T, HBZαV* 23 crimen sibi *B* fugisset *B* 29 suffragium *TαV* refugium *a.c.* (*mg.* l sufragium) *B* refragium (*s.* l sufragium) *Z*

diutius bellum putaret. esse etiam duos illic ordines militarium uirorum, quos sibi adiungere properauit, ut urbs maxima et plurimis naturae munimentis circumdata in suo potius iure quam in alieno maneret, ad utrumque belli euentum satis utilis. ideoque de locorum situ ac potissimum de ipsa urbe metropolitana uel paucis dicendum rati.

XXVII. Vrbem Alexandream condidit Alexander, cui ob uirtutem inditum magni ducis cognomentum. ea inter Aegyptum et mare quasi claustrum interiacet, ciuitas inportuosa, ut fere pleraque Aegypti, et ab externo difficilis accessu, cum sit in remotioribus Asiae partibus iacens. in hesperam ipsa Aegyptus aridis Libiae conterminat, meridiana autem eius superioraque disterminant ab Aethiopibus Soenen et innauigabiles Nili fluminis cataractas, ab oriente refunditur Mare Rubrum Copto tenus, qui locus extremis ultimus terris peruium ad Indos aperit iter nauigaturis. saepta igitur ex una parte feruentibus incendiis solis, Indico inde atque hinc Aegyptio mari, uno tantum muro septentrionali innititur terrae qui ducit in Syriam. cetera interclusa undique et naturae subsidio uallata. diuiduum tamen septentrionalis plagae eidem munimentum et gemino quodam limine patens, quo uel peregrinae ad eam per mare Aegyptium deuehuntur copiae uel liberior ad terras usus diffunditur. terra iacet in infinitum modum. nam inter Soenen et Pelusium longitudo immensa stadiorum duum milium, si

XXVII cf. BI. IV 607—615

7—10 cf. Isid. Etym. XV 1, 34 8—11 cf. Adamn. De loc. sanct. II 30, XXXVIIII CSEL p. 278, 15—17

1 putaset (s *in ras.*) *T* etiam illic duos *H* illic etiam duos *αV* 6 urbem *C* pauca dicenda *aV* XXVII de urbe alexandria et fundatore ac situ illius *mg. A* 7 Urbem—Alexander *om. A* alexandriam *THZCV Isid. Adamn.* alexandrinam *B* 10 ut] haut *CV* Aegypti *om. B* 12 hesperam *ego* europa *codd.* hespero *Weber* libiae *sic codd.* cum (*in ras.*) terminatrix (*exp.* trix, *s.* tur) *B* 13 superiora quae *THBZ* disterminat *BαV, Za.c.* 14 syenen *Zp.c.* soen *CV* tenet (*om. seq.* et) *A* 15 Copto *ego cum Ios. Graeco* clysto *TBa.c.* clystro *H,TBp.c.* clistro *Z* clythro *C* clysthro *Cp.c.m2,V* clyttro *A corruptum, ut puto, ex glossa* erythro *antecedenti uocabul.* rubrum *superposita; correxi, collato Iosepho Graeco* locus] *add.* ab *B* externis *Z* 16 per uim *H* iter aperit *B* 19 qui] quod *B* quae *ZA* 20 tamen] sane *Tp.c., H* 21 plagae *s. l. T* quod *T* 22 uel quo *A* 23 liberiora *αV* terrae *αV* usus *om. B* 24 so(o *om. Ha.c.*)enem *HBαV* syenen *Zp.c.* 25 duum] duo *B* item trium *α* iter trium *V*

fides adsertis adest, et a Plinthine usque ad Pelusium stadiorum item trium milium sexcentorum. inadsueta imbribus regio nec tamen pluuiarum indiga, cui Nili inrigua spontaneos imbres ministrant. utrumque ei Nilus est, caeli ubertas terrae fecunditas. arua temperat, solum opimat, nautis et agricolis iuxta usui. hi nauigant, illi serunt, isti circumuehuntur sua rura nauigiis, illi excolunt: sine aratro serentes, uiantes sine carpento. distinctam cernas fluentis et quasi quibusdam excelsam moenibus nauigiorum. totis domicilia terris uagantur, quae Nilo circumfluunt. est enim nauigabilis usque ad urbem ut appellant Elephantorum. ulterius nauem procedere cataractae quas diximus non sinunt, non defectu gurgitis sed totius fluminis praecipitio et quadam aquarum ruina. portus urbis, ut plerique maritimorum locorum aditus, difficilis accessu et longe ceteris difficilior, quasi ad formam corporis humani, in capite ipso et statione capacior, in faucibus angustior, qua meatum maris ac nauium suscipit, quibus quaedam spirandi subsidia portui subministrantur. ubi quis angustias atque ora portus euaserit, tamquam reliqua corporis forma, ita diffusio maris longe lateque extenditur. in dextera portus insula est breuis, in ea turris maxima, quam Pharum in commune Graeci ac

1 adsertis = Iosepho § 610 2—4 cf. Isid. Etym. XIV 3, 27 2—14 cf. Adamn. De loc. sanct. II 30, XXXVIIII CSEL p. 281, 2—15 14—p. 285 l. 5 cf. Baed. De loc. sanct. XVIII, XXXVIIII CSEL p. 321, 3—13 14—p. 286 l. 11 cf. Adamn. De loc. sanct. II 30, XXXVIIII CSEL p. 278, 17—281, 2 21—p. 285 l. 5 cf. Isid. Etym. XV 2, 37 = XX 10, 10

1 adsertibus *Bp.c.* est *Ba.c.* plintine *T*, (*s.* palestine) *Z* plyntine *H* plinthene *B* plenthine *A* ad *om. HBZ,Tp.c.* usque ad pelusium *iterauit Ca.c.* stadiorum—milium *om.* αV 2 item *om. B* inassuetam αV 3 regio nec] regionem αV indigna *CV* indiguam *A* indiga *Adamn.* 4 ministrent *Ta.c.m2, Z* αV amministrent *B* ministrant *etiam Adamnanus* 5 terraeque αV 7 circumueniuntur αV sua rura] uariis *Z* 8 fluentes *Ta.c.m2,* αV 9 excelsam *s. l. T* excelsa αV *Adamn. codd.* 10 domicilio *B* circumfluent *Ta.c.m2* 11 ut, *s.* quam *BZ* elefantorum *HBZV* 13 fluminis sed gurgitis totius *H,Ba.c.* praecipiti *T,Bp.c.* praecipitiis *Z* praecipiti *uel* praecipitis *Adamn. codd.* 14 quaedam αV ut] et *Z* 17 qua] quae *Ba.c.* quo αV meatu *C* meatus *Adamn.* meatum oris *A* 18 ac nauium] atque ingressum nauium *B* 19 quis] quicumque *Bp.c.* 20 diffuso *Ta.c.* euas.—portus *mg. inf. suppl. V* 22 pharum *C* farum *cet.*

Latini ex ipsius rei usu appellauerunt, eo quod longe uideatur a nauigantibus ut, priusquam in portum adpropinquent, nocturno maxime tempore terram finitimam sibi esse flammarum indicio cognoscant, ne decepti tenebris in scopulos incidant aut uestibuli limitem non queant comprehendere. sunt itaque illic ministri, per quos subiectis facibus ceterisque lignorum struibus adoletur ignis quasi terrae praenuntius et index faucium portuensium, demonstrans ingrediendi angustias, undarum sinus, uestibuli anfractus, ne praestringat tenuis carina cautes et in ipso ingressu offendat interopertos fluctibus scopulos. itaque directum cursum paulisper inflecti oportet, ne caecis inlisa saxis ibi incurrat nauis periculum, ubi speratur effugium periculorum. angustior enim aditus in portum, quia a dextra parte latere artatur, a laeua rupibus, quibus obstructum est sinistrum latus portus. circa insulam quoque structae ingentis magnitudinis moles deiciuntur, ne assiduo adsurgentis inpetu maris cedant fundamenta insulae atque iniuria uetere soluantur. unde fit ut illidentibus se in partem insulae fluctibus et recurrentibus in aduersum inter scrupeas rupes molesque constructas canalis ille medius semper sit inquietus atque exasperato transitu periculosus fiat nauigiis ingressus. amplitudo portus stadiorum XXX, statio tuta, placiditas maxima quauis tempestate, quia memorati oris angustiis atque obiectu insulae repellit a se undas maris

10 cf. Verg. Aen. V 163 19—20 cf. Baed. De loc. sanct. 18, XXXVIIII CSEL p. 321, 13—14 23—24 cf. Baed. De loc. sanct. 18, XXXVIIII CSEL p. 321, 14—15

1 uidebatur *Z* uideatur *etiam Isid. Adamn.* 2 a *om. B, praebent Isid. Adamn.* ut *s. l. V* in] ad *B α V* in *Adamn.* portu *TH* portum *etiam Adamn.* propinquent *α V* adpropinquent *etiam Adamn.* 3 tempore maxime *B* finiti, *s. l. add.* mam *T* 4 scopolos *C* 6 illi *Ta.c.m2* subiecti *TH* 7 quasi ignis *B* 10 forte *exp.*, *s.* tenuis *B* 12 oporteat *Z* 13 sperauit *H* 14 portu *T* qui *Ta.c.m2,α V* dextera *HBZ,Va.c m2 Adamn.* latere (*s.* l littore) *Z* 16 instructae *Ta.c.*, (*s. l.*) *C, A V Adamn.* 17 assiduae *B* adsurgentes impetum *H* insurgentis imperio *A* 18 insulae] *add.* et recurrentibus *ex l. 20 H* uetere *eras.*, *s.* cogente *B* 19 partibus *Ba.c.* 20 aduersa *T* scrupeas *in ras. B* 22 nauigiis *eras.*, *s.* nauigantibus *B* nauis *Adamn. codd.* 24 placitas *H* l placidita *add. mg B* quamuis *B* memoracioris *in ras. B* memoratiores *Z* memoratis *Adamn.* oris *om. BZ Adamn.* 25 angustis *Ta.c.m2*

et fit intus tutissimus portus compensatione quadam ingressus periculosi, quia per easdem portuensis oris angustias totius portus defenditur sinus et summouetur a tempestatibus, placidatur a fragoribus, per quos ingressus exasperatur. nec inmerito uel tutamen uel magnitudo portus huiusmodi est, cum in eum quae ad usum totius orbis proficiant conuectari necessarium sit. nam et populi innumerabiles eorundem locorum ad usum sui expetunt totius orbis commercia, et frugum regio ferax ceterorumque terrae munerum uel negotiorum abundans totum frumento alit atque instruit necessariis mercibus orbem terrarum.

XXVIII. Conpositis itaque erga se rebus in Alexandrea et studiis omnium qui rem militarem gerebant circa suum imperium conspirantibus securus absentiae reditum in Syriam maturat, conuento mandatis tamen Tiberio Alexandro, qui tunc Aegypto praesidebat, ut eius exercitus qui in superioribus partibus erat gratiam sibi consociaret, ipse quoque necessitatem imperii Romani quibus posset adiuuaret uiribus quae sibi inposita foret. Tiberius epistulam prouincialibus et militibus insinuauit, idque ab omnibus cum laetitia susceptum, fides promissa, effusus fauor. Vespasianum Caesarea suscepit, inde Beritos legationibus
2 urbium cum summo gaudio confluentibus. illic etiam Iosephus solui praeceptus uinculis [iussu]. imperatorem adiuit Titus ut frangerentur potius quam soluerentur catenae, quod si frangerentur ita esset quasi non fuisset ligatus. placuit patri. securim deferri iussit, frangi catenas,

XXVIII § 1 cf. BI. IV 616—617. 588. 620 § 2 cf. BI. IV 626—628
9—11 cf. Isid. Etym. XIV 3, 28

1 compensatione] conuersatione *Adamn. codd.* 3 a *s. l. m2 T* tempestatibus] *add.* et *B* 4 a *om. A* frigoribus *BZ* fragoribus *etiam Adamn.* quas *αV,Ta.c.* quos *etiam Adamn.* exasperantur *B* exasperatur *etiam Adamn.* 5 uel tutamen] uel tu *s. l. B*, *ex* uelut tamen *C sec.* uel *om. BCV* uel—usum *om. A* 6 urbis *A* 8 expectant *B* urbis *Zp.c.* 9 regia *T* ceterumque *H* 12 alexandraea *H* alexandria *cet.* 13 omnibus *Tp.c.* gerebat *Ta.c.* regebant *CV* regebantur *A* 14 securus—tamen *mg. suppl. Z* 15 tyber. *ut infra HBA* 17 partibus *om. B* sibi *om. B* 18 romani imperii *B* 22 caesarea (*s.* caesar) *V* berastos (*mg.* beritos) *T* berito (v *s.* o) *B* beritho *CV* ueritho *A* 24 e *ante* uinculis *s. l. add. B* iussu imperatoris adiuuit *libri*; *emendaui*

ut aduerterent Iudaei sibi quoque ueniam non negandam, si conuerterentur et pacem rogarent; simul quia non alieno eum arbitrio iam reseruabat, cum ad se rerum omnium delata arbitria forent.

XXIX. Ventum Antiochiam. ibi tractatu habito, unde oporteret ad Italiam transmittere, quia tuta in Aegypto uel Alexandreae omnia considerauerat, consultum celeritati. dimittit itaque Mucianum cum parte multa equitum et exercitus pedestris, ut praeueniret in Italia aduentum imperatoris. ille prolixae nauigationis reuocatus formidine per Cappadociam et Phrygiam iter direxit. Antonium quoque 2 praecepit praefectum tertio ordini militari qui erat in Moesia in inparatam se Italiam effundere, priusquam Vitelliani sese mouerent. nam Vitellius quasi crapulatus et somno demersus, conuiuii rem geri aestimans, non imperii, in tantis positus negotiis indormiebat. denique uix tandem excitatus nuntio aduenientis Antoni dirigit Caecinam cum exercitus parte et periculi sui summam alieno arbitrio committit fretus Caecinae uiribus, quod Othonis manum fuderat. ille circa urbem Cremonensium Antonio occurrit aduenienti, explorat omnia, cognoscit praeualidam manum e diuerso adfore, strenuam bellis, exercitam triumphis, se contra nec uiribus aequis nec numero pares posse decernere aduersum ualidiores. conuocatis centurionibus suadet bello desistere, quod essent numero inferiores et gloria imperatoris praeponderaret. satis in bello ualere famam ducis rem summam gerentis. Vespasianum in Gallicanis partibus et Brittaniarum uictoriis emicuisse, Vespasianum orientalibus suc-

XXIX § 1 cf. BI. IV 630—632 § 2 cf. BI. IV 633—638

1 iudaeis *T* sibi quoque iudaei *B* iudaei—conuerterentur *mg. suppl. V* 3 eos *Ba.c.* iam arbitrio *Z* 4 arbitrio *CV* arbitrium *A* 7 alexandriae *codd. praeter H* 8 dimitti *CV* municianum *αV* partem multam *C* ille] is *T* 11 cappadochiam *C* frigiam *THBZA* phygiam *Ca.c.* 12 ordine *αV* moesiam *H* misia *TB* mysia *ZCV* missam *A* 14 depressus *Ba.c.* 17 antonii *codd. praeter Bm1* cecinam *ut infra BZ* 18 partem *Ca.c.m2* 19 caecina *α* 21 affore *mg. T* 22 exercitatam *Bp.c.* exercitum *Ca.c.m2* nec *eras.* non *mg. suppl. B* 23 decernere] pugnare *Ba.c.* decertare *αV* 25 quod] *add.* cum *Ta.c.,CV* 26 formam *Ba.c.* 27 gallicis *Z* britaniarum *Ta.c.,Z* britanniarum *Tp.c.,CV* brittanniarum *B* brictanianum *A* 28 Vespasianum] *add.* in *A*

cinctum adoreis magno niti sui nominis praeiudicio. Vitellium nihil aliud nisi uino solutum et inter conuiuia pridianas semper eructuantem epulas nihil aliud exspectare nisi ut cum hostis aduenerit ebrius pereat sine sensu doloris. ex illo augeri militum animos tanti gloria imperatoris, ex isto deici per opprobria eius et turpitudines. consulendum ne prioris belli famam amitterent. uicerint Othonem Vitellio parem, aduersus eum nunc esse negotium, qui totum orbem triumphis suis cinxerit. praeueniendam gratia necessitatem ut ciuem potius Vespasianum eligant quam hostem experiantur. miserum esse bello ciuili et uincere: quanto miserius uinci, ut uidearis hostis tuorum. uictori patria manet, uicto perit, aut, si manet, ad sceleris inuidiam manebit, ut uideamur ciuibus intulisse bellum pro tyranno. qui enim uincitur non iam ciuis sed tyrannus est. quid conserimus noxias manus? semel satis sit sceleri uicisse, ut puderet cui uicerimus. putauimus uel imperio sobrium fore uel rerum molibus expergefactum somno perpetuo renuntiare. quid exspectamus diutius? pericula nostra ingrata sunt omnibus commilitonibus, omnibus populis iudicia nostra reprehensa et condemnata propter electi flagitia. qualis sit considerate, qui etiam uictor repudiatus est. consultandum certe prius de belli euentu et sic proeliandum. si pericula praeuenerint, frustra consules, ubi consilium placuerit, recte incipias. quod solliciti ducis esset, explorata sibi omnia, patuisse Vespasiani exercitum esse ualidiorem. fidem suam pro Vitellio iam dudum probatam. quando praesumsit de belli euentu, uictoriam secutam, quando diffidit, in promtu esse quid sit futurum. neque uero mortem suam sibi formidini esse sed exercitus Romani periculum et, quod plus dolet uiris, partae iam dispendium laudis, ut

2 cf. Verg. Aen. IX 236

1 niti] uti *Z* 2 aliut *suppl. m2 C* 3 ructantem *THBZ* 5 tanti] tangit *T* gloriam *TB* 7 famam belli *B* omitterent *HZ,Bp.c.* 9 gratiam necessitate *αV* 14 ut] et *αV* 17 pudeat *Bp.c.* 18 mobilibus *B, Ca.c.m2* perpetuo] per imperium *A* 19 renuntiaret *CV* 22 rediatus *Ca.c.m2* 23 consulendum *Bp.c.* 24 consulis *B* 29 promtum *αV* sit *om. αV* 30 esse formidini *B* formidinis *Tp.c.,H* 31 et *om. H* paratae *Tp.c., Ba.c.m2* patet *αV*

uideantur uicti qui solent uincere. sibi certe cauendum ne iudicetur et illud non fortitudinis, sed euentus fuisse quod uicerit bello superiore, et istud ignauiae quod uictus postea sit.

XXX. His atque huiusmodi sermonibus adduxit in sententiam suam milites, ut secum ad Antonium pergerent, uoluntarii atque ei se traderent. sed ut se habet uulgi maxime militaris mobilitas, conpuncti sunt plerique per noctem in cubilibus suis deserti Vitelli paenitentia, ne si superior fieret, nullus sibi locus ueniae superesset, qui imperatorem proprium dereliquissent. et surgentes primo cum obuiis quibusque, dein cum omnibus conferre coeperunt, quomodo erratum emendarent. euaginatisque gladiis insiluerunt super Caecinam uolentes ultu ire iniuriam suae prolapsionis. sed interuenientibus centurionibus et chiliarchis a nece quidem eius temperandum rati uinctum tamen Vitellio dirigere parabant. quo cognito Antonius mouit eos, quos secum deduxerat, et armis super defectores inruit. at illi uiso agmine partis diuersae parauerunt se ad proelium, sed paulisper ausi resistere, ubi se conuertere ut Cremonam confugerent, cum equitibus Antonius occurrit atque omnes praeuenit aditus, ne confugientes reciperentur, clausosque ante urbem interfecit. caesa illic multitudo maxima, reli- 2
quos in ipsam urbem persecutus peremit. direpta omnia, plurimi negotiatores ex aliis locis aduenientes, plurimi incolae praedae causa necati dum sua uindicant. extincta XXX milia et CC uiri, qui aderant de exercitu Vitelli. Primus quoque, id enim Antonio cognomentum erat, quattuor milia quingentos de Mesiacis militibus amisit, quoniam

XXX § 1 cf. BI. IV 639—642 § 2 cf. BI. IV 643 sq.
8 cf. Ps. 4, 5

1 solebant *B* 7 uoluntarii—traderent *mg. suppl. V* 9 uitellii *THBZA* nec *CV* 12 dehinc *B* 13 inruerunt *H* insilierunt *CV* 14 cecinam *ZA* uultum *Za.c.* ultum ire *eras.* uindicare *ss.*; *tum* uindicare *exp.*, ultum ire *mg. m2 B* 15 lapsionis *B* ciliarchis *CV* 16 tamen *om. HBZ* 18 duxerat *TB* defectores] desertos *αV* 19 aduersae *B* 20 conuertere ut] conuerterent *αV* 23 illic *s. l. V* reliquos] *add.* illuc *αV* 24 prosecutus *T* interemit *Ba.c.m2* 27 uiri *om. H* -citu uitelli] *incipit M* uitellii *Mp.c.m2, HZAV* primusque *HBZ* 28 quoque *om. HBZ* 29 mysiacis *MZC, Vp.c.m2* misiacis *HAV*

desperatione salutis ulcisci se uolentes Vitelliani ubi circumuentos uidere, haut incruentam et ipsi Antonianis uictoriam cessere. solutus uinculis Caecina dirigitur ad Vespasianum ab Antonio ibique non solum salutis securitate, sed etiam praemiorum solutione consolatus est maculam proditionis.

XXXI. Cuius uictoriae nuntio elatus Sabinus, uolens et ipse commendationem sibi apud imperatorem parare, si praeueniret aduenientem Antonium, Vitelli uel exitio uel expulsione aut, si resisteret Vitellius, subueniret Antonius, qui iam iamque adfuturus audiebatur, congregat sibi milites, manum ex his ordinibus, qui Romae positi curabant
2 munia uigiliarum. occupat nocte et Capitolium. plurimi ad eum nobilium per diem fluxere, inter quos etiam Domitianus, Vespasiani germano editus, qui metueret, ne in se quasi in Vespasiani nepotem Vitelliana ultio deriuaretur. inter duos positus Vitellius propiorem adoritur, minus sollicitus de remotiore — plus enim propiora terrent pericula — indignatusque inmittit Germanos in Capitolium, qui praeferoces immanitate gentis, simul numero ualidiores circumuenerunt
3 bellatricem Sabini cateruam. interfecti prope omnes. Domitianus tamen cum plerisque nobilium, dum Germani ad superiora Capitolii nituntur et a Sabino eiusque sociis loci pelluntur suffragio, fugiendi locum repperit, aut forte quia et ipse malo publico reseruabatur tyrannus futurus. Sabinum Vitellius excruciatum necat, diripiuntur omnia munera oblata Capitolio templumque incenditur.

XXXI § 1 cf. BI. IV 645 § 2 cf. BI. IV 646—648 § 3 cf. BI. IV 649

1 circumuentos] *add.* se *Mm2* 2 aut *Ma.c.m2, H* ipsis *HBZ* 3 cessere—Vespasianum *om. A* solutis *H* cecina *BZ* 4 securitatem *BαV* 5 solutionem *Ma.r., A* 7 sauinus *H* 9 antonius *Ma.c.m2* uitellii *Mp.c.m2, HBZA* 10 Antonio *Weber* 12 militum *B* manib. *Ca.c.* 13 et *eras. M exp. C om. BAV* 14 fluere *A* confluxere *BZCV* confluxere per diem *H* domicianus *BZ* dominicianus *A* 16 diriuoretur *Ma.c.m2* 18 propriora *Ma.c.m2, Z* 19 mittit *αV* 20 gentes *HZ* gentium *V* simul] *add.* et *B* 21 rebellatricem *HBZ* sauini *H* catheruam *C* domicianus *HBZ* dominicianus *A* 23 loco *B* 24 suffugium *B* locum *om. B* reperit *CV* 25 futurus] secutus *A*

XXXII. Post diem Antonius adest, e diuerso occurrit. trino circa urbis munia congressu habito fusi caesique omnes Vitelliani. interea Vitellius epulabatur, ne amitteret moriturus prandium, et redundantioribus, ut in extremis solent, mensae sibi ultimae dapibus refarciebatur. obruebat se uini poculis frequentioribus, ut sensum amitteret futuri uel opprobrii uel periculi. rapitur e conuiuio, trahitur per multitudinem, insultatur morituro, inferuntur iniuriae quas ebrius non sentiebat. in media perimitur urbe uina simul et sanguinem fundens, eructuans crapulam. qui si diutius uixisset, luxuriae sumtibus et pretio mensarum Romani imperii opes abligurrisset. denique VIII mensibus et quinque diebus imperitauit et iam Roma edacitati eius defecerat. numerata sunt alia caesorum supra L milia.

XXXIII. Sequenti autem die Mucianus et Antonius cum exercitu pariter ingressi uix finem necandi furentibus militibus inposuere, eo quod praesumtores constituendi imperii Vitellianos persequebantur et explorabant priuatorum domos tanta perciti indignatione, ut cum de populo aliquos metu latentes inuestigassent, prius quasi Vitellianos ferirent, quam cognitio ueritatem manifestaret, ut saepius uincentium furor interrogationem praeueniret. et quia absens erat Vespasianus, quasi ad interregni uicem Domitianum publicis Mucianus praefecit negotiis, ne qui naeuus deesset rebus secundis. nondum tamen Domitiano se penitus infuderat libido flagitiorum. rudis erat adhuc uitiis et tiro criminibus ut potestatibus. Vespasianus hieme retentus atque intercluso uentis mari cum filio Alexandream redit. illic uictoriae nuntio plebisque Romanae conperto in se fauore pro- 2

XXXII cf. BI. IV 650—653 XXXIII § 1 cf. BI. IV 654—655 § 2 cf. BI. IV 656—658

1 adeat antonius *H* occurritur *HBZ* 2 munia *sic libri*, moenia *editt.* 3 Vitellius] uitellianus *Ma.c.m2* 4 solet *HBZ* 5 reficiebatur *HBZαV* obr.] *rursus incipit M²* obruerat *HB* 7 e *om.αV* 9 paremitur *M²a.c.m2* 10 eructans *HBZ* 12 abligurisset *HB*, *Za.c.m2* 13 et iam *om. B* 14 alia] *add.* die *H add. s. l.* corpora *Z* 15*et*24 municianus *αV* 18 prosequebantur *H* 19 de populo *om. B* 20 metu latentes] meticulantes *B* perirent (*s.* perimerent) *Z* 23 ad *ex* et *m2(3?) M² om.αV* interregni *exp.* regis *s. Z* Domitianum] dominicianum *A* 24 nepus *M²a.c.m2,H* 26 tyro *M²HZαV* 28 alexandriam *codd. praeter H*

fectionem maturandam constituit, ne quid absente se nouaretur, nec tamen incuratum Iudaeae bellum reliquit, quod filio quasi ccnsorti suorum operum ac successori committendum putauit, ut neque Romanis ipse deesset, nec Iudaeis
3 Vespasianus, quem filius repraesentaret. exsecutor igitur paterni electus triumphi cum electa manu dirigitur Titus. pedes egreditur, Nicopolim petit. abest ea ciuitas ab Alexandrea XXIIII stadiis. inde militibus classi nauium maiorum inpositis Nilo decurrit usque ad urbem Thmui. unde progressus habitauit in ciuitate cui nomen Thanis. secunda mansio uiantibus ciuitas Heraclea, tertia Pelusium. duobus diebus statiuarum gratia Pelusi transactis per desertum agens iter peruenit usque ad Casi Iouis templum. successit ei Ostracine mansio, aquae locorum indigens, tamen diligentia incolae sibi subsidium comparauerant, ut instituerent ductus aquarum. exceperunt etiam Rinocori exercitum progredientem non sine grata refectione. occurrit urbs Raphiul, quae ciuitas Syriae principium est ex Aegypto conmeantibus. uentum est Gazan — ea quinta erat ciuitas aduenientibus — inde in Ascalona, deinde in Iamniam, ex qua transitum in Iopen, peruentum in Caesaream, ubi necesse erat paulisper morari, congregare quoque militum manum quae adhuc in hibernis agebat. et iam hiemis asperitas deficiebat.

§ 3 cf. BI. IV 659–663

2 iudae *A* bellum *om.* αV 4 nec *sec.*] neque *B* 6 electus] *i* relictus *s. l. m2B* dirigit M^2 *a.c.m3* 7 alexandria *codd. praeter H* 8 unde αV maiorum] parte maiore *B* 9 nili M^2 Thmui] timuit M^2 *a.c.m3* thimiu *H* hmui *Ba.c.* thomui *Bp.c.*,*Z* thymy *m2mg. B* thymui *CV* timui *A* 10 thanisi M^2 *a.r.* tanisi *H* mentanis *Ba.c.* tanis *Z*, *Bp.c.* 12 diebus *om. HBZ* pelusii *HBZ* αV transactis] *add.* diebus *HBZ* 13 cassi M^2 cassii *HBZ* casii αV 14 ostracenae M^2 ostracene *B* ostrachin(a)e αV 15 conparauerunt *H* 16 rinochiri M^2 rinocheri *Z* rinochorim αV 17 gratia *B*,*Za.r.* refectionis *B*, *Za.c.* 18 rafiul M^2 *HBZ* raphul *Va.c.* 19 gazam *B* 21 transitum (tum *in ras. m3*) M^2 transitur *H* peruentum (tum *in ras. m3*) M^2 FINIT LIB. IIII INCP. LIBER V *M* EXPLICIT LIBER QVARTVS INCIPIT LIBER QVINTVS *HBCV* FINIT LIBER QVARTVS INCIPIT LIBER QVINTVS ANTIQVITATVM IOSEPPI *Z* EXPLICIT IOSEPPHI STORIARVM LIBER IIII DE BELLO IVDAICO | INCIPIT EIVSDEM HISTORIOGRAPHI LIBER V DE CLADE | ET EXCIDIO VRBIS HIEROSOLYMAE *A*

LIBER QVINTVS.

I. Anno primo delati imperii Vespasiano bellis asperis Iudaea et seditionibus domesticis lacerabatur, nec per hiemem indutias malorum egerat, quando solent bellorum saeua requiescere. quin etiam tertius ei tyrannus Eleazarus 2 accesserat quasi emendaturus uitia superiorum, qui coniurantibus secum Iude et Ezeronis Simone et Ezechia non ignobili iuuene, quos plurimi alii comitabantur, et occupatis templi interioribus et circuitu omni supra fores in uestibuli ipsius fronte arma constituere. Iohannes tamen conspirantium numero praestabat et factionis multitudine, sed loco inferior, quamuis nequaquam feriaretur sed repugnaret superioribus, grauabatur tamen quod supra uerticem hostes haberet. Simon uero, quem sibi tyrannum populus intro- 3 duxerat, superiora urbis tenebat, inferiora quoque populo ipsius replebantur. trino proelio laborabat intra se ciuitas, nulla intermissio nulla requies nullae indutiae, momentis omnibus dimicabatur. multi ruebant, innumeri iugulabantur, manabat sanguis, foedabat uniuersa, ipsa replebat templi limina, passim ruebant cadauera, sagittis alii alii missilibus feriebantur. inter tres medius erat Iohannes inferior Eleazaro, superior Simone; quo superabatur ab Eleazaro, eo ipse superabat Simonem: medius enim inter utrumque eum locum tenebat, ut quo plus grauaretur ab altero et ipse plus alteri noceret. instructior tamen ceteris subsidiis machinarum et genere telorum bellum aequabat, ita tamen ut praeter eos qui bellum mouerent plerique etiam

I § 2 cf. BI. V 2—7. 9 § 3 cf. BI. V 11—18

1 uespasiani M^2 4 tirannus M^2 eleazar αV 5 accesserat (ra *in ras. m3*) M^2 quasi *om. A* coniurantibus] ł coniunctis *s. l. Z* 6 secum *om. H* iudae M^2HCVZ iuda $Zp.c.$ iudeae A zeronis B ezeroni* Z ezecia M^2H ezezia A 8 omnis C omnes V uestibulis M^2 9 ipsius fronte *in ras. m3* M^2 11 feriatur (ba *add. s. l. m3*) M^2 repugnare $M^2p.r.$ 12 prioribus B 13 sibi *om.* M^2 14 ipsius populo B 18 ipse H 19 alii *alt. om.* $M^2a.c.m3,A$ 20 missilibus—Ioh. *suppl. m3* M^2 *om.A* missibilibus C 21 superatur H 22 ipso αV 24 instrictior $Cp.c.$ 26 praeter eos] prae ceteros CV prae ceteris A

sacerdotum interficerentur atque inter ipsas quas mactauerant hostias immolarentur. quamuis enim frequens super uniuersos rueret telorum seges et ubique feruerent proelia, tamen sacerdotes sacrificandi ministerium sollemniter obibant nec feriabantur a commisso sibi munere. et quo in interioribus erant templi, eo grauius perimebantur, quia tormento acta uehementiores ictus habebant. plerique etiam qui de ultimo orbe precatum uenerant sperantes remedia salutis, quo magis templo inhaeserant, eo maioribus periculis inuoluebantur. cerneres externos cum ciuibus, sacerdotes simul et profanos iacere, graues cum turpibus, luxuriosos cum abstinentibus, confusoque omnium promisce sanguine et quasi profluuio decurrente interiores ipsos stagnare templi recessus, in circuitu omni cruorem tumescere, ut plerique dum se inuicem propugnatores partium petunt, lubrico offensi quasi satiaturi furorem in sanguinem demergerentur. nec sic uel periculis territi absistebant tamen proelio tyrannorum satellites, et quo maius periculum eo amplius desaeuiebat tempestas furoris. si his grauius incubuerat exitium, alii quasi ad uictoriam uehementius in-
4 nitebantur ut turbatos delerent. et Eleazaro quidem uel Simoni cedendi potestas erat, ut quasi quibusdam uel horarum separarentur indutiis. Iohannes tamen semper in procinctu, momentis omnibus in certamine. si superiores quieuerant, urguebant inferiores ex parte Simonis, si hos proturbauerat, Eleazarus infestabat. nec ipse tamen illos quietos esse patiebatur. ubi alios depulerat, in alios prosiliebat, peruigil in certamine et ipsa inpiger crudelitate. ubi parcebant telis, ignes iaculabantur, qui adprehensis tectorum

§ 4 cf. BI. V 22—24

3 cf. Verg. Aen. III 46

5 nec] et *B a.c.m2* a *om.* M^2 *HBZ* commisso—perimebantur *om. HB* quod *A* 6 in *om. Z*αV 7 tormenta *HBZ* 8 pr(a)ecatu α*V* 12 promisce *sic* M^2 *CV* 13 prefluuio *H* fluuio *B a.c.m2* ipsius *A* 14 omnia *Z* cruore M^2 *HZ*α*V* 16 sanguine *B* 17 tamen *om. H* 18 maius] magis (*sed m3*) M^2, *HA* 23 repararentur M^2 *p.c.m3* se pararent *B a.c.* se repararent *H*, *B p.c.* se reparent *Z* tamen] uero *B* 24 si *om. A* 25 proturbarent M^2 perturbauerat *Z*, (*ex* preturbauerat) *A* 28 in *om. B* 29 ignis M^2 *H* iaculabatur M^2

fastigiis depascebantur domus quae refertae frugibus ceterisque subsidiis alimentorum ad belli tolerantiam prolixioris pariter exurebantur maioraque pabula incendio dabant. ruebant ambusta materiarum, deuoluebantur sublimium aedificiorum culmina. ita sanguine incendio ruina fame totius urbis nerui succidebantur. nullus locus periculo uacabat, nullum consilio tempus reperiebatur, nulla spes conuersionis, nulla refugiendi copia erat. maesta omnia, plena horroris, plena immanitatis, ubique luctus, pauor, ubique clamor mulierum, heiulatus senum, morientium gemitus, uiuentium desperatio, ut miserabiles eos diceres qui remanserant, beatos qui obierant.

II. Quomodo decepta es, ciuitas, populis tuis, quibus quondam uidebaris beata, quomodo expugnata es tuis armis atque in te conuersae sunt manus tuae, quae solebas sine armis uincere sine ullo proelio hostem ferire, cum pro te angeli dimicarent et militarent tibi fluctus maris, terrae hiatus, caeli fragores? exsurge nunc, Moyses, et uide gentem tuam et hereditatem populi tibi crediti perire manibus suis. aspice populum illum dei, cui peruium gradienti mare patebat, cui esurienti escas caelum subministrabat, sine mari clausum, sine Pharaone obsessum, sine terrarum sterilitate ieiunum. exsurge, Aaron, qui aliquando, cum propter offensam dei omnipotentis mors plurimos populi depasceretur, stetisti inter uiuentes ac mortuos, et mors stetit atque obiectu corporis tui haesit lues nec transire potuit ad contagionem uiuentium. suscitare et tu, Iesu Naue, qui muros

I § 5 cf. BI. V 24—32 II § 1 cf. BI. V 19

1 cf. Sen. De clem. I 25, 5 13 cf. Thren. I 1 25 cf. Num. 16 (17), 48 (13) 27 sqq. cf. Ios. 6

1 domos quae *HV* domosque *Z* domusque *α* 2 toler.] *add.* erant M^2 prolixiores M^2H 3 incendia M^2 4 dabantur *BZαV* ambusta (usta *in ras. m3*) M^2 7 consilium *M* consilii *B* repperiebatur M^2HBZ repperiebantur *A* 8 spe *Ca.c.* fugiendi *HB* confugiendi *Z* 10 eiulatus *A* 12 obierant—hora (*V 29, 1*) *desunt in H* obibant *Ba.c.* II EPILOGVM *mg. B* 13 est *Ba.r., Va.c.m2* 15 manus tuae sunt *αV* tuae] *sq. ras. 4 litt.* M^2 16 uincere] *add.* et *BZαV* 18 exurge *ut infra* M^2 moisen M^2 20 illum *s. l. V* dei *s. l. m2* M^2 patuit *αV* 23 aharon *CV* 26 cognitionem M^2 cognationem *αV* 27 ihu M^2 hiesu *Z* hiesus *CV* ihs *A*

inexpugnabiles Hiericho sacerdotibus tuba canentibus conplanasti, et uide populum, cui exteros subiecisti, nunc eundem subiectum opprimi. suscitare, Dauid, exasperantem spiritum citharae suauitate solitus excludere, et uide quemadmodum dominetur furor atque omnem suauitatem psalmorum tuorum ex perditorum sensibus aboleuerit, et unusquisque de principibus populum uniuersum ad mortem offerat, ut libertatem extorqueat, pro quo ipsum te morti offerebas. suscitare, Helisee, qui hostem introduxisti in Samariam et amicum fecisti. per te in castris Syriae quadrigarum increpuit fragor et uox equitum et uox uirtutis, fugit hostis, euasit obsidionem Iudaeus. ubi nunc ista merita, ubi nunc istae operationes sanctorum? nec mirum si amiserunt prophetarum opera, quia negauerunt prophetarum arbitrum. ideoque in te, Iudaea, arma tua uertuntur, orationes tuae nihil tibi prosunt, quia fides tua nihil operatur; ideo aduersum te factus est populus tuus, quia in te conuersa est perfidia tua. quod remedium quaeritur, ubi auctor remedii non reconciliatur? quid putabas futurum, cum tuis manibus salutare tuum crucifigeres, cum tuis manibus uitam tuam extingueres, cum tuis uocibus aduocatum tuum exterminares, tuis infestationibus auxiliatorem tuum interficeres, nisi ut in te quoque tuas iniceres manus? habes quod petisti, eripuisti tibi praesulem pacis, petisti necari uitae arbitrum, concedi tibi Barabban, qui propter seditionem factam in ciuitate et homicidium missus fuerat in carcerem. ideo salus abs te abscessit, pax abiit, quies destitit, data est tibi seditio, datum ex-

3 sq. cf. I Reg. 16, 23 9 cf. IV Reg. 6, 19 sqq. 10 cf. IV* Reg. 7, 6 16 Gal. 5, 6 20 Gen. 49, 18. Luc. 2, 30 25 *Luc. 23, 18—19

8 te ipsum *B* 9 heliseae M^2 helyseae *B* elissee *C* elisaee *V* 10 per te] pariter M^2 13 operat.] *add.* ubi M^2 sanctorum] *add.* opera M^2 amiserint M^2 *m3* 14 quia] qui *B* α *V* negarunt *CV* necarunt *A* arbitrem (trem *in ras. m3*) M^2 arbitrium (*s.* ł arbitrum) *Z*, *A* 15 arma conuertuntur *B a.c.* uertuntur] *add.* et *A* 18 auctorem *CV* 19 conciliatur *B* cum—crucifigeres *om. A*, *s. l. V*, *mg. m2 B* 20 salutarem M^2, (*s.* saluatorem) *Z* saluatorem *V* salutare—cruci *in ras. m2 C* 21 exterminares] *add.* cum *B* 24 arbitrem *A p.c.* 25 barraban *ZA* 26 ciuitatem α *V* 27 recessit *BZ* α *V* 28 datum] datan M^2 dathan *CV* ex ciuium M^2

cidium. agnosce tibi hodie Barabban uiuere, Iesum mortuum. ideo in te regnat seditio, pax sepulta est, ut crudelius a tuis pereas quam si ab alienis perires. quid tantum tibi, miserabilis ciuitas, Romanus suis armis, quantum populus tuus malorum inuexit? ut Romanis pugnares, tui fecerunt. pacem uolebant Romani, tu bellum indixisti. quid causae erat ut fortiores lacesseres? durum sane quod contra legem sacram templum gentilis intrauit, sed iam non erat dei templum. non eras dei ciuitas, nec esse poteras, quia eras mortuorum sepulchrum et praesertim tuorum quos ipsa occideras, non quos ab hoste amiseras. quomodo enim poteras uitae esse domicilium, quae eras mortis habitaculum, deuorsorium scelerum, latronum speleum? iacuerunt in te Ananus et Iesus insepulti sacerdotum principes, et illi dudum sacerdotalibus amicti stolis, qui ueneration̄i etiam exteris fuerant, deformi iacuerunt cadauere, escae uolatilium et deuoratio canum, membra laceri et tota dispersi urbe, ut deplorare ueteris sanctitatis species uideretur tantam sacri nominis contumeliam et speciosi quondam muneris deformitatem. sed ipsa tibi huius indignitatis exordium fecisti, quae in medio sinu tuo occidebas prophetas, quae lapidabas sanctos domini. ante templum Zacharias iacuit exanimis, iacuit inhumatus. hic ergo sanguis illum lauat. quae causa autem mortis Anano nisi quod increpauit populum tuum, quia non insurgeret pro templi defensione, quia expostulabat libertatem proditam, uirtutem desertam, calcatas ueterum sacrorum reliquias, commacu-

12 sq. cf. *Matth. 21, 13 16 sq. cf. Hier. 15, 3 et 16, 4 21 sqq. cf. Matth. 23, 37. 35 25 cf. BI. IV 315 sq.

1 barrabban *ZA* uiuere] *add.* et *B* 3 a tuis *in ras. Z, om.* αV 4 tibi *om. B* Romanus] *add.* hostis M^2, *s. l. Z* 5 romani *B* romani*s *Z* romanus *A* pugnarent *B* repugnares *Zp.c.* pugnaret *A* 6 induxisti M^2 *a.c.m3* 9 non eras dei *add.mg. Z* 10 quae *B* 12 esse *s.l.m2 C* 13 diuorsorium M^2*p.c.m3* diuersorium *BZA* speleum M^2, *Cp.c.* scelerum *Ca.c.* spelunca *A* 14 sacerdotes M^2 sacerdoti *Ba.c.m2* 15 tholis M^2*p.c.m3* 16 deformes *Bp.c.m2* cadauere] *add.* eorum *m2 B* esca *Ba.c.m2* 17 canum] *add.* facta sunt *m2 B* membris *Bp.c.m2* lacerati *B* lacerum αV 22 domini] dei *Cp.c.*, *AV* zaccharias M^2 23 hic *s. l. B* sanguis] *add.* tuus *B* 24 ille M^2*p.c.m2* labat M^2 *a.c.m3* autem] *add.* fuit *B* increpuit *BZ* 26 perditam *BZ* propriam αV 27 defertam M^2

lata altaria? relinquendum adserebat populum, usu simulacrorum insensibilium et statuarum de marmore nihil iam sentientem. muta enim animalia referre solent uel uindictae uicissitudinem, sentire iniuriam, incitari aculeo, declinare uerbera. qui ergo nec excitatur nec declinare nouit quod noceat, similis est non sentientibus. et reuera ubi est illa libertas tua, cuius studio quondam non Aegyptiis, non Palestinis, non Assyriis, postea non Medis cedendum aestimauisti? ubi est illa Macchabaeorum fides, quae quondam in paucis fudit Babylonios, Persas fugauit, Demetrium perculit, ad postremum in paruulis et mulieribus Antiochi arma gladios incendiaque superauit et pro obseruatione patria mori maluit quam regis imperiis obtemperare? ubi est illa deuotio patrum pulcherrima passionum omnium, qua se non pro liberis, non pro coniugibus magis quam pro templo dei morti offerebant? ante et uirga sacerdotalis floruit recisa de siluestri radice, nunc et fides aret et sepulta est pietas et abiit omnis uirtutis aemulatio. nec mirum si populus, qui a deo recessit et improbum contradictionis spiritum sequitur, in se ipsum diuisus est. quomodo enim pacem suam tenere poterat qui pacem dei repudiauit? pax dei Christus est q u i f e c i t u t r a q u e u n u m. merito ergo ex uno populo plures aduersum se facti sunt, quia noluerunt sequi diuisa consociantem Iesum, sed secuti sunt coniuncta diuidentem furoris spiritum. soluebas igitur, Hierusalem, mercedem perfidiae tuae, cum ipsa tuis manibus destrueres munimina tua, cum tuis mucronibus fodere uiscera tua, ita ut hostis misereretur, ut ille parceret tu saeuires. uidebat enim quod deus aduersum

12 cf. IV Mach. 17, 2 (II 7) 16 cf. *Hebr. 9, 4 19 cf. Deut. 32, 15 22 cf. Eph. 2, 14

3 sentiendum (*s. l* sencientium *m2*) *B* enim] iam *Ba.c.* 8 palestinis M^2 *C* maedis *CV* 9 aestimauisti *in ras. m3* M^2 macchaueorum M^2 *a c.m3* machab. *BŻAV* 10 demetrium (deme *m3*) *rursus incipit M* 11 antiochia *Z* antiochii *CV* anthiocii *A* 12 obprobratione *αV* 13 patriae *B* regiis *B* 14 deuotatio *CV* 16 quam] *add.* suam *exp. C* antea *B* 19 in probrum *M* 22 quam pulcre de $\overline{\text{xpo}}$ loquitur *mg. A* 24 sociantem *BZαV* 25 coniuncti *A* 27 monumenta *B* 28 confoderes *Mp.c.m3* misereretur] *add.* tui *αV* 29 parceret] *add.* et (*s. l.*) *C,BZAV*

te pugnaret et Romanorum fungeretur partibus, ut ipsa tibi inferres uoluntariam proditionem. et ideo spectatores malebant esse Romani quam percussores, ne furentibus tuis inter se uisceribus manum admouere contagionis magis quam fortitudinis aestimaretur. ad haec nefandae caedis supplicia accedebat impiae immanitas crudelitatis, ut sepulturam omnibus, qui uel in templo necati fuerant uel circa urbis plateas, negarent. nec humare cuiquam uacabat dum bello inter se occuparentur feriendique magis quam humandi cura uniuersos tenebat. ita quodam furore occiderant pietatis officia, crudescebant impietatis ministeria, nihilque magis in tantis calamitatibus perierat quam misericordia, quae sola solet ableuare miserias, solari aerumnas. namque et hi qui amiserant suos non audebant humare propter formidinem, cum grauis terror ingrueret a diuersae factionis principibus, et hi qui necauerant alienos cauebant ne quis illos praeriperet ad sepulturam. itaque necesse erat omnes timere ne quod alteri donare uellent, id sibi sumerent, uel quod peius est quem parauerant alii usum sepulchri, eum ipsi non impetrarent. in templo igitur ipso pro unguentis bene olentibus, pro thymiamateriis bene spirantibus, pro diuersorum florum odoribus grauis erat insepultorum cadauerum faetor, quos pluuia dissoluerat, quos flamma ambusserat, quos sol calefecerat. omnes artus caesorum ciuium dirum odorem faetebant. hinc resolutorum putredo uiscerum, inde exustorum nidor sensus omnes atque ora complebant uiuentium, ut ipsi non multo post grauiore morbo consumerentur ac se superstites ingemescerent, quo duriore poena perirent, eoque seruatos ut uiderent cum patria simul solui etiam leges naturae, negari ius uiuentibus, pacem ciui-

2 ferres αV perditionem *Z* exspectatores α expectatores *V* 3 inter se] interfuisse $M\alpha V$ 5 aestimarentur *BZ* 6 impia *B* sepultura *Ma.c.* 8 uacaret αV 12 in tantis *mg. m2 B* 13 alleuare *Mp.c.m3, Z* 14 amiserunt αV 15 a *om.* $Z\alpha V$ aduersae *Z* l a diuersis faccinibus principum *mg. m2 B* 18 donari *B* 19 peius] *add.* eius *M* est *s. l. m2 M* 20 ungentibus *Ma.c.m2* ungentis *Mp.c.m2, B* 23 quos] quae *B* quos] quae *B* ambuserat *C* 24 quos] quae *B* 27 consummarentur *Va.c.m2* 28 quo] quod *B* qui *A* 29 eosque α reseruatos αV 30 naturae *post* ius *tr. Ba.c.*

bus, sepulturam defunctis, humana pariter atque diuina maculari ac pollui, permixta omnia, criminosam esse misericordiam, religionis loco haberi crudelitatem. castrum in templo, bellum in limine, funus in altaribus, ea se spectare oculis quae prophetis denuntiantibus non credidissent futura. nonne de ipsis dixerat Dauid: p o l l u e r u n t t e m p l u m s a n c t u m t u u m, p o s u e r u n t m o r t a l i a s e r u o r u m t u o r u m e s c a s u o l a t i l i b u s c a e l i, e f f u d e r u n t s a n g u i n e m e o r u m u e l u t a q u a m i n c i r c u i t u H i e r u s a l e m e t n o n e r a t q u i s e p e l i r e t? simul enim tunc et gentes uenerunt in hereditatem dei, qui auferrent omnia, et templum pollutum est suorum funeribus et insepulta iacuerunt cadauera interfectorum ad escam auium, bestiarum uoracitatem: effusus sanguis ut stagnaret in templo, deesset qui sepeliret, quia a uiuentibus in mortuos, a mortuis in eos qui adhuc uiuerent furor transferebatur. uolebat aliquis defunctum humare, ipse extinguebatur, et qui defunctum occiderat in sepultorem transferebat iracundiam, ut illi sepulturam negaret hunc extinguebat. rursus qui sepultorem occiderat maiorem crudelitatem circa defunctum exercebat, ut nihil iam debentem odio, non sentientem supplicia spoliaret supremo naturae debito. quid illis aliud accidere poterat, qui diuina non recipiebant oracula? inridebant prophetarum adnuntiationes, fas omne calcabant, non credebant futura, quae ut fierent ipsi adcelerauerunt. erat enim sermo uetus et frequens tunc perituram urbem Hierusalem et sancta eius exurenda, cum seditio belli legem incesseret et domesticae manus templum dei contaminarent. ne hoc quidem intellexerunt; quotiens enim excisa domus dei, quotiens

6–11 cf. *Ps. 78, 1—3

4 fumus *Z* se ea (?) *Ba.c.* exspectare *αV* 5 quae] *add.* a *αV* profetis *M* 6 non *Ma.c.m2* nam *B* 8 escam *ZCV* 9 uelut] sicut *B* 14 bestiarumque *BZ* et bestiarum *αV* uoracitate *M* 15 stagnaret] signaret *Ba.c.* in templo] *spatium uacuum B* 16 uiuentium (*s.* a uiuentibus) *B* 17 transuolabatur (ferebatur *mg*) *B* 18 occiderant *CV* 19 sepulto *αV* 21 iam nihil *BZαV* 22 sentientem] sufficientem *αV* 25 adnuntia *Ma.c.m2* calcabant (*s.* cassabant) *Z* 28 legim *Ma.c.m3* lege *Mp.c.m3, ZαV*

seditio, quotiens obsidio, quotiens bellum! numquam illa urbs periit, nisi quando uere templum dei domesticis manibus crucifixerunt. et quod illud templum, audiant: s o l u i t e h o c t e m p l u m e t i n t r i d u o r e s u s c i t a b o i l l u d. quid enim aliud nisi sacrilegium fuit, cum impias manus extenderent in auctorem salutis, cum lapidarent, cum uerberarent, cum corriperent, cum occiderent? tunc uere sancta eorum absumsit ignis diuinus. nam et exusta a Babyloniis reparata postea, destructa a Pompeio reformata iterum, sed penitus exusta, ubi Iesus uenit, et spiritus diuini calore resoluta uanuerunt. oportuit uberiore quadam 2 deploratione praeire nos funus quoddam paternae sollemnitatis, et uelut quasdam exequias prosequi ac soluere iusta maiorum institutis. sed ueniamus ad exordia obsidionis Hierusalem.

III. Reuerterat in Iudaeam Titus et paucis diebus interpositis, ut replerentur ordines militarium numerorum, de quibus lecta manus missa fuerat in Italiam, bellum adolebat festinans comitari patrem, ne in pericula solum dimitteret aduersus Vitelliana arma proeliaturum. mouit itaque iter magno decore exercitus sollicito ubique et parato agmine, suspectus insidias, quia uirtute se superiorem uidebat. uenit per Samariae loca. suscepit eum Gofna, quae ad Romanos iam dudum concesserat. uentum in Aulonam, unde aberat Hierosolyma stadiis triginta nihil amplius. inde adsumtis equitibus numero sescentis perrexit equitatum ante urbem, exploratum quoque loci situm, munimen-

II § 2 cf. BI. V 20 III § 1 cf. BI. V 40. 43. 47—54

3 sq. *Ioh. 2, 19 6 cf. Hebr. 2, 10 10 sq. cf. II Petr. 3, 10

1 seditio] obseditio *Bp.c.* quotiens obsidio *om. B* bellum] *add.* et *Mm3, BZ* 3 et *om. BZαV* 4 templum hoc *B* triduo] tribus diebus *Ba.c.* suscitabo *BAa.c.* 5 quis *Ca.c.* aliud *om. M* 6 lapidarent] *add.* eum *B* 7 uero *A* 8 adsumsit *M* assumpsit *B* et *s. l. V, om. BZ* 9 reparata] *add.* est *Z* 10 uenit *iteratum exp. M* 11 soluta *B,Va.c.m2* soluto *Bp.c.m2* euanuerunt *Bp.c.m2,Z* 14 iuxta *Mp.c.m3,Z* instituta *Bp.c.,Z* obsidionis *s. l. C* 18 manus] *add.* militarium *αV* italia *Ma.c.m2* 19 imitari *Ba.c.* 23 gos *M* gosna *Mp.c.m2,BZ* goyna *αV, sed cf. ad p. 374, 5* 24 uenit *Ba.c.* aulanam *BZ* aulona* *V* 26 sexcentis *BαV* equitatu *Z* 27 situs *αV*

torum qualitatem, murorum altitudinem, studia plebis, quae ferebatur latronum armis premi et factionum stipamine circumueniri, ut inuita adquiesceret obsidioni, quo minus uoluntatem suam erga Romanos proderet si libertas daretur. speciose igitur cum paucis equitabat in aggere publico qui ad muros urbis dirigebatur, nec quisquam est uisus pro-
2 gredi. uerum ubi ad obeundum murorum circuitum flexit equum in latus, cum cetera turma sequeretur ducem, erupere subito plerique de loco qui appellabatur contra Helenae sepulchrum et exilientes occupauerunt iter, ut interclu-derent maiorem equitum partem quae Titum sequebatur. ipse cum paucis praeterierat consulto insidiantium, ut destitutus a ceteris facilius opprimeretur, quia neque ad suos regredi facile erat propter insertam hostium multitudinem, neque progredi ulterius fossa aut uallum sinebant ceteraque locorum impedimenta quibus anceps periculum inferebatur.

IV. Videns itaque in uirtute sola positum sibi remedium salutis, nec aliter nisi ferro iter aperiendum — iam enim alii reflexis equis discesserant, dum et ipsi imperatoris filium secuturum sperarent — conuertit equum; hortatus clamore ceteros ut sequerentur, supra hostem inruit. inpossibile hoc uideretur quomodo potuerit euadere, nisi notum esset in bello plurimum audaciam posse quae uel sola sibi murus est, deinde quia aliis pone sequentibus uile uulgus sibi magis in periculo consulendum putabat quam hostem persequendum, ac si qui manum extenderat ut equum teneret, feriebatur. denique duo tantum ex Titi sociis interfecti, cum

III § 2 cf. BI. V 55—58 IV § 1 cf. BI. V 59—65

19 cf. Sall. Cat. 58, 7 24 cf. Sall. Cat. 58, 17

2 ferebatur *s.* dicebatur *Z* 5 speciose *s. l* spaciose *Z* 6 dirigitur *Ca.c.* 7 oboediendum *Ma.c.* 8 turba *B* erupere] eripuere se *Ba.c.* 11 equitatus *Ba.c.m2* 14 egredi *Ma.c.m2*, *αV* 15 fossae *ZC,Vp.c.* fossam *A* 16 quibus *om. Z* 20 flexis *Ma.c.m3*; *cf. Verg. Aen. I 156* 21 hortatusque *Bp.c.m2* 22 sequerentur] *add.* et *ZαV* super *αV* 25 pone *om. αV* pene *Ma.c.m3* poene *Ba.r.,Z* prosequentibus *αV* 27 quis qui *Z* quis *αV* extendebat *αV* moriebatur *Ba.c.m2* 28 interfectis *Ca.c.m2*

reliquis imperatoris filius ad suos reuertit. neque sane dubitandum uidetur, quod intecto capite nudus cetera, utpote qui in excursu processerat non ad bellum paratus, nec galeam neque loricam induerat, eo nihil exceperit uulneris, cum maxime in ipsum tela iacerentur, quod ad excidium urbis illius uir tantus reseruaretur. est est profecto c o r r e g i s i n m a n u d e i. itaque ne cresceret audacia Iudaeis euentu fraudis et doli profectu, ad urbem cum exercitu post noctem redit et de specula quadam, unde ciuitas prospectaretur et templi magnitudo amplissima, demonstrat suis cum qua urbe sibi bellum foret, inpigros et cautiores esse oportere quod innumerabilis sibi populus expugnandus foret et fraudi paratus. ordinat qui muris ordines adpropinquarent; quos adhuc fessos nocturno itinere cognouerat, quasi succenturiatos eminus locat. paulatim proceditur. ubi uentum ad montem Oliueti, uallis sub ipso media iter atque urbem interiacebat cui nomen Cedron, ubi constitutum exercitum de muris aspicientes, nam sex stadiis aberat, seditionis ad tempus studia deposuere et externis hostibus aduenientibus domestico foedere sequestrata ciuilium bellorum certamina. plerumque enim etiam acerba odia metus conprimit. denique cohortati sese inuicem factionum uiri, ut in unum conspirantibus studiis patriam defensarent, ne eorum discordia incruentam Romanis uictoriam daret, freti numero hostem subito adoriundum putauerunt, et inprouisa

2 3

§ 2 cf. BI. V 67—68 § 3 cf. BI. V 70—84

6 sq. cf. *Prou. 21, 1 14 cf. Sall. Iug. 106, 5

1 sane] *add.* uobis *Ca.c.*, *A* dubitandum] *add.* uobis *Cp.c.*, *V* imitandum *B* 4 neque] nec *Z* 5 ipsum] eum *B* illum *αV* 6 seruaretur *B* est *alt. om. Z, s. l. m2 B* est profecto cor *s. l. V* profecto *bis Z* 8 euentu] uentura *M* profectus *BαV* profecto *Bp.c.* exercitum *MCa.c.* 9 unde] *add.* et *eras. B* 10 templum *Ma.c.m3*, *C* 14 itire *Ma.c.m2* 15 subcenturiatos *BCV* sibi centuriatos *A* e minis *M* 16 uentum est *B* ipsum *Zp.c.* ipsa *V* media] *add.* quę *m3 M* ter *M* inter ipsum *p.c.m3* iter *s. l. B*, *om. αV* 17 in urbe *A* chedron *Ba.c.*, *CV* chethron *Bp.c.* 18 sexta dies *M* 19 hesternis *Ma.c.m3* 22 coartati *MZ* coartanti *Mp.c.m2* secum *A* 25 adoriendum *codd. praeter M* putarunt *BZ* et] ut *MαV* et ut *Ap.c.*

eruptione primos turbauere. sed ubi se Romani ipso usu ueteri et diuersorum generum proeliis exercitati confirmauere animis, ordine suo nixi caedere incursantes coeperunt, scutis repellere, proturbare iactu telorum, hautquaquam tamen sine communi exitio. et prope iam incubuerant Iudaei et nutabat acies Romana, nisi cognitis rebus aduenisset Titus et occurrens aduersariis confirmans suos reparasset proelium erexisset animos militum increpans Romanas acies confusae multitudini non sine maximae ignauiae probro uictoriam cedere. repulsisque Iudaeis, qui etiam ualle diuisos insectabantur, ad suos se uictor recepit, securusque suffragii, quod loci superioris aduersum inferiores, si temtarent congredi, subsidia dabant, ad aliam partem se
4 Romani exercitus conuertit. discedente Caesare infundunt se de muris Iudaei et ingenti agmine supra hostem inruunt, ita ut innumerae concursu multitudinis milites fugerent ac sese ad montium conferrent superiora; nudato latere etiam ceteri qui proelium mallent, fugere. interea Caesar in medio situs, orantibus plerisque, ne se periculis daret atque exercitu disperso summam periculi solus subiret, cum dominus esset orbis terrarum — non enim ut ante uice militis pugnaret sed imperatoris, in cuius periculo pernicies esset uniuersorum — non adquieuit sed militiae decus praeponens saluti, apud quem gloriosa mors uitae opprobrio praeponderaret, aduersum pectus hostibus refert territisque quos aduersum ierat in alios sese retorquet. sola enim specie sui et nimis notae atque alacris fortitudinis gloria proturbabat hostem. cedebant itaque quos accesserat, sed ex aliis partibus Iudaei magis magisque infundebantur. ac paene con-

§ 4 cf. BI. V 85—97

25 cf. Verg. Aen. XI 370 25 sq. cf. Sall. Iug. 101, 8

1 turbarent *Mp.c.m2,A* 2 excitati *CV* 3 nexi *Ma.c.m3* 8 proelium] *add.* et *Z* 9 maxima *A* ignauiae ignauiae *C* 12 suffragii *ex* suffugii (?) *C* superioris] *add.* qui *B* inferiores—aliam *om. A* 13 dabat (*sed* n *s. l. eras.*) *M, BCV* se partem *αV* 14 descendente (*s.* ł discedente) *Z* discendente *Va.c.m2* 15 iudaei de muris *αV* hostes *Ba.c.* 24 opprobria *αV* 26 torquet *A* species *Ca.c.* 27 proturbat *αV* 28 caedebat *αV* itaque] *add.* ad *m3M* accesserant *Ma.c.m3*

cluserant Titum, nisi quia plerique militum uidentes in medio belli uersari Caesarem conclamauerunt ceteris significantes imperatoris filium periculis non relinquendum. sic uniuersos reuocauit pudor atque armauit metus, ne deserti Caesaris ignominia inurerentur. conuersique in Iudaeos nisu omni ac uirtute inconditam multitudinem in uallem urguebant, nec difficile fuit ascendentes relabi. sic Titus fugientem numerum militarem bis reuocauit a fuga periculoque pariter exuit et opprobrio, uirtute pari usus et ad postremum pudore, qui dum ignauiam declinat, uirtutem inuexit, primum ne Caesar relinqueretur, post etiam ut hostis repelleretur.

V. Vbi forense proelium paulisper quieuit, internum successit. namque paschalis interuentu celebritatis subornatis plerisque Iohannes, ut quasi obseruationis gratia templum adirent, et tamquam sociis data ingrediendi copia, dolum parauit. ingressi enim specie ciuili sed interius armati reiectis exuuiis gladios adtollunt loricato pectore et proeliari accincti munimine. quo terrore perculsi qui intra templum inermes celebritati uacabant exsilierunt templumque uacuum dereliquere. eos illis secutis et quos potuerunt comprehendere iugulantibus, alios ultra templi circuitum persequentibus, inrumpendi Iohanni sociisque eius occasio data. caesi illic multi mortales, ita ut etiam qui non 2 restiterant adfictis causis aliquibus iugularentur, nec tranquillitas quietis proderat nec silentium tacitis nec cedentibus patientia. comprehensisque interioribus templi etiam Simoni inequitabat Iohannes, in secundarium locum Eleazaro ceterisque principibus factionis tertiae sibi subrogatis.

V § 1 cf. BI. V 98—102 § 2 cf. BI. V 103—105
4 cf. Verg. Aen. X 398

4 metuis *Ma.c.m3* 5 nisi *Ca.c.m3,A,Va.c.m2* 8 bis] uix *A* 10 pudorem *Ma.c.m2* 11 primum] plurimum *C,Va.r.* 13 forens *Ma.c.m2* forinsecus *Ba.c.* 14 celebratis *Ma.c.m2* celebritatis *in ras. m2C* 15 ut *om. MZ*, qui *B* 16 copiam *Ma.c.m2* 17 patrauit *BZ* ciuili specie *Va.c.m2* 18 exubiis *CV* proeliali *Mp.c.m3* 20 exiluerunt (n *s. l. m2*) *C,BZAV* 21 derelinquere *M,Za.r.* illi sequuti *αV* putauerunt *αV* 22 circa (*mg.* uł ultra) *B,Z* 28 simon *M* symonem *BZ* inquietabat *B,Zp.c.*

VI. Tertio quoque Titus progreditur in hostem atque exercitum producit. aduenienſque offendit stipatam Iudaeorum ante urbem multitudinem specie uolentium se Romanis tradere sed quasi reformidantium. suspectus dolum et maxime quoniam proxime conspiratos inter se et pertinaces uiderat non arbitratus credibile subito mutatos, admonuit milites fraudem cauendam nec temere nisi secundum praeceptum suum conferto agmine muris adpropinquandum, ne a tergo illi qui urbem egressi fuerant circumfunderentur. subito de ciuitate increpuit sonus et quaedam seditio clementer resultauit aliorum egressionem uoluntariam simulantium, aliorum etiam resistentium, quod illi aperiri portas sibi poscerent, hi clausas seruari iuberent, alii pacem alii bellum optarent. militum uulgus ad subueniendum his, qui subueniri sibi de muris postulauissent, proripit sese. egrediuntur plerique praescriptum sine ordine sine ullo modo tamquam occursuri aduenientibus atque auxilium laturi, ut propiore remedio pluribus erumpendi confidentia tribueretur uel resistentibus metus, aut inter reluctantes erumpendi sibi copia. quibus se a tergo circumfundere coeperunt qui foris stabant, urguere circumuentos. illi quasi ad murum confugere nihil suspectantes ab his qui pacem praetenderent. inde quoque saxa et tela deici et subito ficta pacis uersa in proelium. unde conciti in hostes recurrunt, qui etsi circumuenire temtauerant progressos militum Romanorum, tamen metuebant et ipsi ne ab omni exercitu circumuenirentur. itaque dum uniuersos cauent, hos licet plurimis uulneribus inpressis et ipsi maiore ex parte saucii prope de

VI § 1 cf. BI. V 106. 109—114 § 2 cf. BI. V 115—120
8 cf. Verg. Georg. III 369

1 exercitum] *add.* tum *Ma.c.m2* 3 multitudine *Ma.c.m2* speciem *Ma.c.m2* 4 suspectum *Ca.c.* 5 proxime] prospere *Ma.c.m2* conspiratus *Ma.c.m2* 6 subito] tam facile αV 8 adpropinquando *Ma.c.m2* 10 dementer *A*(?),*fort.* detinenter *emendes* 13 alii bellum optarent *suppl. m2M* 14 iis *C* 15 prorupit *Bp.c.m2* 17 propriore *Ma.c.m2*,*Ba.c.*,*Z* propio *C* proprio *AV* 19 luctantes αV 21 urguebant *MZ* 23 deieci *Ma.c.m2* deiecit αV et *om.*αV simulatio pacis (*mg.* ficta pax *et s.* ul fincta) *B* pax *Z* 24 conciti] *add.* in proelium αV etsi] et αV 25 temtauerunt *M* progressus *M*αV, *mg. Bm2* 27 illos αV plurimis licet *BZ*

manibus amisere, quos iam captos putabant. secuti tamen usque ad Helenae sepulchrum sicut moris est insultantibus clypeis concrepabant, inludentes Romanis quod eos iam secundo insidiis circumuenissent.

VII. Caesar commotior regredientes misceri ceteris uetat et contionem aduocat dicens: 'Magna cum sit uirtus Romana, praestans uniuersarum gentium populis, maxime tamen ea praecellit dispositionis ordine et praeceptorum oboedientia. ea est enim disciplinae militaris custodia. nec mirum si Iudaei dolos intexant, fraudes instruant qui se iudicent inpares fortitudine. sed ut inferiorum est niti insidiis, sic fortiorum cauere ne uirtuti inludat dolus. mirari itaque se, quod illi in desperatione sibi congruant, Romanis non conueniat in meliorum processu, eoque fieri ut illis effectus fraudis in uado sit, nobis uirtutis conatus in ambiguo. quodsi ualidior esset fortitudo hostium quam fraus superior, minus flagitiosum. a paribus enim aut fortioribus uinci opprobrio uacat. cum uero nihil in uobis offendat nisi sola pugnandi inmoderatio et propera quaedam manuum intemperantia, quid nequius potest esse quam praesente Caesare disciplinam militiae repudiari? multum arbitror ipsas ingemescere militiae leges tantae dissolutionis flagitio, multum imperatorem cum haec compererit, qui semper audiri se a milite suo quam timeri ab hoste maluit. oboedientia enim militis effectum properat, metus hostium differt uictoriam. quid iudicaturum de filio patrem, cuius tam uile imperium sit apud exercitum? pronuntiatur enim de duce, cuius praeceptum dissoluitur, nec dubium quod saepius uindicatum sit in eos qui contra imperium in hostem pugnauerint, quam in eos qui secundum imperium pro-

VII § 1 cf. BI. V 121—125

29 cf. Sall. Cat. 9, 4

1 misere *Va.c.* 5 ammotior *CV* ad remotiora *A* 6 contentionem *Ma.c.m2, Va.c.* 10 solos *Ma.c.m2* struant *BZ* 11 iudices *Ma.c.m2* nisi *Ca.c.* 12 fortium *αV* miror itaque quod *Ba.c.* 14 eoque fit utilis accessus fraudis iuuantis et nobis *Ba.c.* 16 ualior *Ca.c.* 17 superiori *BZ* 18 offendit *Ba.c.* 20 intemperantiam *Ma.c.m2* 26 patrem] *add.* putatis *s.l. Z* 28 eius *Ma.c.m3* 30 quamquam *Ma.c.m2*

gressi uirtuti cesserint. nam legibus egredienti ordinem praescripta mors. quid igitur futurum ubi non unus sed passim exercitus relinquit ordinem suum et statutum ducis neglegit? cognoscite uos milites esse Romani imperii plebis senatus, apud quos sine praecepti auctoritate et uicisse
2 crimen est.' huiusmodi oratione perterruit non solum praepositos militum sed etiam uniuersum exercitum. nam cum ipsos principes ordinum acrius peteret, uidebatur in omnes uindicaturus. circumfusi itaque omnes rogabant ut paucorum culpa qui primi destiterant uniuersis concederetur. etsi non fuit properus ad delicti gratiam Caesar, non fuit tamen inexorabilis ad indulgentiam. concessit cum summo pondere dicens donare se omnibus satisque in uniuersos uindicatum inuectionis auctoritate, eo quod animaduersio in singulos usque ad factum procedere debeat, in multitudinem uerbo tenus, illa usque ad poenam, ista usque ad correptionem. saepe enim bonis exercitibus proeliares lapsus futuris uirtutibus causas dedisse.

VIII. Post haec Titus in hostem iram conuertit et considerans inter tot praecipitia, tot praerupta periculosam obsidionem, cum repentinis eruptionibus praeuenti non haberent milites quo referrent gradum, unde se in hostem praeriperent, ubi machinas constituerent, iubet repleri ante urbem praecipitia. quae cum fierent ne sic quidem Iudaei exortes erant praesentium periculorum. adflictabantur domestico proelio, cum Romani replendis praecipitiis occu-
2 parentur. nec exigua manus partis utriusque. decem milia cum Simone erant et quinquaginta eorum duces. Idumaei

VII § 2 cf. BI. V 126—128 VIII § 1 cf. BI. V 129—130 § 2 cf. BI. V 248—251. 255

1 uirtute *Z,V a.c.* egredientibus *B* 2 praescribta *M* mors] *add.* est *s. l. B* 3 ducis] *mg. l* legis *add. B* 5 senatusque *αV* et *om. αV* 11 fuerit *A* prosperus *ZαV* gratiam] uindictam *Ba.c.m2* non *om. BZ* 12 exorabilis *BZ* 13 uindictam *Ca.c.* 15 procedere debeat] procedebat *αV* debeat *s. l. m2B* multitudine *αV* 16 uerbo tenus] uero nulla tenus *A* illam *MBZ* istam *MBZCV* 18 futuris *om.*, futurae *suppl. m2 B* uirtutis *Ba.r.* uirtuti *Bp.r.* 20 *sec.* tot *om. A* 23 maccinas *C* constitueret *M* 24 nec *BA* 25 exortes *sic MCZ* 26 Romani] *add.* in (*s. l. m2*) *B,Z* 27 ne *Ba.c.*

quoque ad quinque milia Simonis partibus adstipulabantur, quibus praeerat Iacobus et Simon iunior. Iohannes autem interioribus templi ea fraude qua supra diximus occupatis, sex milibus armatorum stipatus bellum accendebat. adiuncta sunt ei duo milia cum aliis quadringentis uiris, posteaquam coire coeperunt studiis concinentibus ad urbis defensionem, Eleazaro et Simone Arini quibus et ante utebantur rectoribus. quis certantibus inter se praeda erat in medio populus eorum qui uicerant et quasi praemium certaminis huc atque illuc pro euentu uario transferebatur. paulisper inter se conuenerant more indutiarum et ad primum Romanorum impetum expergefacti: in ueterem morbum febris internae aegris uisceribus reccidebant, ubi remissior erat exteriorum morborum accessio. foris erat plerumque bellum, intus seditio, eo iam grauior, quia et ipsa seditio bello alebatur et bellum alebat. duo de potentia certabant, populus inter utrumque non de seruitute anxius erat, sed ne ad dominum deteriorem peruenirent.

IX. Vrbem Hierosolymam Chananaeorum quidam potens condidit, qui patrio sermone uocaretur rex iustus, quam primo Solymam nuncupauit, postea templum addidit, unde Hierosolyma dicta ciuitas est. ea a principio suos incolas habuit de gente Chananaeorum. Dauid primus uir gentis Hebraeae Chananaeos expulit, constituit suos, qui in ea domum sibi regiam fecit. uoluit et templum deo condere,

IX § 1 cf. BI. VI 438

3 cf. supra V 5 4 cf. Verg. Aen. XII 804 25—p. 310, l. 2 cf. I Par. 22, 6—8

1 ad *om.* αV adstipulabatur *Ca.c.* 2 praeerant *B* 6 coepere *BZ* 7 Arini] armis *Z* 8 quis] his *A*, *in ras.* (quibus *s. l. m2*) *B* iis *C* hiis *V* 9 populus (*s. l* populis) *Z* 10 praeuentu *Ma.c.m2*, *C* preuentu *A* prouentu *Va.c.* transferebantur *Cp.c.*, *AV* 12 impetu *Ma.c.m2* uetere *Ma.c.m2* ueterem] *add.* rursum *sed eras. B* 13 febres *B* reccidebant *sic MC* 14 remitior *CV* exterior *Bp.r.* morbum *Ma.c.m2*, *CV* 15 ea *MB* quo *A* 18 dominum] dampnum *Bp.c.m2* peruenirent *Ma.c.m2* 19 chanane. *hic M* canane. *ut infra A* 20 uocatur *Ca.c.* 21 solimam *Z* solima *A* nuncupauit—Hierosolyma *om. A* unde] ut de *Ma.c.m2* 22 ea a] a, *add.* e *s. l. m2 B* ea *om. Za.c.* a *om.* αV suo *M* 23 cananaeorum *V* gentis *om. MBZ* 24 hebraeus *Mp.c.m2*, *BZ* eam *Ma.c.m2*

sed prohibitus oraculo Solomonem heredem reliquit, qui templum quod ipse uoluerat aedificaret. Solomon itaque templum fundauit, quique reges ad ornatum urbis addidere
2 plurima. inuidia ex magnificentia orta. inter omnia tamen opera templum praecellebat amplissimo opere et fulgenti marmore, in quo erat peripetasma pretiosum et maximum cocco et hyacintho byssoque intextum et purpura. non otiosa materia tantae diuersitatis sed cuius species mysteria rerum latentium significaret, eo quod eius esset templum qui caelo et aeri, terrae et mari quasi creator elementorum dominaretur atque omnia solus regeret et gubernaret. cocco enim igneum caelum figurabatur, hyacintho aer, bysso terra quod in ea nascitur, purpura mare quae conchiliis maritimis inficitur, ut duo ex colore, duo ex generatione colligas.
3 denique princeps sacerdotum haec quattuor indumento suo exprimere consueuerat, quando maxima celebritas erat festorum dierum, quasi totum mundum indueret pro populo supplicaturus, in eius figuram qui uenturus erat, princeps sacerdotum Iesus, ut tolleret p e c c a t u m m u n d i. femora princeps sacerdotum lineo interius operimento tegebat eo quod prae ceteris in sacerdote fides mentis quaeritur et corporis castimonia, quae succingere debeat carnis intemperantiam. duo erant tabernacula sacra, unum interius alterum exterius. in hoc s e m p e r i n t r o i b a n t s a c e r d o t e s, in illud interius quod secundum appellabatur s e m e l introibat p r i n c e p s t a n t u m m o d o s a c e r -

§ 2 cf. BI. V 212—213 § 3 cf. (AI III 184), BI. V 231

4 cf. Sall. Cat. 6, 3 19 cf. Ioh. 1, 29 23 sqq. cf. *Hebr. 9, 6—8, Ambr. Exp. sec. Luc. I 22 (Epist. Class. I 44, 18)

1 salom. *ut l. 2. BZα* salam. *ut l. 2. V* 2 aedificare *Ma.c.m2* 3 quique] cuique *Mp.c.m3* reliqui quoque *BZ* reliqui quique *CV* reliqui *A* addere *CV* 6 peripethasma *αV* 7 coccho *Ma.c.m2* intexum *CV* et] ex *B* et ex *Z* 8 cui|us *rursus inc. M²* 9 signaret *B* esset eius *Z* esse *M²a.c.m3* 12 figuratur *M²p.r.* figuraretur *A* hiacinto *M²* hycintho *C* hiacincto *A* hyacincto *B* iacinctho *Z* bisso *M²* 13 concilis *M²* conciliis *B*, *Bm2,αV* 18 suffragaturus *M²* figura *B* 19 ut] qui *B* 20 operimentum *M²* 21 sacerdotio *αV* 24 alterum] aliud *B* introiebant *Ba.r.* 25 secundum] $\overline{\text{scm}}$ (*s.* $\overline{\text{sco}}$rum) *A* 26 introiebat *B* tantum *B* sacerdotum *om. A*

dotum non sine sanguine, ut offerret pro se et pro populi delicto, hoc significante spiritu sancto uenturum Iesum qui uere solus intraret interiora diuinorum penetralia sacramentorum et, arcana substantiae caelestis quia nosset omnia, solus quoque patri sanguine suo totum mundum reconciliaret ut et caelestium et terrestrium misereretur. denique posteaquam uenit, pacificauit omnia per sanguinem crucis suae, quae uel in terra uel in caelo sunt. intus thymiama- 4
terium, intus mensa, intus lucerna: thymiamaterium, quod ita ad deum patrem, sicut incensum, dirigatur maximi sacerdotis oratio, mensa, quod in ea Christi passio sit et mysteria sacramentorum, unde et Dauid dicit parasti in conspectu meo mensam, cuius uelut duodecim panes, duodecim apostoli testes sint passionis eius ac resurrectionis. lucerna, quae supra candelabrum ponitur, ante sub modio erat id est sub legis mensura, nunc est in gratiae plenitudine eptamyxto frequens lumen effundens, eo quod spiritus sanctus septem maximarum gratiarum uirtutibus dei templum inluminet. trinitatis igitur cognitio in interioribus erat templi quae dicebantur sancta sanctorum, ubi reposita quondam uirga Aaron floruit, quod gratia sacerdotalis in Christo amplius esset operatura post mortem qua mundum redemit. ante templum erant XIIII gradus, per quos Ezechiae regis tempore umbra ascenderat significans ei uitae finem futurum. sed oraculo monitus orauit et meruit mortis dilationem hoc indicio quod isdem gradibus sol refunderetur, qui significaret tot numero annorum conmeatum ei uitae refusum.

§ 4 cf. BI. V 216. 195

8 cf. *Col. 1, 20 11 cf. Ps. 140, 2 14 Ps. 22, 5 16 cf. *Marc. 4, 21 Ambros. Exp. sec. Luc. VII 98 22 sq.cf. Hebr. 9, 3—4 25 sqq. cf. IV Reg. 20, 8—11 = Esai. 38, 5—8

1 ut] quem *BZ Ambros.* offert (rt *in ras.*) *Z*, *Ambros.* offeret *Va.c. sed* ut offerret *in Epist.* (*Migne*) 5 qui M^2 *p.r.*, *A* quae *BZCV* nosse M^2 *a.c.m3* quoque *in ras. m3* M^2 patrem *ZαV*, *Ambros.* patrem quoque *B* 6 toto *BαV* toti *Z* mundo *BZαV* 7 miseretur (*alt.* e *ex corr. m3*) M^2 10 thimiamate. M^2 thymiamathe. *C*, *Va.c.* 12 maxime M^2 *a.c.m3*, *B* maxima *Z* summi *A* mensam $M^2BαV$ 13 passio christi *B* 23 aharon *C* 25 XV *CV* quindecim *A* 27 meritu M^2 *a.c.m3* 29 quid *Ca.c.* numerum M^2 comeatum M^2 *a.c.m3* commeant*um *B*

X. Cum igitur munita esset undique ciuitas plurimorum regum operibus et maxime Herodis, qui castrum cui nomen Antoniae ad summi operis magnificentiam communiuit et amplissimo ornauit decore, circuibat Caesar requirens, qua ex parte se posset facilius urbi infundere, inspectoque per totum circuitum muri ambitu aestimauit in finitimo tumuli, quo sepultus iacebat princeps sacerdotum Iohannes, adoriendam obsidionem. cui diligentius exploranti adhaerens unus ex amicis Nicanor studiosius intendens muneri sagitta percussus cadit. propius quippe accesserat, dum putat aliquem profectum fore pacis futurae, si sibi conserendi sermonis daretur copia, cuius potens ac ualidus ad temtandos audientium animos aestimabatur. commotus Caesar quod ei qui salutaria suaderet inprouiso uulnere mortem inrogauissent, in proelium cogit agmina bellumque accenditur iactu telorum diuerso missilibusque maxime,
2 admouentur arietes, quis feriuntur ualida murorum. quo perturbati omnes qui ante de dominationis inter se studio certabant in concordiam coeunt dataque inpunitate superiorum unum corpus sese fecere et conspirati cogente periculo urbem tuentur. progressi quoque tumulos ignem supra machinas iaculabantur, ut destruerent aggeres et exurerent
3 uineas, arietes incenderent. ac paene omnia machinarum genera exusserant, nisi electi plerique militum et sociorum maxime ex partibus Alexandrinae urbis strenue repugnauissent. quibus tamen ualide resistentibus addidit Caesar adiumentum equitum potentiorum. ipse quoque acriter

X § 1 cf. BI. V 238—239. 258—259. 261—262. 267—268. 275 § 2 cf. BI. V 278—279. 284 § 3 cf. BI. V 287—290

15 sq. cf. Verg. Aen. XII 804

4 et amplissimo *om.* *A* 6 ambitum *M²p.c.m3,BA* 8 diligenter *M²p.c.m3,A* exploran *M²a.c.m3* 9 nicanoris *M²* nichanor *αV* muro (ro *in ras. 3—4 litt. m3*) *M²* muris *B* muri *A* 12 conferendi *M²B*; *cf. infra p. 313, l. 5* 13 audientum *Ca.c., V* 15 proelio *M²* bellum quem *M²* 16 missibilibusque *C, Ap.c., Va.c., Zp.c.* missibilium *Aa.c.* 17 qui *M²* quibus *B* quo *αV* ferirentur *B* 18 de *om.* *Z* dominationes *M²a.c.m3* se** *M²* studio inter se *B* 20 sese] se esse *M²* esse *A* conspiranti *C* 21 tuerentur *αV* tumulos *s. l. B* 22 et *om.* *BZ* exurerent uineas (ut ui *in ras. m3*) *M²* exurerentur eas *A* urerent *B* 24 exuserant *CV* electi *om.* *αV* 25 ex] *incipit rursus M* urbis] orbi *Ma.c.m2*

pugnans sternit duodecim aduersi agminis propugnatores. ita uis multitudinis reliquae exitium declinans in urbem reuertit et ab incendio Romana opera defensa. cecidit eo proelio Iohannes ductor Idumaeorum, dum ante muros cognito sibi Romano militi sermonem conserit, ictus terga sagittae uulnere, continuoque labitur. Arabem ferunt peritissimum de iaculatoribus eius obitus auctorem, grauique maerore affectos Idumaeos, quod uirum et manu promtum amiserant et bonum consilio.

XI. Sequenti nocte accidit ut tres turres quas Titus adtolli iusserat supra aggerem, quo Iudaeos uel ex aequo uel ex superiore spiculis figeret, subito nulla ui hostium ruerent. quo sonitu Romanorum exercitus omnis turbatur ea opinione, quod ab hoste destructos aggeres, succisas turres arbitrarentur, quae ruentes ingentem late stragem dedissent. ac paene admissum erat facinus miserabile, ut uictores incertis per noctem hostibus fuga cederent, nisi quod tenebrae ruinaque ipsa excito puluere prospectum ademerat, ut quo fugerent incertum haberent. quaerebat unusquisque de proximo quid accidisset, nec cognoscere ueri poterat fidem, quia similiter ab omnibus eiusmodi casus ignorabatur, donec Caesar rebus conpertis insinuari praeciperet, id quod acciderat casus repentini, non ullius hostilis fuisse inruptionis. sic sedatus pauor et expugnandae urbis subsidium 2 omne in uiribus locatum. nam cum altissima murorum essent et pleraque ferro aut aere operta atque ipsa altitudine hostes a iaculis defenderentur, Romani admouere arietum machinas,

XI § 1 cf. BI. V 291—295 § 2 cf. BI. V 296—302

16 cf. Sall. Iug. 53, 7

1 pugnatores αV 3 incendiorum uno opere *A* romano *C* 4 muros] *add.* cum *m2M* 5 romani *Ma.c.m2* militis *Ma.c.* milite *p.c.m3* militum sermone αV 11 quod *Ma.c.m3,C,Va.r.* aequo] eo quo *C,Va.r.pr.* o 12 rueret *Ma.c.m2* 13 Romanorum—turbatur] romani tur**bantur *B* 15 ruentes] res *B* ingentem *om.* αV dedisset *B* 16 mirabile *Ba.c.m2* 18 ademerant *Mp.c.m2,BZ* ademerent *A* 22 donec] *add.* et *MA* 23 illius *Ma.c.m2* hostis *Ba.c.m2* fuisset *C,Va.r.* 24 pauore *CV* pauorem *A* 26 aut] ut *M* au (?) *Ca.c.* operata *M* atque] *add.* in αV ab hostium (*s.* l hostes *m2*) *B* 27 a *om.* *B* deferrentur *Ma.c.m2* deferirentur αV amouere *Vp.r.*

quorum ictu frequenti muri ualida laxabantur, inniti leuioribus spiculis coepere et sagittis ut propugnantes auerterent, impedimenta prohibentium detorquerent. sic paulatim quatientibus murus cedebat. unde maiorem ipsum arietem excisorem urbium Iudaei appellauerunt. soluta itaque parte murorum dereliquere Iudaei muri ipsius propugnacula securi, quod duos aliòs muros interiores haberent, et concessere ad murum secundum. illis fugientibus Romani, ingredientes per caua muri, portas aperuere. sic intromissus omnis exercitus penitus diruit murum exteriorem, ne bellantibus esset impedimento aut, si res aduersae forent, claustrum refugientibus.

XII. Diuiserunt sibi loca Iohannis et Simonis coniurati circa murum secundum. Iohannes cum suis in castro cui nomen Antonia proeliabatur. ei propinqua erat porticus templi quae uergebat ad partem septentrionis. nam et ipse locus, in quo castrum postea Antoni uocabulo conditum, duas interiacens porticus, septentrionalis hoc est borius nuncupabatur. Simon uero ad Iohannis sepulchrum uicem tuendae urbis susceperat. his pro salute, Romanis de uictoria certamen erat. quibus etsi uirtus potior ad congrediendum, locus tamen inferior ad obsidionem, cum eos de
2 muro grauaret proelium. temeritas Iudaeis insolentior, fortitudo Romanis acrior. imminebant partibus duces eoque maior oriebatur contentio, dum suis quisque ductoribus pericula sua gestit probare. Simon suos urguebat terrore et formidine, Romanos Titus pudore sui quam maxime conueniebat, quod morte grauius arbitrabantur non exhibere pericula sua Caesari, cum ipse se totiens pro exercitu periculis offerre non dubitauisset. armabat eos uincendi

XII § 1 cf. BI. V 304—305. § 2 cf. BI. V 306. 309—317

4 cadebat αV 6 derelinquere *Ma.c.m3*,αV 9 omnis *om.* αV 10 penitus *om.* *A* 13 Iohannis—secundum *om.* *A* iohannes M^2p *c.m3*,*B* simoni *Ma.c.m2* simon M^2p*.c.m2*,*B* 15 ei] et *Ba.c.* 16 urguebat *M a.c.m2* 18 interiacent *CV* interiacet *A* septentrionis *M* uarios *CV* uarius *A* 19 nuncupatur *MBA*,*Za.c.* 21 comprehendendum αV 22 tamen locus *M* 23 temeritas] *add.* tamen *B* 24 fortitudo tamen *B* acrior] *add.* erat *BZ*αV 25 quisque suis *BZ*αV doctoribus *Ma.c.m2* 27 fortitudine *Ca.c.* formidine (m *in ras.*) *V* 30 se *post* offerre *tr.* *BZ*αV

consuetudo et cedendi ignorantia, praecipueque praesens uniuscuiusque uirtutis arbiter Titus, a quo non remuneratio fortitudinis expectabatur, sed supra omnia fructus amplissimi erat praemii illo spectante quicquam strenue gessisse quod ei non displiceret. eo incentiuo Longinus equestris militiae uir excitus aduersas pro muris uidens Iudaeorum cateruas tamquam indignatus quod Romanos bello lacesserent et ex aequo prodire auderent, desiluit equo atque in medios se iniecit hostes. et unum in ore ipso parantem occurrere telo percussit simulque eius uocem et animam rapuit, alteri ereptum de corpore prostrato telum infigit et ad suos uictor sese recepit. de praeminentibus loquimur: ceterum multi imitatores utraque ex parte sed diuerso genere. Iudaeis desperatio audaciam dabat, Romanis gloriae cupiditas uirtutem addebat: par tamen inparibus animis mortis contemtus. Iudaei solacium putabant cum hoste commori, Titus festinabat conficere bellum, sed sine suorum dispendio, qui etiam ipsos hostes seruare si omnes posset quam perdere malebat. nec aliud monebat militem nisi consulto bellandum, eam solam esse ueram uirtutem, cui comes sit prouidentia, nam sine consilio fortitudinem temeritatem uideri, nec usquam magis cauendum quam in uictoria. perire enim cum superiore uicti triumphus est. consulendum itaque ne uideatur euentus fuisse quod uicerit, ignauiae quod consortium periculi non euaserit. iubet itaque arietem admoueri ad medium muri septentrionalis.

XIII. Erat ibi Castor callidus et ad fraudem paratus, qui fugatis ceteris per iacula sagittariorum cum aliis nouem

XIII § 1 cf. BI. V 317—324

7 cf. Verg. Aen. XI 842 9 cf. Verg. Aen. II 408 10 cf. Verg. Aen. X 348

6 excitatus *B* 7 catheruas *C* 8 et *om. M* desiliit αV 9 medio sese *Ca.r.* iecit *Ma.c.m2* ore] eore *Ma.c.m2* occurrere] clamare *Ba.c.* 10 rapit *BZ* 11 prostrati αV infiget αV sese uictor *B* 12 recipit *Z* 15 in partibus *M,Ba.r.* animus *Mp.c.m2* 16 enim hostem *pro* cum hoste *M* 18 omnes *om. BZ* omnes si *A* si posset omne *Va.c.* omne si *C, Vp.c.* 20 comis *Mp.c.m2* 21 temeritatem] *add.* posse αV 23 cum superiore] cum inferiore superiorem *Mp.c.m2, B* triumphis *CV* 24 *alt.* quod] quo de *C* quod et *A* quod de *Va.r.* quod e *Vp.r.* 27 Castor] custos *Ma.c.m3* callidus *suppl. m2 M*

fraudis sociis praetendebat. is ubi adpulsu arietis turrem euerti murum labare et facile ruiturum si tormenti repeteretur ictus animaduertit, manus tendens rogabat Caesarem uoce miserabili ut perituraе urbi iam parceret nec supremo excidio labefactandam putaret. Caesar aestimauit quod sedulo ueniam deprecaretur manus daturus. ut deditio procederet iubet tormentum cessare, iaculatores temperare a proelio. Castori dat loquendi copiam. ille descensum simulare, dein quasi suadere suis, alii uelle alii reniti, subitoque uelut indignantes qui cogerentur supra loricam se percutientes cecidere. miraculum ingens cum fraus lateret. sic
2 tempus ducere. inter quae unus e militibus Romanis iaculo sagittae narem Castoris percussit. ille deplorare et conqueri apud Caesarem, poscere iuberet aliquem sibi dexteram dare, ita se perfugio usurum. Caesar Iosepho mandat negotium, uerum ille qui calleret Iudaeorum insidias nihil sincerum se in eo intellegere respondit. Aeneas tamen propius murum successit et ut aduenientem susciperet occurrit. cui Castor uociferans ut sinum aperiret, aurum exciperet, saxum dimisit. ille oculis uigilantibus lapidem praeuidit celerique corporis saltu lapsus euasit. alium tamen propter adstantem saxi inuoluit inmanis ruina. hoc Caesar acrius incubuit ad murorum deiectionem praecipiens maiore ui tormentum inpelli. contra ad exurendas machinas ignes iaciebantur. sed ubi murus solutus est, Castor cum suis quasi in ignem se deiecit dolo praetexens animi magnitudinem in contemtu mortis, cum dolo turpi uitae effugia captaret.

XIII § 2 cf. BI. 325—330
20 cf. Verg. Aen. V 438

1 ad pulsum *ZαV* turrem *om. B* turrim *Z* 2 murum] *add.* et *B* labere (re *in ras. B*) ac *BZαV* 4 parcerent *Ma.c.m2* 7 caesare *Ma.c.m2* 8 castor *Ma.c.m2* discensum *M* 11 ciere *Ba.c.* ceciderunt *αV* 14 poscere] *add.* ut *BZ* iubet *Ca.c.m2* dextram *BαV* 16 caueret *Ma.c.m3* nihil *om. M* 17 in eo se *BZαV* propius] *incipit rursus M²* 19 ut *om. BαV* exciperet] susciperet *B* 21 lapsum *M²a.c.m3,Z* elapsus *B* 22 ruina] *add.* ex *α* et *V* Caesar] *add.* intuens *s. l. Bm2,Z* 24 tormentorum *Ba.c.* 27 turpis *B*

XIV. Vnus iam murus hoc est tertius supererat subuersis duobus. adhuc tamen Caesar seruabat patientiam, qui aduerteret sibi iam perire quicquid perisset. dum parcit et prouocat ad deditionem, non expectato agmine cum paucis inruens supra murum secundum, congregata manu Iudaei in angustiis plurimos sauciauerunt. plerique etiam utrimque mortui. tunc Caesar sagittis eminus figebat resistentes, inter confertos iacula nusquam eludebantur, nullus ictus sine uulnere. sic remouere sese Iudaei coepere et Titus suos recepit. et iam fames in urbe grauiter incesserat. Iudaei 2 tamen pro uictoribus, quia secundum murum receperant, quasi expulsis Romanis gloriabantur, sed neque lapsa reparare nec lapsura defensare poterant. restiterunt tamen aliquantulum. pugnatum triduo ad murum secundum, quarto die uirtutem Romanam non sustinentes refugere intra tertium murum. Caesar ab inruptione interim temperari 3 iubet, subuerti tantum praecepit murum secundum. et quia supererat maxima belli portio, statuit ut miles sibi conueheret alimenta, ne uictores inopia urgueret, adficeret indigentia. IIII diebus frumenta sibi exercitus conuexit, simul et idoneum uisum est tempus, quo Iudaei si sibi consulerent, et conuerterentur. et populus quidem malebat, sed principes seditionis reputantes quae in plebem grauibus flagitiis perpetrauerant, dum nullum ueniae locum sperant, perire cum omnibus leuius arbitrabantur quam si soli auctores perirent. quinto itaque die, quia nihil a Iudaeis paci- 4 ficum deferebatur, gemino agmine Caesar moenia aggreditur et duos aggeres adtolli imperat, unum contra Antoniam, alterum contra murum qui erat circa Iohannis sepulchrum. eo enim superioris urbis excidia petebat, illo autem altero,

XIV § 1 cf. BI. V 331—341 § 2 cf. BI. V 343. 342. 346—347 § 3 cf. BI. V 347. 356. 354—355 § 4 cf. BI. V 356—359

1 est] *add.* iam M^2 duobus subuersis *B* 2 reseruabat *BZ* 5 super *Va.c.m2* 11 quia] *add.* se intra (*s. l.*) *B,Z* 12 lapsa] lapsu M^2 16 temperare *Ba.c.* 17 iubet] *add.* set *Ca.c.,A* tantum] tamen *BαV* praecipit *B* 18 belli maxima *αV* ut *s. l. C* milites *αV* conueherent *A* conuehere *CV* 19 nec *Z* 21 si sibi] sibi M^2*p.r.*,*A* 22 *pr.* et *om. BZ* 25 si] sibi *Ca.c.* 29 circa] contra *BZαV* 30 superiores M^2 patebant *Z*

si castrum expugnauisset, etiam templi facile potiretur. quod nisi in suam potestatem deduceret, etiam urbem tenere non poterat sine periculo. diuiserat Titus exercitum in duos ordines. e diuerso quoque distribuerant sibi Iohannes et Simon officia defensionis. Antoniam defensabat Iohannes, Simon cum armatis suis et populo Idumaeorum ad sepulchrum Iohannis speculabatur atque omnes obsidentium conatus de superiore loco quibus poterat generibus eludebat. etiam exercitatiores erant malis edocti occurrere machinis obsidionis pluraque genera sibi tormentorum et ipsi adsciuerant, quibus Romanorum opera destruerent, coepta impedirent. quorum Caesar aduertens praecipitem pertinaciam admiscere operibus sermonem uoluit, ne forte desperatione ueniae peruicacius obniterentur ac spe promissorum possent desistere. suadere itaque coepit ne se captae urbis excidiis inuoluerent, permitterent eam suae potestati, quae armis iam teneretur et circumuallata obsidione premeretur ad excidium supremum; cedentibus se ueniam daturum, si modo uel sibi uel patriae consulerent, ne tota ciuitas diruetur. mandat quoque Iosepho ut ipse patrio sermone ciues alloqueretur, ut forte contribules suos uel ipse inflecteret, ut furori proprio renuntiarent. qui licet effusa Iudaeorum in se odia nouisset, tamen quantum ad iactum sagittae longius poterat remotus a muris, ita uero ut posset audiri, profutura ciuibus noto sibi alloquio prosequebatur.

XV. 'Fuerit, Hebraei, humani ingenii contendere pertinaciter, antequam res ad supremum ueniret, dum putatis uos loco et notae regionis subsidiis fore superiores, licet conuenerit Romanos bello insuperabiles armis non prouocari, a quibus saepe uicti sunt qui uos uicerant, sed tamen

XIV § 5 cf. BI. V 360—362 XV cf. BI. V 362—375. 459

1 templo *BZ* 2 nisi *om. M²* urbe *M²* 4 distribuerat *M²* 5 defendebat *Ba.c.*,*αV* 7 adque *in ras. m3M²* omnium *αV* 8 generibus poterat *B* 14 niterentur *Ba.c.* 16 permitterent] *add.* que *s. l. B* 17 tenerentur *M²* teneret *A* 21 ut] si *BZ* ne (*s. l.*) *Bm2*,*αV* inflectere *M²* 22 in se iudaeorum *B* 23 nouissent *M²a.r.* nosset *αV* ad *om. BZ* iactus *B* iactu *Z* 25 prosequebatur (*s.* suadebat *m2*) *B* suadebat *αV* suadebant uerba iosepi *Z* 28 superiore scilicet *M²a.c.m3*

habent hunc lapsum inprouidae mentes hominum in rebus secundis, simul quia plerumque belli dubius euentus, et ideo se unusquisque sorti committit et uirtute inferior; postremo de muris sperastis, non putastis etiam usque ad templi progrediendum euersionem. parcite aris, parcite altaribus, parcite domicilio quondam caelesti. iam enim uos et deus ipse deseruit, quia uos pietatis cultum deseruistis. in medio templi bellum pertulimus. circumfusi ignes templum oberrant, sed non quales solebant circumsistunt armati. adhuc tamen puras a sacrilegio manus habentes uolunt parcere nec sacros contaminare postes, nec ueteres abolere ritus, si uos sinatis. quid expectatur ulterius? duo muri euersi, tertius superest et ipse infirmior lapsis duobus. an praesidium speratur diuinum atque auxilium de penetralibus? sed qui nos defendebat ad hostem migrauit, quoniam quem nos colebamus Romani uenerantur, nos offendimus. quis autem ignorat cum illis esse deum, qui sibi omnia subiecerunt nisi quae nimio aestu aut gelu inuia sunt, et ideo extra Romanum imperium quia eadem extra usum humanum? diuersis populis deum per uices dedisse potentiam, primo Aegyptiis, post Iudaeis, Assyriis quoque et Persis auxiliatorem fuisse nullus negat, postea conuersum ad Romanos cum his perseuerare; denique cessisse illis uniuersa regna, omnem terram in possessionem datam. quid uobis cum uictoribus uniuersae terrae, quibus secreta oceani et extrema Indiae patent? quid adtexam Brittanias interfuso mari a toto orbe diuisas, sed a Romanis in orbem terrarum redactas? tremit hos Scothia, quae terris nihil debet, tremit Saxonia inaccessa paludibus et inuiis saepta regioni-

26—27 cf. Verg. Ecl. I 66; Isid. Etym. IX 2, 102, XIV 6, 2
29—p. 320, l. 5 cf. Isid. Etym. IX 2, 100; XIX 1, 21

1 habet *BZαV* inprouida mens *BZαV* 2 belli plerumque *αV* 4 sperastis *om. M²* 5 aris parcite *om. M²* 7 cultu *M²a.c.m3* 10 a *s. l. BC, om. A* manibus *M²a.c.m3* uolunt] *add.* romani *Bm2, s. l. Z* 11 ritus ueteres absoluere *Ba.c.* 13 an *om. M²* 14 sperandum *A* 15 ab hoste *M²* admigrauit *M²* quoniam] quia *M²* 24 datam] *add.* sed *exp. B* 25 cum] de *Ba.c.* terrae] *add.* dicam *B* 26 india *M²* parent *M²* brittannias *Z* britannias *CV* brittaniis *A* 27 sed] et *BZ* terrarum] romanum *Ba.c.* 28 scothia (s *in ras. m3*) *M²* scotia *B* scotthia *C, Vp.c.*

bus, quae licet furta belli uideatur audere, et ipsa frequenter captiua Romanis accessit triumphis. ualidissimum genus hominum perhibetur et praestans ceteris, piraticis tamen myoparonibus, non uiribus nititur, fugae potius quam bello paratum. sed refertis mori praestare quam libertatem amittere. quando ista uobis, Iudaei, successit sententia, aut quando apud Hebraeos utilis seruitus libertati inutili non praelata? Iacob ipse patriarcha in Aegyptum deduxit Hebraeos, ne perirent fame. descenderunt patriarchae simul XII filii eius praeclara illa generis nostri exordia. ibi Iudas ille nobilis Iudaeorum prosapia, qui nomen populo dedit, ibi Ioseph curru sublimis et equis subicere se in potestate maluit ut aleret suos quam ad originis propriae libertatem redire, ibi Beniamin pia fraude germani retentus consensit dolo, quia non erat crimen seruire potentioribus, ibi hereditas eorum, cum uocaretur a Moyse, tamen haerere desiderabat. sic patribus uestris etiam dura seruitus non displicebat ut periculis anteferretur. seruistis ergo Aegyptiis atque utinam semel! sed non solum tunc seruistis, quando caelestis escae pluuiis alimoniam seruitutis extremae praeferebatis, sed etiam postea uicti atque captiui descendistis in Aegyptum cum Assyrios refugeretis. seruistis etiam Machedonibus, seruistis etiam Assyriis per multa annorum curricula, et dulcis illa seruitus erat. seruistis Persis Seleuciensibus Palestinis, solos Romanos uobis graues putatis, quibus et illi seruiunt quibus uos seruiebatis. utrum igitur odium his debetis an gratiam, qui uos dominis uestris pares

1 cf. Sall. Hist. I 112 M.; Verg. Aen. XI 515 8 cf. Gen. 46 12 sq. cf. Gen. 41, 43; 47, 12; Verg. Aen. VII 285 14 cf. Gen. 44; Ambros. De Ioseph 11, 62 16 cf. Ex. 14, 12

1 furta] curam M^2BZ uidea*tur M^2 habere $Ba.c.$ 3 et *om.* M^2 pyrathicis C 4 mioparonibus M^2 6 uobis ista BZ 8 seduxit, *exp.* se A 12 curru (ru *in ras. m3*) M^2 currus αV sublimissimis (*exp.* simis, *s.* et equis) sedens qui subicere B equis] et qui αV 14 inpia $BCa.c.,A$ 18 antefertur $M^2a.c.m3$ 19 tunc solum $Ca.c.,V$ 20 aescae pluuis C 21 atque] ad $M^2a.c.m3$ discendistis $M^2a.c.m3$ 23 Machedonibus—etiam *om.* $BZ\alpha V$ 24 circula CV seruistis] *add.* mac (h *add.* CV)edonibus $BZ\alpha V$ sileuciensibus M^2 seleuchiensibus αV 25 graues uobis αV 26 et *ante* uos *add.* M^2

fecerunt? ultionem uestri hanc, non contumeliam puto, quia uos de his uindicauerunt quibus subiecti eratis. seruitio premitur Assyrius qui Asiae toti imperitabat. arat Aegyptius Romanis, serit de suo quod illis metat. Machedonia, quae usque ad Indos deuicta Perside imperium diffuderat, agnoscit dominos quos ignorabat, et frustra se regibus suis Aeacidarum nomen inposuisse reminiscitur, certe non alias cessisse nisi ad Romanorum triumphum, quibus et ipse Pyrrus, Achilleae subolis et prosapiam et uocabulum praeferens, uictus armis ita se promerendae pacis studio subiecit ut ueniam rogaret. nam de Palestinis quid loquar quos unius praesidis potestas cohercet? ingrati, numquid non uestra nobilitas est cum Persis seruire? hoc est enim seruire cum regnis regumque maximum habere solacium subiectionis. sed quaero quando fueritis liberi qui nunc seruitutem recusatis? quando ergo liberi fuistis? uel cum aliis dominaremini qui sub rege eratis? habebatis regem deum, repudiastis regnum ipsius, sub quo solo eratis liberi. uoluistis seruire hominibus. cur patrum reuellitis testamenta, hereditas et in patres contumax? elegistis regem cui nomen Saul. occiso illo, Palestinus uobis populus imperitauit. successit post tempora Dauid in totius populi regnum, mitior quidem dominus sed dominus tamen. et priusquam requiesceret Dauid genti tamen et ipse regem inposuit. a Solomone rursus scissum in duo regnum et diuisa per longam

18 cf. I Reg. 8 20 cf. *I Reg. 9, 2 22 cf. II Reg. 5, 5 23 cf. III Reg. 1 25 cf. III Reg. 14, 8

3 imperitabant *Ca.c.* aegyptus *Ca.c.* 4 macedonia *BZA* 5 persidae *α,Za.c.* 7 oeachidarum *αV* ipso suis se M^2,*Ba.c.* imposuit se *Ca.c.* aliis *Z* 9 pirrus M^2A sobolis M^2,*BZa.c.*,*Ap.c.* uocabolum M^2*a.c.m3* 10 subicit *αV* 13 seruire] *add.* uobis *s. l. B* uos *s.l. Z* 14 solacium] socium *B* (*s. l* solatium) *Z* 16 ergo] enim M^2 fuistis ergo uel tunc liberi cum *Ba.c.* quando ergo fuistis liberi uel cum *Bp.c.* 19 reuelletis M^2*a.c.m3* repellitis *ex* rebellatis *B* rebellitis *Z* reuellistis *CV* refellitis *A* 20 patris M^2 legistis M^2 21 imperauit *Ba.c.* 24 genti] genuit *αV* regem] *add.* cui salomon (salamon *V*) *αV* inposuit—proderat (*V 18, p. 336, l. 6*) *desunt in A* a *om. B* 25 salomonem *B* salomone *Zα* salamone *V* rursum *in ras. m3* M^2 duos *BZCV*

seriem dominationis hereditas. ut transiliam captiuitates, Cyrus plerosque terris suis Iudaeos et sacris suis reddidit. sed patres uestri, cum Persarum proeliis grauibus adtererentur, quamuis Machabaeorum triumphis nobiles, elegerunt sibi Romanam societatem. tenet scriptura diuina multarum pacta legationum. facti estis Romanorum amici qui Persarum serui fuistis. sed rursus maluistis regem habere quam sacerdotum principem, cui populus obtemperaret; cum saeuitia uestrorum regum esset intolerabilis, defuncto Herode, pulso Archelao, sub Caesare esse Romano postulauistis. tradidistis uos Caesari, cui subiecti omnes, ad mutandum in mollius seruitium. in communi enim condicione uniuersorum seruire quaedam libertas est, quoniam dignitate dominantium honestantur obsequia seruorum. quamquam Romani seruitutem non exigant auctores libertatis, qui non solum inmitem regem necarunt sed etiam superbum non passi sunt, et ideo augustum apud eos nomen imperii est quod augeat suos, non quod alienos opprimat. sed esto: sit utile uobis non oboedire imperio Romano: uideamus si liberum, si non exitiale. urguent uos Romanae acies, urguent patriae ruinae, urguet templi excidium. non quid utile sit sed quid possibile perpendite. non enim uotorum species sed possibilitatis ratio pensanda. lex nempe naturae eadem omnibus, hominibus, uolatilibus, feris, bestiis infusa, ut unusquisque cedat potentiori, taurus leoni, ceruus urso, leopardo caprea, aquilae accipiter, accipitri columba, ipsi tauro iuuenci inferiores, arieti ouium greges, hirco caprae, ne diuersi generis esse aliqua uideatur distantia, uos potioribus. Romani tamen neminem expellunt, uos

5 sq. cf. I Mach. 8, 12. 14. 18; II Mach. 11, 34—38 11 sq. cf. Sall. Hist. II 24 M. 17—18 cf. Isid. Etym. IX 3, 16

1 captiuitatis M^2 captiuitatem *Bp.c.* 2 cyros M^2 3 cum] *add.* a M^2Z grauibus *om. CV* 4 triumphi *CV* elegerunt] eligantur elegerunt *Ca.c.* 7 rursus *s. l. B* 12 mollius] *l* melius *mg. B* melius *Ca.c.m2* 14 cohonestantur *CVZ* 17 et *om.* M^2 *a.c.m3* 19 sit] sic M^2 20 exitiabile *CV* 22 enim] *add.* ut *C* 25 ut *om. CV* 26 caprea] *add. s. l.* lupo, *postea eras. V* accipiter *s. l. B* lepus *CV fort. recte* columbus *CV* 27 ariti *Ca.c.m2* hyrco *BZCV* 28 capreae M^2 caper *BCV fort. recte; cf. Gell. IX 9, 10*

expellitis, immo illi augent, ne quis etiam uictus de terris suis exeat. Antiocho partem regni reseruauerunt. et nunc Caesar quid aliud laborat nisi ut terra uestra non deseratur, regio uestra non uacuetur, ciuitas non euertatur, templum non concremetur? non omnibus uictoria datur. paucis praeesse natura dedit, pluribus obtemperare. tauri armentis eminent, arietes gregibus. penes paucos eminentia, penes plurimos mansuetudo. et uos induite mansuetudinem, suscipite subiectionem quam etiam ferae induunt.' haec cum diceret Iosephus, conuiciabantur de muro, maledicebant utilia suadenti. plerique etiam iaculabantur sagittas, si possent eum morte adfligere. at ille, quia ratione non flectebat indomitos, scripturarum quoque conueniendos testimoniis arbitrabatur, maxime quia dicebant deum templi sui praesidio non defuturum.

XVI. 'Temerarii, nunc demum diuinum uobis auxilium adfuturum speratis, quando armis permiscuistis omnia, bello altaria uiolastis, diruistis totius urbis munimenta? temerarii,' inquit, 'et uestrorum immemores auxiliorum, scuta et gladios parastis, et hoc aduersum Romanos? non talibus uincere armis solebatis. quando enim in hasta et gladio fuit Hebraeorum uictoria? recordamini unde orti et a quibus sitis profecti, quomodo patres uestri hostes suos uicerint. temerarii, quem uobis adiutorem eripuistis dum aliena subsidia deposcitis! non in multitudine populi sed in timore dei pater Abraham penetrauit Aegyptum et cum abductae coniugis captiuam uideret pudicitiam, bello tamen abstinuit,

XVI cf. BI. V 376—419

26 cf. Gen. 12, 14—20; 20, 1—18; Ambros. De Abraham I 2, 7—9

1 expulistis *BZ* 2 anthioco M^2 anthiocho M^2*p.c.m3* 4 euacuetur *BZ* 5 concremeretur M^2 cremetur *Ca.c.m2* 6 tauri *in ras. m3* M^2 7 paenes M^2*ZCV,Ba.c.* 9 quem *CV* 11 sagittis *Bp.c.* 12 mortem M^2*a.c.* afficere *CV* qui oratione *BZ* 14 dicebant] uł ducebant *m2 B* sui] sub M^2*a.c.m3* 16 nuncine (uł nunc demum *m2*) *B,Z* 17 armis] parmis M^2 18 orbis M^2 20 aduersus *CV* 22 horti M^2 *C* 24 adiutore M^2 *a.c.m3* meruistis M^2 25 deposcitis] *add.* et *B* non *s. l. B* 26 paenitrauit M^2 adductae *Z*

adsumsit orationis piae arma, defensorem adhibuit qui dormientem euinceret et expugnato hoste intaminatam sibi coniugem repraesentaret. rediit Sarra sine armis referens uiro triumphalem uictoriam. dormiebat Abraham et torquebatur Pharao. metuebat Sarra et Pharao crimen negabat, eiciebat alienam et damnato crimine honorabat castimoniam quam spoliare desiderauerat. addit aurum et argentum ad Sarrae pudorem, ut condemnaret uoluntatem facinoris expertem. rogabat patrem Abraham ut pro sua familia ad dominum deprecaretur; erat enim infecunda domus eius. remeat Sarra ditior saluo pudore, reuertit Abraham sanctior, qui coniugalis pudicitiae remunerationem sterilitatis remedio conpensauisset. quid de filio eius Isaac loquar? is quoque patrio fretus munimine aduersus finitimi potentis insolentiam non armatas produxit acies, et certe habebat CCCXVIII uernaculorum ualidam manum, quae reges V bello superauerat, spoliis exuerat, captiuum Loth Abrahae patruo restituerat. non gladium uagina exuit, sed solam aduersum inuidentes patientiam induit, simplicitatem rettulit. uenerunt rogantes qui exterminandum denuntiauerant, poposcerunt amicitiam qui finitimum non ferebant. contremesco tanta patrum recensere mirabilia. Iacob sanctus Esau fratre parricidium minitante patriam reliquit, parentes deseruit solius secum orationis ferens uiaticum, meritoque in peregrinis locis cum fratris metueret insidias, et hominum comitatu auxilioque egeret, inuenit angelorum

9 cf. Ps. 141, 1 13 cf. Gen. 26, 14 sqq. 16 cf. Gen. 14, 9—16 17 cf. Gen. 26, 26 22 cf. Gen. 27, 41 sqq.; Ambros. De Iacob II 4, 1

1 adsumsit oracionis pie arma *m2B* defensorem adhibuit] quoniam erat *Ba.c.* dormiente M^2BZ 2 euinceret] eo uinceret *BZ* et *om.* M^2 incontaminatam *Ba.r.* 3 redit *B* sara *Ba.c.* 4—5 farao torqueb. M^2 5 farao M^2BZV sara *Ba.c,Zp.r.* farao M^2Z necabat M^2*a.c.m2* 6 castimonia M^2 7 addidit *Ba.c.* et *om. BZCV* 8 uoluptatem *CV* 9 rogat *BCV* ad *om. BCV* 13 reconpensauisset *Z* isac M^2*a.c.m3* loquor *Z* 14 muniminime *Ca.c.m2* potentes *CV* insolentia M^2*a.c.m3,CV* 16 trecent. decem et octo *BZ* 18 exiuit M^2 19 aduersus *BZ* 21 prospecerunt M^2 ferebat M^2 contremisco M^2*p.c.m3,B p.c.m2,Z* 23 fratrem *CV* minitantem *CV* 25 perigrinis M^2 metuerat M^2

concilium. perductus, ut ait, ad Castra dei, conluctatus est domino et, sicut dicit scriptura, praeualuit deo, qui imparem se hominibus arbitrabatur. quid aliud Moyses aduersum regem Aegyptiorum exercitumque et dracones eius nisi solam uirgam leuauit? o potens uirga quae caelum tenebris obduxerit, terram imbribus inundauerit, siccauerit mare fluctibus! cinxerant Hebraeos Aegyptii, orabat Moyses et non dimicabat. diuisum est mare et populus intrauit, sequebatur Pharao, Moyses inter fluctus positus orabat. demersus est cum suis Pharao, cantabat Moyses. quis haec tot et talia considerans non admiretur et non intellegat in oratione nobis meliora esse arma quam in uirtute? illa enim diuinum sibi auxilium adhibet, haec corporis. didicit haec arma, quae sunt non carnalia sed fortia deo, Moysi discipulus atque successor idem Iesus Naue, qui imitator et subpar magistri Iordanis aquas conuertit retrorsum idemque cum inexpugnabiles Hiericho urbis muros uideret, sacerdotes tuba canere iussit iubilare populum. quo facto repente cecidere muri atque exusta ciuitas est et omnes necati, nisi quos Raab bonae meretricis fides a memoratae urbis excidio defendit. Gedeon quoque CCC uiros ad bellum elegit, eosdemque non arma praeferre sed mysteria praecepit, in manu laeua hydrias aquae plenas tenere, in dextera faces. qua specie perculsi hostes fugere ilico atque ad Hebraeos uictoria peruenit. intermissa erat sacrae cura religionis Heli sacerdotis neglegentia, diuina imperia deserebantur. inrogatum ab allophylis proelium, uicti Hebraei, capta etiam arca dei, et sine ullis armis reddita, quo indicio claruit quod

1 cf. Gen. 32, 1—2 2 cf. Gen. 32, 24. 28. 7 4 cf. Ex. I, 12 5 sqq. cf. Ex. 10, 22; 9, 23; 14, 16 et 21—23; 15, 4 et 1 10 cf. II *Cor. 10, 4 14 cf. Eccli. 46, 1 16 cf. Ps. 113, 3 17 cf. Ios. 6 20 cf. Hebr. 11, 31 21 cf. *Iudd. 7, 16 et 20 25 cf. I Reg. 2, 12—17; 2, 13; 4, 11; 6, 2 sqq.

1 est] *add.* cum *postea exp.* *C* 2 dixit *B* 3 aduersus *BZCV* 4 drachones *C* 6 obduxit *CV* ymbribus M^2 7 cincxerant M^2 9 farao M^2 10 farao M^2, (*mg.* l famulis) *B* tot *om.* *BZ* 11 et *om.* *CV* 13 didicit (*mg.* l discit) *B* 15 hiesus *C* 18 iussit] *add.* et M^2 ceciderunt *CV* 19 negati M^2 *a.c.m3* 23 hidrias M^2 aquae plenas *om.* *CV* 26 heliae (?) M^2 *a.r.* neglegentiam M^2 *a.r.* 27 allofilis M^2 captiua *B a.r.* 28 archa M^2 *a.r.*

et sine religione arma non uincant et religionem sine armis uincere. Ezechias rex, infuso Assyriorum populo genti Judaeae cum uoce Rapsacis, imperio Sennacherim regis, quae in deum iacerentur conuicia, quae populo quam suprema exitia denuntiarentur satis conperisset, insinuantibus non uerba uerbis nec arma armis referenda credidit, sed exsurgens cilicio se sicut scuto induit, pro galea cinere caput texit, pro iaculis orationem intorsit. ascendit oratio, descendit angelus. caesa per noctem Assyriorum CLXXXV milia. cadauera numerauimus, percussorem non uidimus. praeterieram de quinque regibus, quos inconsulto domino bellum adorsos, per desertum meantes, aquae inopia uehementer adflictare coeperat, ipsos quoque et equos eorum sitis uexare. necessitas praetermissum officium reparari coegit. erat enim rex Israhel neglegens circa dei cultum, admonitus tamen ab aliis ut domini prophetam requireret, cognouit Heliseum ab isdem in quibus degerent locis non longe abesse. misere oratum auxilia precationis et remedia necessitatis. licet offensus erat regi Israhel, quia perfidus non credebat, promisit tamen et ubertatem aquarum et uictoriae celeritatem. manare coepit aqua per desertum et sponte se sine ullis imbribus infundere terris fluenta. surgentes aduersarii, quos securos uictoriae somnus uberior laxata presserat sollicitudine, subito uidere sole infuso rutilare aquas et inter regum populos bellatum putarunt, quorum sanguine terra maderet. itaque in praedam festinantes passim sine ordine sine modo currere, alius alium praeuenire. sic praecipites in medium progressi hostium uallati interfectique ingentem sui stragem dedere. ita sanctus propheta

2 cf. IV Reg. 18, 28 sqq.; 19, 14 sqq. 7 cf. Iudd. 4, 9 *et sim.* 8 cf. Verg. Aen. IX 534 11 sqq. cf. *IV Reg. 3, 8 sqq. 24 cf. Verg. Aen. IX 461 26 cf. Verg. Aen. XII 691

2 rex *s. l. B* 3 rapsacis *in spatio uacuo m2B* rabsacis *Z* rapsachis *CV* sennacherib *Ba.c.* sennacerip *Z* 4 quae *ex* quibus *B* 6 referenda] insinuanda *CV* 9 discendit M^2 11 quo $M^2p.r.$ inculto M^2 insulto $M^2p.c.m3, Za.c.$ 12 adorsus $M^2, Ba.c.$ 14 sitis] *incipit M* uexaret *CV* parari *B* 15 isrl *C* israel *BV* 17 helyseum *B* helisseum *CV* degeret *BCV* 18 precationis] orationis *CV* 19 necessitati *Bp.r.* regis $Cp.c., V$ isrl *BV* qui *Ba.c.* 20 aquarum *om. CV* 22 se *exp. Z* 23 quod *CV* 24 solem *Ma.r.* 29 suis *M*

a patribus nostris sitim pariter et metum depulit. idemque aduersus famem auxilium tulit. nam cum obsideretur Samaria atque in ea clausus maneret rex Israhel, grauis urguebat fames, ut ne a nefandis quidem alimentis abstineretur. conuentus propheta tantae miseriae deformitate simul et regis nuntio, qui putaret prophetae dissimulatione famem adoleuisse, respondit: 'sequenti die et ubertatem frumenti et uilitatem uidebis'. non credenti nuntio dixit, ipsum quidem quia non crederet non uisurum, promissorum tamen fidem non defuturam. subitoque per noctem in castris Syriae hinnitus equorum, curruum fragor, quadrigarum currentium fremitus, armorum sonitus auditi metum incussere uictoribus, quod in auxilium Hebraeis multae ac ualidae gentes commeauissent, ac sese imminenti, ut arbitrabantur, periculo fuga eximere properauerunt. nox consilium maturauit, terrorem auxit. fugientibus itaque Syris omnes quas inuaserant copias in castris die sequenti repertae. abundantia uilitatem creauit, uilitas fidem impleuit, mors increduli ipsi quidem fructum eripuit, publicum tamen remedium non impediuit. liquet igitur plurimos patrum duces cum minime proeliarentur uictoriam adeptos, alios quoque bello superiores fuisse, quibus consulentibus bellandi ius oraculo permissum foret. denique uictus Amalech sed cum Moyses manus leuaret, uicit Iesus Naue cum solem statueret, uicit et Gedeon cum in aqua dimicaturos probasset, Samson etiam cum adhuc intaminatum crinem seruaret, uicit et Samuel, sed cum adiutorem lapidem figere proposuisset. triumphauit Dauid cum Bersabeam hoc est

1 sqq. cf. IV Reg. 6—7 23 cf. Ex. 17, 11 24 cf. Ios. 10, 12 sqq. Iudd. 7, 5 25 cf. Iudd. 16, 17. 26 cf. I Reg. 7, 12 et 87; II Reg. 12, 30 sqq. 27 cf. II Reg. 11, 27; Ambros. Apol. Dauid prior 3, 14; Apol. Dauid altera 10, 51; Expos. sec. Luc. III 38 sqq.

2 fame *Ma.c.m2* 3 eam *CV* israel *B* isrl *C* grauis] *add.* eos (*s. l.*) *B, Z* 4 nefananisdem *Ma.c.* 5 deformitatem *Ma.c.m2* 9 non *alt. om. CV* uisurum] nec tamen gustaturum *add. CV; cf. IV Reg. 7, 2. 19* promissurum *CV* 10 siriae *M* assyriorum *Ba.c.* 16 siris *M* assyriis *Ba.r.* syriis *CV* 17 abundantiae *CV* utilitatem *MBa.r., CV* 18 utilitas *MBa.r., CV* incredulo *Z* quidem] quoque *M* 23 amalec *B* uicit—statueret *om. M, s. l. Cm2* 25 dimicaturus *V* incontaminatum *Mp.c.m2, Z* 26 crimen *Ma.c.m2, Ba.c., Z* Samuel] saul *M* 27 proposuisset] *add.* in mysterio *CV* bersabenam *Z*

filiam Sabbati suo coniugio propheticis mysteriis copulauisset, uicit etiam bello ciuili, quod refugiebat inlatum, non inferebat. nihil enim bello ciuili foedius nisi solus qui potuit inferre. uicit et Asaf proelio sed posteaquam desperantibus suis, quod numero essent inferiores, dixit nihil interesse pauci an plures sint, cum deus paucos timentes se pluribus faciat ualidiores, bonus profecto fide, si usque ad finem perseuerasset. uicit et mulier armis quae fidem deo reseruauit. at uero Saul uictus est, quia dei praecepta non custodiuit; uulneratus Iosias, quia contra imperium in hostem processit, sanctus cetera et ideo raptus ne captiuitatem nostris debitam peccatis uideret. clamauit Nechao: n o n s u m a d t e m i s s u s, ferens eius fidei testimonium, sed inuoluit eum, sicut ante Amessiam, consortium degeneris societatis. denique et ab homine dei monitus erat, ut illos quos ad belli societatem centum argenti talentis conduxerat dimitteret, si uellet uincere. cui dubitanti quod tantum pretii amissurus foret, respondit propheta, quod haberet dominus plura unde etiam argentum eidem restitueret, quo fretum conductis renuntiasse auxiliis, uicisse cum paucioribus, ne ipsum quidem deo tantae uictoriae mercedem soluisse, sed ipsis ilico simulacris quae uictor ceperat detulisse sacrificia, quasi eorum beneficio uicerit quae in praedam captiuitatis redegerat. Sedecias ipse incumbentibus iam patriae ruinis, per Hieremiam conuentus prophetam, cum hostili obsidione premeretur, ut urbem egredi non metueret, uictorem futurum si caelestibus imperiis obtemperaret, aut captiuum si defen-

2 cf. II Reg. 15 4 cf. II Par. 14, 10 (11); 16, 7 sqq. 8 cf. Iud. 8, 11; 9, 10 9 cf. I Reg. 15, 11. II Par. 35, 20 sqq. I Esr. 1, 23 (25) sqq. 14 II Par. 25, 6 sqq. 24 Hier. 45 (38), 17 sq.

2 inlatum] in altum *Ma.c.m2* 3 enim] *add.* in *MC* in bello *s. l. V* nisi *om. M* 4 asaph (ł iosaphat *mg.*) *B* iosaph *Cp.c.m2, V* postea *sine* quam *M* 6 se *s. l. B* pluribus] ex fide semper *B* 8 quia *B* deo reseruauit] dare seruauit *M* 9 non custodiuit] contemsit *CV* 11 captus *B* nostram *B* 12 ad] a *B,Va.c.* 14 antea *Mp.c.m3,Z* Amessiam] messiam *Mp.r.,BZ* amassiam *Bp.c.* amasiam *CV* societatem *CV* 15 ad] a *Ma.c.m3* 19 eisdem *CV* renuntiasset *CV* 20 uicisset *CV* ipsius *CV* 21 ilico ipsis *ZCV* 24 sedechias *Mp.c.m3,BZCV* 26 egrederetur *BZ* 27 defendendum] differendum *CV*

dendum putasset, infidelitate semet ipsum et suos decepit. abductus erat ab Assyriis populus Iudaeorum in Babyloniam, reliqui ad Aegyptios transferre se qui resederant deliberabant. mandauit dominus per Eseiam prophetam et ceteros ut unius gentis essent imperio contenti, ne geminata captiuitas aerumnam augeret. uerum illi posthabentes oracula dei facti sunt duarum captiui gentium, qui unius iugo gentis exire inpatienter desideraverant. itaque in Aegypto exules perseuerauerunt. at uero illi qui in Assyrios ducti sunt expleto tempore captiuitatis, quod pro peccatis populi dominus constituerat, postea Cyro imperante remeandi facultatem adepti reuerterunt cum gratia. renouatum dei templum est regum opibus Cyri et Darii ceterorumque Persarum muneribus. ipsi itaque qui euerterant reparandi sumtum dederunt, restituerunt etiam ius sacerdotum cultumque iuuerunt religionis. at uero nostri, dum sacerdotium inter se competunt et apud Parthos ambiunt conferri sibi memoratum honorem, de religione mercaturam fecerunt. quid de Babyloniis querimur? nostros experti sumus deteriores. illi nobis reddiderunt ius religionis, illi sacerdotum creationem restituerunt et nostri eam Persis refudere. illi sacerdotales infulas permiserunt nostrae potestati, nostri eas Babyloniis uectigales fecerunt. quid adiciam cruentatum sacrarium, sanguine madere sacra limina, semiruta adhuc stare templi fastigia? minor est circa nos ira dei, quam nostra contentio. illa nos captiuos fecit, ista sacrilegos, illa disseminauit Iudaeos, haec sustulit. conferte, si uidetur, quid intersit inter captiuitatem nostram et seditionem: captiuitas nostra gentilibus infudit nostrae religionis consortium, seditio nostra etiam Iudaeis ademit religionis gratiam. quis autem

2 cf. IV Reg. 25, 7 3 cf. Hier. 48 (41), 17 4 cf. Esai. 30; Hier. 49 (42), 4 sq. 11 cf. Esr. *passim* 25 cf. Ioh. 3, 36 *et sim.*

3 resederant] desiderant *M* 4 liberabant *Ma.c.m2* esaian *B* hieremiam *ZCV* et] ad *CV* 7 qui] *add.* de *B* 9 perseuerarunt *BZ* 10 peccatis (is *in ras. m2*) *C* 11 imperitante *Ba.c* 17 ambigunt *Z* 19 quaerimus *Va.c.* experimur (*s.* querimur) *B* 20 reddiderunt] *add.* omne *CV* 21 perse *Ma.c.m2* 23 sacrificium *CV* 28 gentibus *BCV*

Romanos in Iudaeam introduxit, nisi Hyrcani et Aristoboli contentio? quis Sossium nisi Herodes? quis Antonium nisi Sossius? quis Caesarem sibi regem implorauit nisi uos? quis alius praeter uos Antipatrum regno expulit et libertatem in Antipatro? et tamen non reprehendo neque abnuo Florum in uos sceleste consuluisse. sed querella Romanis deferenda fuit, non arma inferenda. spreuistis Neronem. sed Vespasianus successerat, qui benignus natura benignior tamen etiam studio esse potuit, quia in Iudaea imperium adsumserat, aut, si non mouebat pietas, uirtus certe eius uos debuit adigere ut uobis consuleretis. sed quomodo uobis non parceret qui pepercit Iosepho? cui enim infestior esse quam mihi debuit? quis maiora aduersum Romanos munimenta extruxit? quis studiosius pro patria decernendum putauit, postquam uobis belli complacita condicio est? bellorum quidem initia non probabam, sed suscepta non deserebam. testantur hoc Iotapatae urbis quae bellantem adhuc texerunt fauillae, bello non destitisse ⟨me⟩ nisi post eius ciuitatis ruinas, delituisse ⟨me⟩ quoad potui in illo euersae urbis sepulchro, praetulisse ⟨me⟩ famem ne Romanis me traderem, quaesisse ⟨me⟩ ueniendi ad uos effugia sed deprehensum, non sponte egressum, maluisse ⟨me⟩ perire cum meis sed pepercisse Caesarem, optasse ⟨me⟩ uobiscum potius periclitari, non quo probarem consilium, sed quo eligerem periculi uobiscum consortium. gratias tamen deo quod tanti sceleris non incidi societatem, ne seditionum incentor existimarer aut, quia his misceri nequibam, parricidium quod manu decli-

1 in Iudaeam *om.* *Z* iudeos *Ba.c.* aristobuli *Ma.c.m3* 4 antipatro regnum *Ma.c.m2*; *Antipatri nomen falso pro Antigoni Aristoboli filii ponitur*; *cf. BI. V 398* 6 caeleste *Ma.c.m3* fuit deferenda *B* deferanda *C* 8 successit *CV* 9 studiis *CV* iudaeam *CV* assumserat imperium *B* 13 aduersus *B* 14 decertandum *Ba.c.*, *CV* 15 postquam] ob quam (ob *s. l. m2*) *M* bellandi *ZCV* 17 testatur iotapate urbs *Ba.c.m2* iothapatae *CV* adhuc] *add.* me *ZCV* 18 destitissem *M* me *add. ego* 19 delituissem *M* detulissem *CV* me *add. ego* quod *CV* 20 pertulissem (m *in ras. m3*) *M* pertulisse *Z* praetulissem, *exp.* m *C* me *add. ego* 21 quaesissem *M* me *add. ego* deprehensus sum *Mp.c.m2* prehensum *Ba.c.m2* deprehensus *CV* 22 egressus *Mp.c.m3* egressus sum *CV* maluissem *MCV* me *add. ego* eis *Ma.c.m3* 23 optassem *CV* me *add. ego*

nare poteram uel morte implerem: certe ne sanctissimam matrem pro me dilacerari uiderem meorumque dispergi uiscera. quae miseranda quidem, sed tamen tolerabilius est ea pati quam fecisse. quid ergo adhuc expectatis? an signa maiorum? non ea nobis merita, non ea circa dei cultum officia. non ea Romanorum quae Assyriorum infidelitas est, qui accepto pretio discessionis fidem fregere, nec recedendum, sed acrius ingruendum putarunt. quin etiam, ut ex accidentibus colligamus diuinae motum sententiae, deum Iudaeis aduersari certum est. denique Siloa, quae ante bellum siccauerat, et omnes extra urbem fontium uenae, quae diu fluere cessarunt, ut aqua nostro deesset usui nisi pretio quaesita, nunc in usus redeunt suos et Tito se aduenienti refundunt. scaturriunt uberes uenae atque ita aquarum redundantium omnia replentur, ut non solum exercitui large ad potum exuberent, sed etiam equis bellatoribus ac iumentis pecorique uniuerso, hortorum quoque inriguis non desit aquarum abundantia, ut, tamquam annitentibus elementis uictoriae Romanae, largiores credas fundi meatus. recognoscimus prodigia superiora, quae etiam tunc nostrae urbis praeuenerunt captiuitatem, cessauit aqua Iudaeis, refudit se hostibus ne siti obsidio impediretur. nec mirum est si recessit a Iudaeis diuina gratia, quos tanta flagitia circumuallarunt. an uero bonus uir plenum horroris refugit diuersorium et domum suam deserit, si quid in ea commissum sceleris agnouerit, declinat indignae habitationis consortia, execratur conuersantium iniquitates: et dubitamus de summo et immaculato deo, quod abhorreat tantorum contagia flagitiorum, et funestorum scelerum auersetur atrocitatem, nec demoretur in parricidarum conciliabulis, qui

12 cf. Leu. 15, 25 (28) 16 cf. Verg. Aen. VII 465; Georg. II 145 (Aen. X 891 *al.*) 18 cf. Minuc. Oct. 33, ? 21 cf. Gen. 8, 8 (11)

1 ne *om.* *BCV* 3 est *om.* *CV* 4 ergo] igitur *BZCV* 6 ea quae assyriorum infidelitas romanorum est *CV* 9 motus (s *add.* *m2*) *M* modum *Z* 10 syloa *CV* 12 fluxere *CV* usu *Ma.c.m2* 17 pecorique uniuerso] uł pecoribusque uniuersis *add.* *mg.* *m2 B* 23 gratia diuina *Z* 24 an] ad *B* horroris] *add.* non *BZ* 25 deuorsorium *C* 26 sceleris *s. l.* *C* 27 exsecratus *CV* 28 quod] *add.* *m2* non *del.* *B* 29 aduersetur *Z* 30 nec] *add.* te *s. l.* *Z* moretur *Z*

Dathan et Abiron, quia Moysen et Aaron praeripiendo sacerdotii munere lacessiuerant, separari ab innoxiis praecepit, ne pios aut macula contaminaret de consortio noxiorum aut poena inuolueret? sed quid ego diutius sermonibus immoror, cum plena horroris et gemitus circumfundantur temploque excidium properetur? qui istud oculi spectare, qui sensus perpeti, qui tolerare animus potest? o saxis duriores, ferro rigidiores, qui in tantis rerum humanarum prodigiis adhuc inter uos tamquam ad uirtutis aemulationem de scelere certatis et quod est grauius uos ipsi patriam destruitis atque eius augetis ruinas. conuertimini aliquando, aliquando resipiscite, iudicate et uidete pulchritudinem patriae quam prodidistis. quae urbs, quod templum, quae sanctorum domicilia sacrorumque penetralia, quae prophetarum opera uestris manibus euiscerantur. in haec quisquam flammas ducit et spargit ignes et incendia ministrat nec ullo affectu mouetur? rupium, si sentiret, rigor resolueretur. certe et insensibilia plerumque in maximis rerum acerbitatibus sensus speciem mentiuntur ut scopuli tremant et madente sanguine guttae fluant. uos autem immobiles perseueratis, ut quid melius post haec supersit, quid dignius quod reseruetis? postremo si ista non commouent, quae apud pios praestantiora sunt, uestrarum saltem miseremini necessitudinum, ponite ante oculos filiorum uestrorum neces aut ferro aut fame quae sunt acerbiores, uxorum ac filiarum seruitutem, quibus tuta libertas erit pacto deditionis aut captiua seruitus urbis euersione. consulite dum licet, ne grauiora post mortem relinquatis quam

1 cf. Num. 16, 26 20 cf. Verg. Aen. III 28

1 abyron *Cp.c.,V* aharon *CV* 3 aut] ac *CV* 4 sermonibus in *s. l. C* 6 templique *BZCV* quis *B* oculis *MBCV* expectare *Ma.c.m3,Ba.r.* 7 quis sensus *B* 10 certa*tis *B* 11 destrui*tis *B* 12 aliquando aliquandiu *Z* respicite *Ma.c.m3,B* iudicate] considerate *CV* 14 sacrorum *in ras. m2 C* 16 quisque *B* inducit *B* 19 scopoli *C,Za.c.* 20 et] *add.* a *eras. C* madentes *Mp.c.m2,BZCV* sanguineae *CV* 21 ut quod *Za.c.* ac si *Zp.c.* 22 dignius] *add.* aut (*s.* ad) *Z* mouent *B* 23 salutem *C* 26 ac] et *BZCV* tota *B* 27 euersionem *Ma.c.m3* euersioni *Mp.c.m3,Bp.c.* consulite (ite *in ras. m2*) *M*

ante mortem fecistis. nec ego liber ab huiusmodi periculo sum. noui et ipse quia cum uestris simul periclitatur sanctissima mihi mater et cara uxor haut ignobile genus et quondam domus clara. ac fortasse propter meos haec me suadere arbitramini. occidite eos et accipite insuper mercedem meum sanguinem. libenter hanc soluo mercedem uestrae salutis, si post me sapere potestis.'

XVII. Ea Iosephus cum lacrimis uociferatus plerosque de populo inflexit, ut ad Romanos confugerent uenditis quae possidebant. quos Titus quo quisque cupiebat direxit, ut etiam ceteri prouocarentur Romanis se sine metu tradere. confluebant itaque reperta egrediendi copia, securi salutis si ad Romanos conuenirent, nec solliciti de seruitute quibus libertas reseruaretur. hi uero qui sequebantur Iohannem ac Simonem arbitros et incentores seditionis magis scelerum poenas quam aduersa belli reformidabant ideoque intuta sibi refugia opinabantur. nec solum ipsi non audebant egredi, sed etiam praetendebant ne cui liceret e populo urbe exire, maiorque cura erat egressionem suorum quam Romanorum ingressus cauere. tenebantur itaque inuiti et si qui deprehensus foret, graues poenas dabat. suspicio tenuis grauissimae causa mortis. non argumentis ueritas, sed suppliciis quaerebatur. si qui pecuniosi erant, adficto crimine proditionis rapiebantur ad necem aeque; si qui inopes, quia non habebant quo se redimerent, morti patebant.

XVIII. Etiam fames saeuire atque amplius seditio grassari coeperat furore ac uesania. frumentum non reperiebatur, nullus panis in publico usu. sicubi esse compertum fuerat, ilico domus expugnabatur. iugulabatur aedium

XVII cf. BI. V 420—424 XVIII § 1 cf. BI. V 424—428

2 simul cum uestris *M* periclitatus *C* 3 uxor] *add.* atque *CV* 4 me *om. B* 6 sanguinem meum *Z* 7 si] *add.* uel *sed del. B* 15 simonem (monem *add. m2*) *M* seditioni *Ma.c.m2* 16 reformidant *Ba.c.m2* 18 etiam] *add.* insidia *s. l. m2B*, insidias *Z* liceret] *add.* egredi *CV* e] de *B* urbem *Z* 19 exire *om. CV* 21 quis *BZCV* 22 causae *Ma.c.m2* 24 ad necem *om. M* ae**que *M* aeque *om. BZCV* 25 quia] qui *M* 26 seua *Z* 27 crassari *MZ* repperiebatur *MZ* inueniebatur *B* 28 usus *B* esse *s. l. C*

dominus aut frumenti conditor quod occultauisset. rursus non repertis frugibus quasi diligentius absconditae forent tormenta exercebantur. optabant plerique mortis compendium, cum aut fames adficeret aut crudelitas excruciaret. denique qui saeuiores erant occidere dedignabantur inuidentes beneficium mortis, quibus iam uehementior carnifex fames, miserabili macie uisceribus exesis, nuda ossa tenui cute texerat. spirabant semineces solo adhuc spiritu atque aegra trahebant cadauera. sicubi purgamenta olerum uel casu lapsa uel quasi arida proiecta aspexerant, reliquo inualidi corpore, ore lambebant iacentia humi. aut sicubi internata parietibus uisa fuerat herba, rapientes suco infelici miseram solabantur famem. qui ditiores erant mensuram tritici toto censu emebant — quid enim seruarent non profuturum? — qui pauperiores uel hordei ita ut nemo uendentem aut ementem uideret; hoc enim omni grauius scelere puniebatur. neque uero coquendi panis usus expectabatur, ne mors praeueniret aut mora proditorem arcesseret. in occultis abditi incoctum mandebant triticum, quibus ulla uel exigua frumenti copia erat. nulla mensa, nullum sedile, nulla lux, ne quis interueniret atque inprouisus deprehenderet. si sonus ullus, abscondebatur cibus. suspectae solitudines, frequentiae parricidales, inter suos triste certamen.
2 omnem etenim affectum excludit fames et maxime uerecundiam. esurientibus enim pudor dispendium uitae et detrimentum salutis est. si quis uir, cui mulier esset aut filii uel nepotes, aliquid escae haberet, uix fatebatur. similiter et mulieres. at cui mitior animus, ubi adposuisset alimoniam, de manibus eius extorquebatur. miserabilis erat cibus, esca lacrimabilis. rapiebant filii parentibus, parentes filiis et de ipsis faucibus cibus proferebatur. plerisque aliorum uomitus

§ 2 cf. BI. V 429—438

9 cf. Verg. Aen. III 140 13 cf. Verg. Georg. I 159

1 aut *ex* auferebatur *B* 3 mori *Ca.c.m2* 4 cum] *add.* eos (*s. l. m2*) *B, Z* 7 famis *Ma.c.m2* miserabilis *CV* 9 holerum *M* 10 asperant *Ca.c.m2* 11 iactantia *CV* 12 fuerant *M, Ca.c.* 14 trittici *Ma.r.* 17 puniebantur *Ma.c.m2, Cp.c.m2* expetebatur *CV* 18 accerseret *CV* 19 tritticum *Ma.r.* 21 inprouisos *Vp.c.m2* 22 sollicitudines *C* 28 at] ad *Ma.c.m2* 29 (a)escae *CV* 31 cibus *s.l. B, Cm2 om. V*

esca fuit. nec marcentia sumere ullus horror aut uerecundia adimere suis uitae ultimae stillicidia. et haec tam infelicis species calamitatis metus erat ne deprehenderetur. clausis itaque foribus exercebatur, ne quis superueniret, qui de ore alieno cibum quaereret et canum more uomitus alienos lingua sua lamberet. ne hoc quidem impune, nam ubicumque fores obseratae, suspecta fraus alimenti absconditi. prosiliebant ministri seditionum, clausa expugnabant, intolerabilia et nouae crudelitatis exigebant supplicia. nec ab ipsis quidem pudendis corporis abstinebatur. per ipsa quoque poena transibat, quod in his grauior sensus poenarum sit. multi cum iam percussores inrumpentes uiderent, paratos rapiebant cibos ne uel ipsi defraudarentur supremo uiatico uel certe futuram mortem ulciscerentur. et quo grauior uidebatur crudelitas, non esuriebant ipsi qui rapiebant cibos esurientibus. rapinis enim sibi aliorum opes aceruauerant et alienis conditis pascebantur, cum ipsi qui congesserant esurie ieiunioque tabescerent. si qua materno affectu percita, miserans uagitus infantiae sucum ciborum ore proprio uellet infundere, pii operis poenas luebat suspensoque a ceruice uel haerenti ad mammillas pignore simul transfigebatur. plerique etiam beneficium putantes mori egrediebantur urbem, ut herbas uellerent uel radices depascerentur aut cortices arborum detraherent, si quid in his uiriditas ad cibi solamina subministraret; quos inuenientes Romani necabant. aut qui hostem euaserat in ipso portae ruebat limine fame tabidus ore inualidus, quem iam et ipsa mandendi officia destituissent. regressos quoque excipiebant

5 cf. Iudd. 7, 5 22 sqq. cf. Quint. Decl. mai. XII 7 (p. 223 sq. Lehn.) 26 cf. Verg. Aen. IX 386

3 erat metus *CV* 6 impune *om. B* 7 obseruatae *Ma.c.m2 et p.c.m3* suspectae fraudes *B* 9 nouae (u *in ras. m3*) *M* notae *B a.c.* ipsis] his *B* 10 puniendis *Ca.c.* abstinebantur *Ma.r., CV* 14 quod *CV* grauius *Va.c.m2* 15 uideatur *BZ* uideatur esse *CV* 16 coaceruauerant *BZ* aceruarant (*add.* be *s. l. m2*) *C* 18 esurirent *B* esurient *Z* 19 uagitus (u *alt. in ras. m3*) *M* 20 a *om. M* ad *BZ* 21 ceruicem *BZ* herente *Z* mamillas *BZ post* mamillas *uerba* poenas—ceruicem *iterata del. B* simul] *add.* ad *eras. M* 26 ruebat *om. CV* 27 tabidus] *add.* et *BZCV* ore] aure *M* manendi (*ras. s.* n *pr.*) *B* 28 regressus *CV* excipiebat *BZ*

feralior manus, quae de gremiis miserorum summo quaesita periculo per acerbissimum extorqueret nefas nec partem reseruaret pro mercede saltem periculi. moriebantur itaque maiore suorum quam hostium inpressione. ea enim quae etiam hostis indulserat ciuis eripiebat, nec rapuisse tamen huiusmodi cibum proderat, quippe non multo post uirenti corpore, turgescentibus mediis, intimorum dolore uiscerum quatiebantur, aut aluo soluti deficiebant exhaustis uiribus, ut uoti paeniteret quod ad tempus solacio erat, post supplicio. dein lacertis uiridibus ceterisque serpentini generis coctis exuuiis pestem addebant. nam equorum cadauera si forte repperissent inter se trahentes proelio graui decernebant. nec ab hoste quidem quae coaceruarentur exitia feriabantur. nam cum se de urbe plurimi cum filiis ac mulieribus egredientes in eam partem, quae praeruptorum profundo praecipitiorum sinuauerat, contulissent, Romani, uel ut captiua abducerent mancipia minoris praesertim aetatis, uel ut ualidiorem ferirent, ne quis forte bellantibus obrepere auderet, speculabantur, ut si quis cibi quaerendi gratia, dum rimatur radices agrestium, ad ulteriora spatia
3 prodiret, interciperetur. nec tamen circumfuso licet hoste cohibere se poterant, quibus fames audaciam dabat, cum paruos liberos macie consumi et aperta fame ora frustra extendi ferre non posset affectus parentum, quos socios sibi adsciuerant ad periculum, ne pro se quasi fugae suae obsides a seditionis auctoribus occiderentur. cogebat fames egredi

§ 3 cf. BI. V 446—459

2 aceruissimum *M* 3 mercedem *Ma.r.* saltum *MBa.c.m2* moriebatur *MCV* 4 enim] *add.* uero *s. l. m2B* 6 quippe qui *A*, *qui ab his uerbis rursus incipit* uigenti *Ma.c.m2* 7 in dolore** uiscerum *Ma.c.m2, quae uoluit* intimorum dolore et tumore uiscerum 8 uisceribus *Z* 9 supplicium *Bp.c.*, *Cp.c.m2*, *AV* 11 exubiis *Ma.c.m3* equorum] *add.* et canum *αV* 12 reperissent *ZCV* graui *om. A* decernebantur *Ma.r.* decertabatur *B* decernebatur *Z* decertabant *αV* 13 ne *BA* coacerbarentur *BCV* coaceruabatur *A* 14 feriebantur *Ma.c.m2*, *BαV* 16 sinuauerant *MCV* sinuauerunt *A* 17 uti (*sic*) captiua *M* abducebant *Ba.c.* 19 obreperet *M* audere *M* 20 agrestium radices *BZ* 22 poterat *Ca.c.* dabant *Ma.c.m3*, *Ca.c.* 24 affectos *Ma.c.m3* 25 obsides fugae suae *αV* a] ad *Ca.c.* 26 seditionum *Bp.c.* coegerat *M*

quibus beneficium erat ferro perire ieiunii conparatione: contra Romani, quia contemtores eos mortis arbitrabantur, augebant genera suppliciorum uerberantes prius, adfigentes quoque patibulo crucis quemcumque offenderant, quo uel ceterorum temeritas cruciatuum specie a lacessendi insolentia reuocaretur. miseranda itaque passio Tito uidebatur tantarumque acerbitas calamitatum. capiebantur innumeri, quingenti ferme ad diem cruciabantur camposque ante urbem miserabilis pompae ordine praetexebant ut de muris aspicerentur. miserebantur Romani, non mouebantur Iudaei, conpatiebantur hostes, socii non flectebantur, facilius apud aduersarios pietas quam apud socios reperiebatur. tamen accendebantur plerique indignatione, quod in tantis malis deteriores fiebant. diuersis modis adfixos cerneres uariasque poenarum species, formas suppliciorum tam innumerabili multitudine, ut iam locus patibulis deesset, patibula corporibus. furebat intus Simon, fremebat Iohannes, insidiabantur singulis per ministros suos. si quis fugere temtaret, tractus per humum discerpebatur. eorum quoque qui abierant proximi cruciabantur aut cruci adfixa plerorumque cadauera suis qui lapsi fuerant ostentabantur. e diuerso etiam ipsi murum quadam patibulorum segete praetexuerant quasi de aduersariis triumphantes, si quos de suis ad Romanos uelle confugere deprehendissent, ut ceteros transfugiendi metus incesseret. nullus locus immunis acerbitatis, foris captiuitas, intus fames, formido utrobique. minus tamen timebantur arma quam tormenta leuiusque erat confici tumultu potius hostico quam parri-

2 mortis *om. add. m3 M* 3 adfligentes *M,Ba.r.* 4 patibolo *C, Va.c.m2* 5 cruciatu *Ba.c.m2* -tum *αV* specie *s.l.m2 B* a *om. ZαV* 7 -que *om. Z* 8 die *Ma.c.m2* cruciabantur] cruci adfigebantur *Mp.c.m3, αV l* cruci affigebantur *s.l. Z* 9 praetendebant *Ca.c.m2* 10 miserabantur *M* 11 conpatiebatur *BZα,Vp.c.* hostis *Bp.c.,ZαV* non] in *Ca.c.* flectebantur] *add.* ut *αV* 12 repperiebatur *MBZ* rep(pp *A*)eriretur *αV* 13 accedebant *Ba.c.* quod] et *Ba.c.* 15 species] *add.* et *m2M* 16 patibolis *C* deesse *Ma.c.m2* 18 singuli *B* 19 temptabat *Z* 20 cruciabantur] trucidabantur *BZ* cruci adfixa (ci a *in ras.*) *B* 21 plerumque *Ba.c.,αV* ostendebantur *Ba.c.* 23 triumphantes] *add.* et *B* 24 fugere *Ba.c.* 27 utrouique *Ma.c.m2* 28 hostilico *A*

cidio. nec intermittebat tamen Caesar inuitare factionum principes ad spem deditionis. namque extructis aggeribus denuntiabat non longe afuturum operis effectum, imminere urbi excidia, consulerent sibi ut et salutem lucrarentur et templum incendiis eriperetur. id quo facilius crederent, amputatis plerique Iudaeorum manibus dirigebantur, ne uoluntario transfugio transisse ad Romanos aestimarentur et quasi perfidis non deferrent fidem uel eos ipsi necarent. at uero illi pro admonitione adsidua grauia retorquebant conuicia. funestiorem sibi humanitatem Caesaris quam crudelitatem uideri, quod altera libertatem eriperet, altera uitam auferret. malle se liberos mori quam seruos uiuere. deuouisse animam suam templo. immortalitatem futuram, si, cum templo exusti, aris ac foris patriis inmorerentur. nihil egisse Titum, eripuisse parua, dedisse plura. pro templo sibi paradisum succedere illoque se qui pro templo dei pugnauerint transferendos, tantum ne oculis suis triumphos Romanos uiderent et captiua iugo colla subicerent. consecrari paruulos suos, non interfici quorum parentes caelestium propugnatores fuerint sacramentorum. quo commotior Titus ut eos saltim eriperet qui inuiti adtinebantur, admoueri iussit machinas.

XIX. Erat in exercitu Antiochi Commageni filius, qui uenerat ad belli societatem, impiger sane iuuenis et manu promtus sed consilio parum prouidus; qui moderationem Romani exercitus lentiorem ratus nec considerans muneris difficultatem insinuauit Caesari, mirari se, quod cunctarentur Romani murum succedere. risit Titus et ait: 'commune est opus.' eo sermone iuuensis sese proripuit cum his quos armatos Machedonicum in morem promtiores ad bellandum

XIX cf. BI. V 460—465 (Curtius Rufus IX 4—5)

1 tamen intermittebat *B* 2 extructus *Ba.c.* 3 futurum *MαV* 5 quo] quoque ut *A* 6 plerisque *Ca.c.,AV* 9 adsidua] sedula *M p.c.m3,BZαV* 11 crudelitate *Ma.c.m3* 14 exustis *ZαV* aris *om. A* morerentur *MαV* 15 plurima *A* 16 se] si *Mm3* pugnauerunt *Z* 20 commotior] *add.* caesar *B* 21 saltem *Ba.c.* 23 conmageni *MB* anthiochicum macheni *A* 25 moderatione *Ma.c.m3* 28 succidere *MαV,Bp.c.* risit—est *in ras. m2 C* 30 macedonicum *MB*

habebat. namque hic et aliis subnixus aduenerat, cohors tamen, quae appellabatur Machedonum, et uiribus corporis et proceritate ipsa praestare ceteris aestimabatur. quibus adpropinquantibus bellum adoleuit. contra de muro promtius decernentibus, quos extrema urguebant pericula et successus praesentis certaminis animabat, cum inferiores a superioribus frequentius transfigerentur, ad superiores non omnia peruenirent spicula, filius tamen regis, iuuenta alacris, armis munitior, comitatu succinctior, alios eludebat ictus, alios repellebat, quos etiam ut caueret suggerentibus sociis instruebatur, et ideo integer a uulneribus perseuerauit. sed de Machedonum cohorte plerique, quoniam pudori putabant etiam naturae aut munimentis cedere, pertinacius proeliantes uulnerabantur. itaque conatu inrito cessere superioribus, docti etiam uiris Machedonibus, si uellent uincere, et alacritatem Alexandri ad proeliandum esse necessariam et uincendi euentum. namque ille cum obsideret urbem morantibus ceteris et circa sollemnes machinas inmorante exercitu, adpositis inpiger scalis murum ascendit fugatisque praesentibus, qui de muro repugnabant, solus se in urbem deiecit. nec erat temporis ut ipse sine comite portas aperiret, cum urguerent pericula, sed inmodicus animus ac uictoriae auidus in hostem prosiluit. cessere agmina, sed quantos poterat solus prosternere? deinde per diuersas urbis plateas circumfundebantur hostes. si in unam partem Alexander incumberet, aliis post se circumuallandi copiam dare. torquebat itaque uictor gressum suum, ne a populo circumdaretur. at illi conferti inter se urguere coeperant, inhorrescere super eum telorum uis plurima. resultabat galea tinnitu, clypeus fragore saxorum.

27 cf. Verg. Aen. VI 547 30 cf. Verg. Aen. IX 809

1 hic et] et haec (*sed* haec *exp.*) *M*, *CV* et hac *A* et *BZ*; *correxi* talis subnixius αV 2 macedonum *Mp.c.*, *BZ* 5 decertantibus αV 7 superiores *Ma.c.m2* superiore *Ma.c.m2* superiorem αV 8 alacrior *Ba.c.* 10 repellebat alios *BZ*αV ut *om. B*αV 12 machedonum *sic Ma.c.m2*,αV 14 uulnerantur *M* 15 doctis *B* machedonibus *sic Ma.c.m2*,αV 19 macchinas *hic MC* 21 reiecit *Ca.c.m2* 23 animus *om. B* prosiliuit *Ba.c.m2*,αV 27 daret *libri* dare *ego* retorquebat *BZ* 29 coeperunt *BZA* uis *om. B* 30 plurima] *add.* seges *del. m2B* tinnitu] et in ictu αV

ac ni metuentes duci inrupissent Machedones, uictor innumerabilium gentium intra urbem exiguam fuerat oppressus. fuit igitur alacritatis quod murum insiluit, hostem deiecit, in urbem solus triumphali saltu sese proripuit, impetu suo fugauit populos; fuit tamen etiam euentus, qui maxime duci necessarius est, quod tantis ingruentibus populis, tot sagittarum iaculis, tot ruentibus spiculis, nullus fuit letali uulneri locus. periculum itaque uirtus adtulerat, mortem quoque alacritas inuexerat, si euentus bellantem deseruisset. ingressi sunt Machedones prorupta porta. sic temeritas uictoriam inuenit et euentus periculum in gloriam uertit. noster quoque Dauid cum pugnaret aduersum gigantas, intentus in hostem a tergo percussorem habebat, sed librantem ictus suos comes regis Abessa praeuenit. uerum Alexandrum euentus seruauit, prophetam gratia.

XX. Cedente itaque Antiochi regis Commageni filio ut cognosceret quod non formidinis sed cautionis esset Romani exercitus perpensa moderatio, ut aggeribus et uineis arietibus quoque et ceteris machinamentis murum adorerentur, extruebantur aggeres per numeros opere diuiso. praecipui quattuor insurrexerant, e quibus unus e regione munitionis, cui nomen Antoniae, per mediam ductus erat piscinam quam Strutiam uocabant. hunc aggerem quintus numerus triginta cubitorum in altitudinem fecerat iuxta Iohannis sepulchrum. quibus e diuerso Iohannes princeps seditionum cuniculum suffodit et Romanorum opera suspendit. ignoran-

XX § 1 cf. BI. V 466—472

12 sqq. cf. II Reg. 21, 16—22

1 ni] *add.* agmina *B* nisi *Mp.c.m3* ne *α* machedones *sic Ma.c.m2*, *αV* 3 insiliuit *αV* 4 solus *om. B* prorupit *Ba.c.m2* 5 fuit] id *αV* 7 laetali *Ma.c.*,*ZCV* 10 machedones *sic Ma.c.m2*,*αV* praerupta *B* pro—euentus *om. A* 11 periculum] proelium *A* gloriam] gratiam *Ba.c.m2* 12 gigantem *B* gigantes *ZA* ingressus *B* 13 libertatem *M* liberantem *BZ*,*Ca.c.* 14 ictus] *s.* ł dilectos *Z* abesse *Z* 16 antioci *A* conmageni *M* ut] et *MZ*, (*exp. postea*) *B* 17 cognoscente (nte *in ras. m3*) *M*, *Ba.c.m2*, *Z* cognouit *Bp.c.m2* 18 perpessa *B* 19 macchinamentis *C* adorirentur *Mp.c.m3*,*BZ* 20 praecipue *B*. *Va.c.m2* 21 *pr.* e] ex *BZαV* 22 antonia *Z* 24 fecerit *αV* 25 e] a *Z* 26 opera *om. αV*

tibus his quid latenti cuniculo Iudaei machinati forent quia fulturis tabularum materieque subiecta superiora cuniculorum suspenderant, fraus omnis latebat. itaque ubi opportunitas uisa, ignem adposuere, qui adultus sulpure et pice, quibus inlita erat materies quae fulcrum cuniculo dabat, ligna omnia facile consumsit. incendium subiectorum ruina secuta est. itaque Romanorum opera subito lapsa sonitum ingentem dedere. puluere itaque et fumo repleta omnia plurimum tenebrarum obduxerant maioremque terrorem iniecerat latens causa. deinde ubi consumtis alimentis ceteris, quibus primo opertus, liber postea ignis erupit, dolum prodidit et Romanis ad praesens quidem formido periculi minuta, sed euacuati laboris graue successit taedium — simul quod insultabant Iudaei, non mediocris angebat pudor — et in reliquum parandae expugnationis spes refrixit. in parte alia biduo post, cum iam murus ariete quateretur, 2 Tepthaeus de Galilaea et Magassarus, Adiabenus et Agiras direptis facibus in machinamenta muralia prosilierunt. nihil his uiris audacius, nihil terribilius eo bello ex urbe in hostem processit. in medium namque hostium proruentes non trepidauerunt, non retractarunt, sed tamquam familiarium suorum consortiis inmorati non ante remeandum putarunt, cum undique in eos pila sagittae spicula iacerentur, quam

§ 2 cf. BI. V 473—484

8 cf. Verg. Aen. V 435. X 488 18 cf. Verg. Aen. IX 74 sq.

1 macchinati *CV* 2 fulturis] *s.* ł fulctris *Z* futuris *Ca.c.m2,V* materiaeque *Ma.c.m3,Za.c.,αV* subiectis *Bp.c.* 3 suspenderat *Ba.c.,Z* 4 uisa, *add.* est *B* sulphure *in ras. m3 M,Cp.c.,ZV* sulf. *BA* 5 fulturam (tu *in ras. m3*) *M* fulchram *αV* 6 consumit *αV* incendium *exp.*, et *s. B* 7 sonitu—omnia *mg. suppl. Z* 11 ceterisque, *om.* quibus *B* primum *B* eripuit *Ma.c.m2* 13 inminuta *B* euacuatis laboribus *Z* 14 angebat (*s.* ł angebat) *Z* agebat *αV* 15 $\overline{\text{sps}}$ = spiritus *αV* 16 biduo *s. l. B* post cum] postquam *A* iam *s. l. C* quateretur] pateret** *B* 17 teptaeus *M* ieptheus *B* teptheus *Z* tepteus *αV* magasarus *B* adiabe*nus *M* ac habens *B* adiras *M* agras (as *in ras. m2*) *B* aodyras *CV* addiras *A* 18 macchin. *CV* prosiluerunt *ZA* 19 deterribilius *A* 21 retractauerunt *Mp.c.m2,αV* tractarunt *Z* familiarum *Ma.c.m2* 22 consortes *Ma.c.m3* inmorarentur *B* sint morati *A* 23 spicula, *add.* que *s. l. B* iacerent *B*

subiectis ignibus adolerent obsidialium instrumenta machinarum. concursus ingens Romani exercitus, ut incendium restingueretur, Iudaeorum quoque clamor et studium, quae subtexerent impedimenta Romanis, ne subueniretur. illi arietes properabant flammis subducere, isti adhuc spargebant incendia. unde comprehensis omnibus quae uri poterant Romanos flammae circumuallauerant, nisi mature consuluissent. instabant enim acriter Iudaei atque hoc ipso, quod in ea parte conatus inritos non habuerant, successus audaciam alebat. denique non contenti iam munimentis muralibus ultra progrediebantur atque ipsas Romanorum incessebant custodias et castellum, in quo praetendebant Romani, ultro euersum perrexerant. nisi Romani nominis gloria et militae uetus disciplina, quae munia huiusmodi deserere grauioris poenae arceret formidine, furentibus repugnauissent, expugnatores ipsi urbium propriis cesserant munitionibus. uersa itaque species belli et usus obsidionis. catapeltis et uelocioris generis iaculis sese defensabant Romani, ut Iudaeos repellerent quo ipsis ante genere resistebatur.

3 inter quae Titus aduenit clamore excitus et arcessitus ad remedium. Romanis continuo uires additae praesente Caesare et pudor aluit audaciam, clamante Tito graue Romani nominis opprobrium, si uersa uice suos amitterent, quibus iam hostium muri qui diruerentur defecerant. diffidentes Iudaeos munitionibus sola niti temeritate; starent tantummodo Romani, uictoriam non defuturam. itaque hortando pariter ac proeliando Titus statuit suos, auertit

§ 3 cf. BI. V 486—490. 484
2 cf. Verg. Aen. V 611

1 subsidialium *B* machinarum] *add.* fit *s. l. B* macch. *CV* 3 quae] quo *B*, *s.* ł quo *Z* quae ut *CV* ut *A* 4 subuenirent *BZαV* 7 circumuallauerunt *B* 12 incessabant *Ba.c.m2,Zp.c.* romani *om. M* 13 perrexerant] *add.* et *BZαV* ni *Z* romanis *αV* nominis *om. αV* 15 arceret] augeret *Mp.c.m2* ageret (*mg.* ł duceret *m2*) *B* formidinem *MαV* repugnauisset *BZ* 16 cessarant *Va.c.* 17 catapultis *Mp.c.m2* cataueltis (*s.* ł catapultis) *Z* catapelthis *CV* 18 se *αV* 19 quo] *add. s. l.* ab *B* ipsi *Ma.c.m2,αV* sistebantur *αV* 20 exercitus *A* accersitus *CV* 24 defecerunt *Ba.c.* differentes *Ma.c.m2* difficiles *B* 25 munitionum *αV* solum *M* statuis *Ma.c.m2* a*uertit (*s* ł statuit) *B*

Iudaeos, qui non solum animis ad mortem parati sed ipso nisu corporis inruebant ut Romanos gradu mouerent. nec mediocre fuit periculum Caesaris inter confusa omnia, cum ab hoste socius non discerneretur. inter quae Titus in medio uersabatur audax iuuenta et gloriae cupiditate ad proeliandum acrior quo celerius uictoria consummaretur, in secundis triumphi ponens curam salutis.

XXI. Depulsis tamen hostibus anceps consilium: alii reformandos aggeres, reparanda machinamenta muralia opinabantur, alii absistendum obsidionis periculis — aggeribus deesse reparandis materiem, commune cum uictis periculum — muro claudendam urbem consultius arbitrabantur, ut conficeret fames defectos subsidiis alimentorum. praeponderauit huiusmodi sententia, ut clauderentur ne liberos excursus haberent, quo amplius et desperatione fugiendi et indigentia cibi conficerentur. diuisis itaque per numeros portionibus propere murus surrexit, quo per circuitum omnem inclusa est ciuitas. distribuit officia suis Caesar ut noctibus quoque custodiendi uices non omitterent. prima uigilia ipse obeundi singulos custodiarum ordines munia curabat, secundam uigiliam Alexandro deputauit, dein per ordinem tribunis, prout cuiusque erat sollertia comperta, uices mandatae. castellis murus per interualla intextus, in his manus militum praetendebat, uigiles ex aequo sibi somnos et tempora uigiliarum sortiebantur. circuibant momentis omnibus murum per spatia quisque praescripta suo muneri de castello in castellum. per ordinum et nume-

XXI § 1 cf. BI. V 491—493. 496. 499 § 2 cf. BI. V 502. 510—511
5 cf. Verg. Georg. IV 565

1 sed, *add.* etiam *B* ipso *s. l. m2B* 5 cupiditate] *add.* eo *B* 6 in *s. l. B* 7 secundis *suppl. m2M* triumphis *B* 10 adsistendum *M* obsistentes *B* obsistendum *Z* abstinendum *αV* absistendum *Ascensius 1510* aggeribus (*s.* suggerebant *m2*) *B* suggerebant *MZαV* 11 materiam *Z* communem *MαV* cum *om. MαV* 13 famis *Ma.c.m2* defectis *B* defunctos *Ca.c.m2,A* 17 circuitu *CV* 18 omne *CV* 19 omitteret *A* 20 obeundis singulis *CV* obeundos singulos *A* 22 cuiusce *Bp.c.,αV* 23 castellis] *add.* erat *BZαV* 25 circumibant *BZ* 27 ordinem *codd.*; *corr. ego* numerum (ume *in ras. m2*; munerum *mg.*) *B* numerorum *ZA*

3 rum uices nox frequentabatur. praecisa undique spes Iudaeorum clausisque se infuderat fames atque in ipsas populi medullas descenderat. personabant omnia gemitibus deplorantum miserabilis mortis supplicia. repleta erant uniuersa seminecum et, si paululum expectares, cadauerum. intra momentum deficiebant quos uiuentes reppereras. ipsi quoque qui adhuc spirabant macie confecti imaginem mortis gerebant exhausti fame et tabe luridi, ne oculos quidem faciles adtollere, quia nullum uigorem naturalis motus consumta ieiunio substantia dabat. figura sola hominis remanserat, usus interciderat. simulacra cerneres, officia desiderares. arida cutis siccis haerebat ossibus. si leuis motus uiuentem proderet, faetor redarguebat, exiles artus et color ita niger ut umbram putares. nec humandi miseris officia subpeditabant exhaustis primo omnibus et continuo morituris. et si cui uires aliquas recentior cibus dabat, congestio cadauerum spem ademerat, inpossibilitatem incusserat. plerique etiam condiendis suorum funeribus immoriebantur et inexpleta supremi muneris officia suo quoque obitu derelinquebant. ruebant super defunctos quos susceperant muniendos, ut ipse quoque oneri accederet cui leuando aduenerat, indigens eius ministerii quod alii deferebat. nec erat ullus dolori locus in communi omnium calamitate, nisi quod auctores tantae miseriae superuiuebant, nec tempus querellae liberis quidem iam uocibus, si loqui possent — quid enim sibi iam morientes timerent? — sed tamen mutis iam sensibus aspicientes templum quasi inde ultio tam diri

§ 3 cf. BI. V 512–518

7 cf. Verg. Aen. III 590 12 cf. Verg. Ecl. III 102

1 uicissim *Mp.c.m3* praecisae *BZCV* 2 se] in se *αV* 4 repletę *Z* uniersę *Z* 5 senecum *Ma.c.m2* seminecum, *sed exp. s.* cadaueribus *B* semitae *Z*, *qui add.* cadauerum paulum *M* cadauerum *om. Z* 6 momenta *αV* repereras *CV* reppererant *A* 7 imagine *Ma.c.m2* 8 ne] nemo *αV* 9 consumta] *add.* e *M* 12 arida] et rigida *A* 14 umbra *Ma.c.m2* miros (*add.* se *s. l.*) *C* miseros *AV* 18 condendis *Mp.c.m2,B* condensis *Z* inmorabantur *αV* 19 muneris] funeris *A* 21 humandos (*s. l* muniendos) *B* accederent *Ma.c.m2* 22 deferebant *Ba.c.* 24 superuiuerent *BA*, (*ex* superuenirent) *CVm2* 26 iam sibi *ZCV* mutis] munitis *αV*

exitus deposceretur. aruerant supremorum munerum lacrimae, quia omnem affectum uis mali clauserat. obriguerat animus, omnis sensus haerebat plus quam lacrimanda tolerantibus. deerat iam terra tumulis, defossis omnibus intra urbem locis, quae potuerunt dare usum sepulchri. temtabant aliqui inter duos muros, nouum hostium ueteremque urbis, procedere nocturno silentio, periculosa licet pia tamen furta persuaserant. itaque pro uno plures insepulti iacebant, eo, quod uni deferre gestierant pro bono munere, defraudabantur. sed etiam ubi hostis deerat, fames operabatur. sepultor plerumque praeueniebat sepeliendum et tumulo eo, quem alii parauerat, includebatur subitoque exanimis et lapsus, cum defodit, uelut quodam studio, operis sui ius uindicabat. et ubi terra deerat, tabulata innectebantur, ut defunctorum cadauera loculis includerentur. plerique eos sibi ipsi parabant manibus suis, ne deficeret huiusmodi ministerium atque in his sese sponte condebant, suspecti ne mors praeueniret et sepultor deesset. silebant omnia metu, inedia uocem ademerat, ciuitas plena mortis et nullus heiulatus in exsequiis totius urbis. et tamen sensus quidem doloris interierat, iniuria non desistebat. non deerant etiam in tantis malis deteriores omnibus uiolatores etiam sepultorum. quid dicam non horruisse cum inluderent mortuis et gladiorum suorum aciem in defunctorum cadaueribus pertemtarent, nonnulli etiam uiuentium adhuc urguendis corporibus experirentur, si tela sibi praeacuta forent? et hic tamen usus plerisque rogantibus denegabatur, ut miseros ad grauiora supplicia fames depasceretur. nequaquam tamen ultio morituris deerat, nam quod uiui non potuerant, uindicabant se mortui, ultorem sui faetorem creantes quo

28 cf. Lucan. VII 823—824

4 intra] iam αV 5 potuerant $B\alpha V$ 6 hostium nouum Z 7 periculo αV tamen pia M 8 iacebant] *add.* et $Mp.c.m3,BZ$ 9 bonorum BZ 12 subito, *om.* que αV et] est B 16 pararent αV 17 se $BZ\alpha V$ 21 iniuria] *add.* uero B destiterat (*s. l* sistebat) B etiam *s. l.* B iam $Ca.c.$ 22 sepulchrorum αV 24 sq. praetentarent BV 25 urguendis] figendi *ex* fugie B uiuis Z

se de latronibus ulciscerentur. cui grauiter saeuienti quaerentes remedium speciem quandam pietatis induerant etiam ipsi qui latrocinabantur, ut eos de publico aerario sepeliri iuberent. sed ubi occurrere nequitum, tunc de muro defunctorum reliquias in profunda praecipitia deiciebant.
4 itaque aspiciens Titus praeruptos specus plenos cadauerum, saniem dilaceratis uisceribus innatantem, alte ingemuit et manus ad caelum eleuans testabatur hautquaquam illud sibi adscribendum, qui uoluisset ueniam dare si deditio procederet. expectasse se ut pacem rogarent, paratum se fuisse ut incolumes reseruaret si bellum deposuissent. iubet itaque rursus aggeres iaci licet iam non propinquantibus siluis, quia succisa erant omnia suburbana nemora siluarum. uehebant materiem milites spe uictoriae solantes laborem. nec tamen frangebantur animis principes seditionum. furebat Simon nec tantorum mortibus exsaturatus cedebat et quia inimici deesse coeperant, in socios conuertebatur.

XXII. Denique ne Matthian quidem, quo auctore in urbem receptus est, inexcruciatum necauit, nullius apud se conuictum flagitii sed insimulatum proditionis et suspectum consilii, quod in usum plebis sedulo et sine ulla fraude tamquam familiari crediderat insinuandum. id alte inpressum aliquamdiu tenuit, nec iam se ut amico credidit, sed alio indignationis indicio simulato. ergo insimulatum

XXI § 4 cf. BI. V 519. 522—523. 525 XXII § 1 cf. BI. V 527—531. VI 104

2 cf. II Tim. 3, 5 7 cf. Verg. Aen. I 93 14 cf. Verg. Georg. I 293

1 cui] qui *BZ* saeuientes (-is *Ba.c.*) quaerentesque *BZ* quaerentis *Ma.c.m3,αV* 2 indurauerant *B* 3 sepelliri *MC* 4 nequeunt *Bp.c.,ZαV* 6 praeruptis *Ma.c.m3* praeruptas *Ba.c.* praeruptus *Ca.c.* plenas *Ba.c.* plenus *Ca.c.,A* 8 manum *αV* sibi illud *A* 10 *sec.* se *om. Z* fuisse *om. B* esse *Z* 11 seruaret *ZCV* 12 iaci licet] iaculis *Ma.c.m2, quae tantum* iaci *seruauit* 15 animi *Mp.c.m2* principis *Mp.c.m2* furebat] fuerat *Ma.c.m3* 17 conuertebantur *BZ* 18 ne *s. l. Cm2* nec (*s. l. add. et eras.*) *B* mathiam *B* mathian *ZA* quidem *s. l. B* 19 excruciatum *BA* 22 at ille inpressius aliquando (*mg.* ał id alte inpressum aliquandiu) *B* 23 intenuit *Ma.c.m2* 24 alia *ex* aliud *Mm2* dauid(!) *A* aluit *BZV* aliut *C* indignationes *Ba.c.* indignationem *ZαV,Bp.c.* indicium *Ba.c.* dissimulato *Bp.c.,ZαV* ł alio indignacionis indicio simulato *mg. B*

apud se quod cum Romanis studio congrueret et conueniret, rapi cum filiis iubet. arcessitur nec defensionis ulla copia datur, ante examen adiudicatur supplicio nec suboles eius excipitur sed poenae adiungitur. orabat non uitae usuram sed mortis celeritatem, naturae ordinem, ut prior occideretur, nec filiorum neces expectaret, nec superstes esset funeribus liberum suorum ipse continuo funus futurus. non impetrauit quod ipsa pietas exigebat, etiamsi non rogaret. et hoc rogabat reddi sibi pro munere quod ei urbem aperuisset. reus quidem patriae sed conciliator Simonis, debuerit ille hanc poenam ciuibus, debebat tamen ei Simon gratiam: quo crudelior, qui nec amico pepercit, nec patrono receptionis suae poenam relaxauit. ducitur ad supplicium pater cum tribus liberis, nam quartus fuga se exemerat. statuitur in conspectu Romani exercitus insultationis specie, ut supplicium eius uiderent ad quos egredi desiderasset. 'liberent te,' inquit 'si possunt amici tui.' deducuntur et filii. nec suprema liberis oscula dare nec ultimo conplexu filios suscipere permissus, non fraudatus tamen uocis patriae libertate, miserabili filios alloquio prosequebatur: 'ego, filii, uobis hostem induxi, ego carnifices adhibui, quando Simonem ingredi in urbem rogaui. ille dies nobis mortis huius, ille parricidalis causa spectaculi. merui, fateor, nec culpam excuso: dum unum reprimere gestio, deteriorem arcessiui. ad auxilium Simon petitus et ad parricidium patriae conuersus sedula consilia in crimen deduxit. rei sumus patriae qui defensorem quaesiuimus. et recte quidem soluimus poenam inprudentiae non tamen perfidiae. absoluit nos Simon ipse dum perimit, qui pronuntiat non sibi a me donatam sed patriae contuitu petitum, ut contra Iohannis

22 sq. cf. Verg. Aen. IV 169 sq.

2 rapi] *add.* eum *s.l.* *B* accersitur *B*α*V* 3 soboles α*V*,*Z.a.c.* 6 ne *BZA* spectaret *Mp.c.m3*,*BZ* superstis *Ma.c.m2* 7 liberum *Ma.c.m2* liberorum *cet.* non] *add.* enim α*V exp. CV* 8 etiamsi (*s.* ul tamquam *m2*) *B* 9 et *om.* *M* 11 debebat] debeat *Ma.c.m3* debuerat *BZ* 16 quo (*add.* s *s. l.*) se credi *B* 19 suscipere] suos excipere *B* permissus est *Ba.c.*,*Z* fraudatos α*V* 20 e*go *B* 21 adduxi *B* 22 uobis *A* 24 deprimere α*V* 25 arcessiui (accersiui α*V*) deteriorem *BZ*α*V* et *om.* *B* 26 concilia *M* 30 donatum *Mp.c.m3*,*Z* donatum a me *B*

saeuitiam auxilio futurus quam primum adesset et Idumaeos induceret. putabamus duobus inter se conserentibus liberam plebem futuram. quis mihi crederet non tibi id me studio detulisse sed de malis hoc tolerabilius aestimauisse, nisi tu occideres? sed quid ego sic loquor quasi crimen excusem? nihil sane mea sententia grauius facere potui, quam quod te in ceruicibus nostris locaui. sed in eo patriae reus, non tibi fuerim. debuerim ego ciuibus mortem sed tu mihi gratiam. debuerim patriae poenam proditionis quod te induxerim: tibi quando esse proditor coepi? si fugiendum putassem, consulueram mihi, non uiolaueram patriae necessitudinem. quis enim hostem non defugit et hostem internum? ac te ciuem putauimus sed hostem inuenimus. ad auxilium petitus quid rependisti, quid ante pollicitus et quo postea conuersus? ingressus eras ut hostem expelleres, non ut hostem exerceres, ut prohiberes neces, non ut ipse adiungeres, ut latrocinium repelleres, non ut ipse latrocinareris, ut subuenires innocenti populo. cur in ipsum tua arma uertisti? ante latrocinio adpetebamur, tu bellum intulisti. ante pauciores ad mortem rapiebantur, tu stragem populorum fecisti. quis proditor patriae, quis Romana arma plus iuuit, nisi qui extinxit patriae propugnatores, nisi qui eripuit tantorum ciuium defensionem, nisi qui ab hoste in socios detorsit mucronem? hostis extra muros pacem offerebat, tu intra muros proeliabaris, ille obsidionem uolebat soluere, tu expugnationem adproperabas. ille prohibebat incendia nostrae urbis, tu flammas in ipsa templi iaciebas fastigia. ille nostrorum contuitu sacramentorum indutias dabat, tu per ipsos sacrorum dies altaria dei supremo urbis excidio, sacerdotum quoque sanguine restinguebas. ille muros, tu templum obsederas. coaceruo crimina mea: ego patriae manus intuli, ego tuum furorem armaui, ego haec uniuersa deliramento quodam senectutis exitia inpressi. agnosco

27 cf. Verg. Aen. II 478, VIII 491 *sim.* 30 cf. Cic. De re publ. I 1

1 idumeos *BZA* 2 inter se duobus *Ca.c.,V* duobus *s. l. Z* 6 grauia *CV* 13 an *B* inueniemus *Z* 14 pollicitus *add.* es *B* 16 ut hostem exercere *in ras. B* prohiberes, *add.* ciuium *BZ* 24 petebat, *s. l* offerebat *B* 25 proeliabare *BZ* obsideras *αV* 31 quoacerb (v *s.* b)abo *B* coacerbabo *ZV* coaceruabo *α* 33 exitia] excidia *αV*

dementis aetatis inprudentiam. confessione leuemus pudorem, quoniam negando peccatum exuere non possumus. duo prae ceteris excidium patriae adcelerauimus, ego errore consilii, tu proposito parricidii. pendo igitur tibi, patria, debitas poenas et hoc ipso Simoni gratias ago, quod cineribus tuis superstes non ero. atque utinam nec liberis essem superstes, sed ad sceleris tui, Simon, acerbitatem filiorum neci spectator adsisto. merui, fateor, qui Iohannem pictum uidere non potui et te armatum elegi. o praecipitem senectutem! imaginem timuimus, tyrannum expetiuimus. ego fideiussor tuus, ego deprecator tuus legationem pertuli. ego te dominum rogaui, percussorem introduxi. spectemus ergo quae fecimus: Iohannis nos cera terruit, Simonis latrocinia delectauerunt. celeretur itaque pompa funeribus, ueniat carnifex, filios ante ora patris patremque obtruncet super filiorum cadauera. hauriam miserabilis senex ictum carnificis super colla pignorum saeuam librantis securim. quo spectaculo nihil funestius nisi ille qui iubet. crudelis, sceleste, facio quod praecipis, facio sed inuitus. habeo tamen consolationem tantae calamitatis. patior quidquid miserrimum est, dum tu iusseris. quidquid est immanissimum subeo libenter te arbitro. implesti mensuram scelerum saeuissimorum. liceat saltem adfari liberos, extremum pignoribus uale dicere. sit ullus ultimis locus osculis, quae nobis etiam cum feris communia sunt. non prohibeatur miserabilis amplexus naturae, quem etiam defunctis potest casus donare. quod igitur ad poenam praecepisti, proficiet ad pietatem mihi. cadam super funera mea

5 sq. cf. Verg. Aen. X 59 9 pictum; cf. IV 25, 2 15 cf. Verg. Aen. II 663 17 cf. Verg. Aen. VI 819 22 cf. Ex. 5, 14 24 Ouid. Met. VI 509 sq.

1 confessionem *M.a.r.* confessionis *B* 2 pudore *Mp.r.* 3 excidia *Cp.c.,AV* adceleramus *Ba.c.* 4 errorem *Ca.r.* 5 patriae *Ma.c.m2* patria tibi *BZαV* 7 aceruitatem *Ma.c.m2,αV* 8 nece (-i *m2*) *M* necis *B* neces *ZCV* adsistere *Z* quia *M* iohannen *CV* 9 uictum *A* 10 expectauimus *αV* 13 iohannes *B* cera] cithara *in ras. 5—6 litt. Mm3* (nos)cere *A* (nos)cerat (e *s.* a) *B* scelere *Bp.c.* 14 celebretur *B* funeris *Bα* funebris *ZV,Cp.c.* 16 senes *αV* 20 consolationis *M a.c.m2* 24 ullus *om. M* ultimus *MB* 25 oculis *αV* qui *A* 26 prohibeantur *αV* conplexus *B* 28 cadam] *add.* simul *B* munera *αV*

et insepulta adhuc uelut quodam corporis mei cespite tegam, ne discerpant uolucres aut ferae deuorent. lambam lingua patria sanguinem meorum pignorum et meo diluam, ne lambant bestiae. et fortasse addet hoc pietas et miseratio naturae ipsius, ut artissimo amplexu moriens liberos meos stringam, ne tu possis separare, cum uelis. certe si separaueris corpora, animas tamen non separabis. sed satis, iam satis lacrimarum uiaticum sumsimus. praeite, fili, et secuturo patri uiam parate. si potuero consequi, comitabor simul, et si illic impedimento erit senectus, quo uigentes iuuenes minus consequar, ad mansionem praecedite ut fessum patrem suscipiatis diuturno hospitio. uolui quidem praecedere ipse et rogaui, sed non impetraui. tamen quod innoxii estis, eo meliora uobis hospitia deferentur, quam si ipse accersitor Simonis praeuenirem. grauat me illa legatio licet a ciuibus mandata, petente populo suscepta. praecedite ergo, filii, mundiore supernum iter carpentes uestigio. et Macchabaei matrem praeuenerunt, sed illi ad praemium, nos ad supplicium. spectauit tamen pia mater morientes filios et supra suorum se uolutantes sanguinem, uidit complectentes se inuicem fratres naturae necessitudine, et suo laetabatur triumpho, quem de tyranno consequebatur. diuersa quidem patientum merita, sed eadem saeuitia utriusque praecipientis. inuenit hoc Persica Antiochus immanitate, apud ipsos enim nouorum sunt commenta suppliciorum, tu secutus es. ille tamen seruauit ultimam matrem ad persuasionem regiae uoluntatis, tu seruari iussisti patrem ad cruciatum paterni doloris. consolamini uos, filii carissimi: patimur nos quod passi sunt martyres, Simon statuit. quod persecutor barbarus inuenit, tyrannus praecepit. profici-

2 cf. III Reg. 21, 19 18 cf. II Mach. 7

3 et] *add.* ore *Mm3 recte fort.* non lambent *A* 6 separabis *BZαV* 7 corpus *B* 12 diuturno hospitio] sed diuturnum (*mg.* diuturno ospicio) *B* quidem] tamen *B* 13 quo *MBZ* 14 hospitia] officia *B* deferuntur *A* 15 arcessitor *B* peruenirem *ZαV* 16 cibibus *Ca.c.m2* 17 filioli *Z* mundiores *A* 19 nos *sic libri* expectauit *A* 23 patientium *ZCV* patientiae *A* 26 exsecutus *libri, correxi* 27 seruare *V* 28 consolemini *B* 29 martyres passi sunt *BZ* passi martyres sunt *αV* 30 tyrus *αV*

scamur igitur uolentes, et fugiamus conuentus latronum. sane cum in illam domum perpetuam decesserimus, si qui ad nos uenerint qui requirant, quid agat ille quondam populus dei, quid illis respondebimus, maxime si uobis utpote iunioribus integer aeui Ionathas, mihi Saul utpote peccatori occurrerit? quid, inquam, dicemus, nisi populum illum, Iuda nouellum dilectum, quem m a r e f u g i t, cui sol stetit, cessit Iordanes, populum illum, inquam, cui peruius fluctus fuit, aer fertilis, terra caelestis, quae non, ut nostra haec terra, speciem corruptionis induerit, sed resurrectionis gratiam adsumserit, seruire nunc Idumaeis et subiectum esse Simoni latronum principi, nec seruitutem ipsam habere securam nec periculum cum libertate? quid ad haec responsuros putamus, qui elegerunt bello perire quam libertati patriae superuiuere? quid etiam Mattathiam responsurum Macchabaeorum auctorem, qui maluit obseruando legem sabbato feriatus mori quam proeliatus uiuere, si audierit quomodo Simon non solum sabbato caedes ciuium innumeras agitauerit, sed et ipsos sacerdotes domini numeniis et omnibus sanctis festae celebritatis diebus iugulari coegerit? quantum ingemescet Iechonias, cum audierit Simonem, qui seditionibus primo urbem euerterit, caede ciuium uiolauerit templi uetustam religionem, conuentum totiens ut sui deditione urbem exueret incendio, malle perire omnia, excidi urbem, templum exuri, plebem totam interfici, ne occupatae inclinet dominationis fastigium! quantum, inquam, dolebit

5 Verg. Aen. IX 255 7 cf. Ps. 113, 3 16 *falso*; cf. I Mach. 2. 40—41

1 et] ut *BZαV* conuentus] *add.* tamen *B* 2 perpetuam domum *BZαV* quis *Bp.c.,A* 3 uos *MZαV* uenerit *αV* requirat *A* 5 peccatori occurrerit *ex* iuniori integer *M m2* 6 illum *om. B* 7 iudam *α* iuda nouellum *exp.* iudeorum *mg. B* 8 inquam illum *BZαV* 9 terrae *C* caelestis *in ras. B* 10 resurrexionis *C* 11 gratia *M a.c.m2, Ca.c.* 12 nec] sed *CV* et *A* 13 sed curam *M* 14 delegerunt *CV* 15 matthatiam *M* mathathiam *BA* matathian *Z* matthian *CV* 16 macchabeorum *hic M* maccabaeorum *hic Ca.c.* 19 et *om.B* neom(o *add. A*)eniis *B in ras., ZαV* 22 caedes *Ma.c.m2* aedes *αV* 24 exureret *Ma.r.,A* maluisse *B* mallet *CV* malleret *A* perire] prior (*add.* em *s. l. m2*) *M* omni *M* excidio *MZ* 25 templumque *Mp.c.m2*

Iechonias, licet tempore malorum urguentium minus felix imperio, melior tamen filio. pater enim sibi minus felix esse quam patriae, licet miserabiliter pie tamen, maluit. itaque se cum sua prosapia egressus urbe Babyloniis obsidentibus in seruitium dedit, ne euersam patriam et populum dei captiuum uideret. filius autem aerumna pari sed affectu inpari, dum sibi metuit, et se in exilium et urbem in excidium deduxit. hic itaque infelix patriae nec sibi felix qui et liberos suos et oculos amisit, ille autem prudentior qui captiuitatem ciuium sua redemerit captiuitate. denique exitus docuit. iste in regno senior, ille iunior in seruitio defecit, quamuis ei postea thronum regium Babylonius rex iuxta se constituerit et consilii detulerit praerogatiuam, miserae solacia calamitatis. denique tolerabilior iam mea sors est post liberum necem mori quam uiuere, ut scias quam crudelis sit qui filios ante ora iugulet patris. cuius etiam regalia munera deteriora sunt quam pietatis uulnera. aut enim tam impia inferre primo non debuit, aut tam honorata postea substituere. quasi quaeuis dignitas redimi possit filiorum amissione, aut compensari caedes subolis quouis usu honoris. nulla profecto, nulla dignitas tantum dolorem ableuat. nullus honos curat hoc uulnus nisi sola mors, quae sensum adimat, recordationem auferat. festina ergo, percussor. remorare tamen, dum liberos uideo, dum, priusquam moriantur, aspicio, ne quis aetatis forsitan inmaturitate turbatus mortem timeat, cum saeuiorem euadat tyrannum. beneficium est, filii, mori ne patriae uideamus captiuitatem. tolerabiliora corporis quam mentis

3 cf. IV Reg. 24, 12 6 cf. Hier. 45 (38), 17—18 8 cf. IV Reg. 25, 12 12 cf. IV Reg. 25, 27 sqq. 16 cf. Verg. Aen. II 663

1 uergentium *BZαV* minus *om. A* 2 filio] esset filio quam patriae *B pro* filio, *si historiam respexeris*, patruo (= *Sedechia*) *reponnes* 3 piae *CV* 4 prosapiae *Ma.c.m2* egressum *αV* urbem *BZαV* babiloniis *BZA* 5 et] ne *B* nec *Z* 6 pari aerumna *B* paris *Ma.c.m2* patris *Z* sed] se *Ma.c.m2* 7 dum sibi metuit *om. M prius* et *in ras.m 2 C* 8 nec *om. M* 15 liberorum *BZ* 20 c(a)edis *MαV,Za.r.* 22 dolorem] laborem *αV* adleuat (-at *in ras.*) *B* alleuat *αV* onus *Ma.c.m2* honor (*s. l.*) *B* 24 tamen *om. V* 27 filio (*add.* li *s. l. m2*) *C* filioli *AV*

uulnera. iam tolerabilius et uestras neces specto quas refugiebam, ne spectem neces in commune omnium, ne uideam patriae bustum et totam urbem sepulchrum suorum. beatior tamen qui mortuus fuerit, quam reseruatus. summe deus, ne inter noxiorum greges sternatur Simon cum liberis suis. spectet captiuus quae intulit. immo minime', inquit, 'nam quae potuit cogitare, potest ferre. nec tamen ea inprecor. consideret, quam graue nefas quod non potest uel uoto retorquere qui patitur, si acerba ultio, quam saeua commissi sceleris immanitas. sit quod optat, patriae captiuus superstes, quia peiora sunt uitae ludibria quam mortis supplicia. sed iam finis uerborum sit. festina, carnifex, dum cruentatum sanguine filiorum gladium geris, percutere patrem ut uulnus refrigeret. hoc solum morituro medicamentum est, hoc solo non sentitur ictus mucronis, dolor uulneris. percute sub conspectu Romani exercitus, sicut imperatum est, ut spectent uindicaturi. misereatur hostis, quia socius non miseretur, iudicent Romani, quia Simon occidit sine iudicio. testes sunt ipsi me non proditorem patriae sed defensorem fuisse, qui pugnantem uiderunt non deserentem. liberis ego meis, si potuissem, hostem auertissem, non hostem aduocassem: atque utinam nec Simonem accersissem!' nec finis ullus adhibitus tantae crudelitati: 2 iacebant adhuc cum patre insepulti liberi, adiungitur et sacrilegium spectaculo parricidali. caeditur Ananias sacerdos claro genere ortus, licet nemo clarior sit splendore generis quam munere religionis. illo enim affectatur nobilitas, hoc non desideratur. habeat sibi uetus prosapia diuersorum fasces honorum, habent et sacerdotia suos fasces, qui ele-

§ 2 cf. BI. V 531

29 sq. cf. Horat. Carm. III 2, 17 sq.

1 expecto *Ma.c.m2* quam *B* 4 qui, *add.* iam *B* 5 innoxiorum *Mp.c.m3,B* 6 minime *iterauit Z* 8 nefas, *add.* sit *BZαV* 9 acerua *Ma.c.m2,A* 10 sit *om. BZ* 13 cruentum *BZαV* sanguinem *C,Va.c.* geres *M* percute *Ba.c.m2,αV* 21 deferentem *codd.*, deserentem *Ascensius 1510* 22 nec *om. B* symonem, *add.* non *s. l. m2B* 23 arcessissem *BZ* adhibetur *CV* adhiberetur *A* 25 sacrilegio *Ma.c.m3,Z* spectaculum parricidale *Z* annanias *Ba.r.,CV* 29 honorum—fasces *om. A* habentes *M* et *om. CV*

uantur non umeris sed moribus, et attolluntur non uirgarum proceritate sed laborum perseuerantia, fidei altitudine, pietatis fastigio. percussus est etiam scriba Aristeus clarae et ipse originis et cum ipsis alii de plebe quindecim praeminentes ceteris, licet iniustam necem non nobilitas faciat
3 sed innocentia. praeoccupantur etiam undecim uiri, qui pariter conspirauerant commoti scelerum eius atrocitate et sibi quisque metuentes quae in alios exerceri uidebant, quod infidelis etiam amicis foret et spes ademtae, populante uniuersos fame, Romanis iam iamque inrupturis, turbato Simone ad opem defensionis, bacchante ad officinam crudelitatis, facilisque inlecebra proditionis, quod Iudas unus ex ipsis turrim tuendam susceperat. is igitur cum Romanos uocaret traditurum se pollicens turrim, fastidientibus aliis quod tam sero proditio procederet, aliis dubitantibus quia frequenter promissa deditione dolum parauerant, praeuenit Simon et de uniuersis conspirationis sociis poenam exegit. corpora quoque eorum de muro praecipitata.

XXIII. Clausus tenebatur Iosephi pater nec ulli ad eum accessus patebat. eo studiosius Iosephus ad deditionem inuitabat Iudaeos et inconsultius murum successerat, ut liberaret patriam cum patre. quo loci saxo percussus caput concidit, ac paene iactis desuper telis oppressus fuerat, nisi praecepto Caesaris missi forent, qui eum protectum clypeis eriperent neci. comperto mater filii sui uulnere et insultantium latronum consternata uocibus mortis eius formidinem simul et fidem induit. miserabiliter quoque deplorare occepit ad hos fructus fecunditatis se reseruatam, ut nec officio uiuentis filii potiretur nec sepeliret defunctum. uoti quidem sui fuisse, ut ipse potius matri sepulturam daret, inter eius manus supremum exhalaret spiritum, ille frigidos artus de-

XXII § 3 cf. BI. V 534—540 XXIII cf. BI. V 533. 541—545

1 cf. Verg. Aen. VII 173

1 umeris *sic MCV* 3 arteus (i *s. l. add.*) *B* aristheus *CV* 4 plebem *Ma.c.m3* 8 uidebantur *B* 12 facilique *BZαV* ad inlecebras (ad *s. l.*) *B* iudex *B* 13 turrem *Ba.c.*, *ZαV* 14 turrem *BZa.c.*, *αV* aliis] armis *Ma.c.m3* 17 exigit *B* 20 eo *om. M* 25 neci *om. B* 27 cepit *B* 29 potirentur *M* 30 daret, *add.* et *B* 31 deficientes *M*,*Ba.c.*

ficientis foueret, ille ultimos ore anhelitus legeret, ille oculos morientis clauderet, ille spirantia adhuc ora componeret. sed quia uoto exciderat, solacium fuisse, si uel ipsa interesse potuisset filii morientis supremis, miserabili quidem sorte sed tolerabili tamen, ut quem superstitem optauerat eius uel funus teneret, 'uerumtamen uel de muro', inquit, 'spectare mihi mea funera liceat, etsi contingere non licet. utinam quidem nemo arceret! sed quem metuam destituta tanto filio? quid pertimescam cui beneficium est mori? utinam in me tela sua omnes contorqueant, me gladio transfigant! quod uiuens non potui, mortua saltem filii mei corpus ueste mea protegam. abundat unius uestimentum ad sepulturam duorum, et fortasse quisquam hostium miserebitur, ut amictu filii matris oculos tegat et oculos oculis manus manibus oribus ora conectat'. proripiens se itaque ad muros caelum ipsum miserabili questu replebat. insultabant sui, flebant Romani, apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. 'figite' inquit 'me, si qua est pietas: ego genui, quem persequendum putatis. ego infelicia ubera dedi, me extinguite, si de illo uindictam quaeritis.'

XXIV. Dum ista deplorat, ecce ad uocem matris processit Iosephus et deflere coepit quod euaserit, cui dulce fuerat ante patriam mori et pro patria, dum salutaria suadet, procumbere, se iam non pro parentum contendere salute, qui depositi aeuo, cum in carcere uitae finem supremum exigant, liberantur si moriantur, sed pro ara pro templo pro semirutis adhuc urbis moenibus trepidare. obtulisse se uulneri ne patriam euerti uideret. qua excitati querella plerique ad Romanos transeundum rati qua potue-

XXIV § 1 cf. BI. V 546 § 2 cf. BI. V 548—549

1 cf. Verg. Aen. IV 684 sq. 6—18 cf. Verg. Aen. IX 486—493 10 cf. Verg. Aen. V 520 16 cf. Verg. Aen. IX 480 et VII 501 sq. 22 sq. cf. Horat. Carm. III 2, 13 24 sq. cf. Verg. Aen. XII 395

1 ultimus *M* anelitus *Ca.c.*, *B* 2 morientes *M* 3 si uel ipsa] siue ipsa siue *M* 4 supremis] *add.* bis *α*, (*s. l.*) *V* 6 uel de] ut de *αV* 7 liceat] licet *Mα.c.m3*, *ZA* licet] liceat *Z* 9 beneficio *Ba.c.* 11 saltim *hic M* 14 amictus *MαV* 15 oribus *om. B* ora] *add. mg.* oribus *m 2B* itaque se *BZCV* 20 uindicta *M* uindictam de illo *B* 21 ecce] ea *B* 24 se] si *Z* 25 salutem *CV* 28—356, 1 uulneri—sese *suppl. mg. Z*

runt uia subtraxere sese insidiis latrocinantum, et custodiis praetendentium. quibus quidem Titus misericordiam promissam reseruauit, sed alia grauior aerumna accidit. namque ubi data alimenti copia, coepit oneri esse cibus qui prius usui fuerat, desuetisque edendi officiis ministerium feriabatur. nulla uis dentium ut cibum manderent, nulla arteriorum substantia, panem adrodere nullo poterant modo. si quid sane sorbuissent mollioris alimoniae, interclusis iam faucium meatibus strangulabantur. obriguerant interiora uiscerum, obstructi erant ductus ciborum, aruerant iecoris uenae quae cibos adtrahunt. perierat usus, auiditas cumulabatur, uirtus defecerat, adpetentia manebat. ruebant supra cibos miseri et inualidos morsus more infantum meditabantur. plerique uisis alimentis ipso gaudio deficiebant, atque inter exoptatos sibi cibos moriebantur solati miseriam quod uotum impleuerant. sed erat pompa lacrimabilis, cum plures a cibo ad periculum surgerent quam ad salutem, ut et uictus noceret. inflabantur enim insolito cibo corpora potius quam reficiebantur, et quasi quodam hydropis morbo distenta poenas dabant. et si quibus ulla adhuc uirtus edendi, auiditas modum nescia quod ferre non poterant supra mensuram ingerebat, repentino cibo farti disrumpebantur. quid enim graue non erat quibus erat grauis et solus affectus, ut obesset uidisse quod desiderabant? incapaces enim affectuum per longam famem oppressit etiam sensus naturae et ipse gaudii motus grauauit. nihil igitur mirum si exhaustis periculo cibus est. denique post biduanum

4 sq. cf. Sall. Iug. 14, 4

1 insidiis] in subsidiis *MZ* latrocinantium (*sic etiam Za.c.*) insidis *B* et] ex *MαV* et ex *Z* 5 usui] *add.* non *B* erat *BZαV* 6 feriebatur *M* auferebatur *B* feriabatur, *s. l* ferebatur *Z* uis] suorum *Ba.c.m2* manderet *B* 7 arteriarum *Bp.c.* ullo *A* poterat *BαV* 8 qui *B* molliores *B* alimoniae, *add.* cibos *s. l. m2B* 9 strangylabantur *C, Va.c.* 11 iecora *αV* uenae (u in *ras. m2*) *C* fierierat *Ma.c.m3* 13 et *om. B* infantium *BZαV* 15 optatos *Z* sibi *om. A* 17 surgerent] urguent *M* 18 ut *om. M* non solito *αV* 21 perferre *αV* poterat *B* 22 ingerebant *Mp.c.m3, αV* fracti *M* forti *Ba.c.* pasti *Ap.c.* dirumpebantur *ZαV* 24 obesse *Ma.c.m3* uidisse] *add.* se *B* desiderant *B* desiderauerant *ZαV* 25 affectum *M* sensum *Ca.c.* 26 gradii *Ma.c.m3* gradienti *Mp.c.*

ieiunium si quid auidus sumseris, statim crudescit. unde plerisque moris est ut sucum lactis infirmis uisceribus infundant, eoque cum melle permixto temperent umorum exasperatam ieiuniis intemperantiam, et defectionem corporis uelut infantiam quandam molliore cibo nutriant. sic ergo nonnulli Iudaeorum, qui ad Romanos confugerunt, potuerunt euadere quadam arte pensantes moderamina cibi, donec desueta edendi caro in suos usus rediret. nec hoc 3 tamen profuit miseris sed causa maioris exitii fuit. nam cum ex his plerique accepto cibo aluum purgarent, egesserant aliqui biniones aureos quos absorbuerant cum adornarent fugam, ne deprehensis, quia insidiatores omnia perscrutabantur, non solum dispendio sed etiam periculo forent. scelus enim ducebatur aurum quemquam praeter latrones habere. hoc itaque postea Iudaei specie miserabili inter inquinamenta alui aurum legebant. comperit id quidam e Syris et ab uno in omnes opinio manauit. quod genus hominum praeceps ad auaritiam et paratum ad uersutiam nihil tam atrox sit quod refugiat, nihil tam turpe quod erubescat studio pecuniae. a Syris in Arabas diffusa fama, quibus et non minor auaritia et feritas barbaricae propior immanitati: eo quod farti auro Iudaei forent, diripiunt quoscumque offenderant aduenientes, contra fas, contra leges deditionis, contra promissum Caesaris. quos occidi non licebat, incidunt adhuc uiuentes cruentisque manibus euiscerant uentris secreta. aluum scrutantur et inter eius manantia purga-

§ 3 cf. BI. V 550—552

1 quis *B* auidius *BZ* auidum *αV* sumpserit *B* 2 plerique *M* 3 eumque *Ba.c.* mixtum *a.c.B*, *qui add.* ut humorum *ZA* 6 confugerant *A*,*Bp.c.m2* potuerant *Ba.c.m2* 9 cum *om. B* 10 cibo] *add.* ut *B* 10—11 egesserant alii quibinione (egressi egerebant biniones *p. c.m2*) *B* egesserunt *A* bimones *Z* 12 deprehensi *B* 15 postea *s. l. Z*, *add.* cum *B* iudaeis *αV* 16 legerent (*s.* bant) *B* id *om. MB* e] a *M* *om. Z* asirius *Z* syriis *αV* 17 manabat *Z* 18 tamen *αV* 19 fit *Z* 20 a syris (as *in ras. m3*) *M* assyriis *A* asiriis (*exp.* i *sec.*) *Z* asyriis *CV* fame *M* fama est *in ras. B* fama a *αV* 21 proprior *MB* immanitatis *B* 22 forti *Ba.c.* fasti *BAp.c.* quosque *Ba.c.m2* offendebant (*s.* ret) *B* 23 legem *Mp.c.m2* 24 quo *B* licebant *Ba.r.*

menta aurum requirunt non minus turpiter quam illi quos adigebat fames, insuper etiam saeua crudelitate. multa acerba eo commissa proelio, nihil hoc uno acerbius. denique una nocte duo milia fere uirorum discissa sunt tali flagitio, diuisisque corporibus quaestus suos Syria numerabat, Arabia negotiationis recensebat emolumenta, quae sine transfretati maris periculis nouo crudelitatis commento in usum lucri uerterant et mercem putabant. quod etiam nunc in huiusmodi hominum genere reperias et nonnullis Aegyptiorum, ut curandis funeribus negotientur et officia humanitatis uendant mercaturae compendiis. misera fames auri nihil sequendum putat nisi quod ad praesens lucrosum, nihil honestum quod pecuniae uacuum. grauis iam dudum grauis inoleuit humanis affectibus quaerendi cupido et mercatura facta est uita hominum. ueno et emto uiuitur. serpsit itaque uitium in uniuersos, ut iam tolerabilior sit commutatio mercium quam morum animorumque. infecit Syrorum auaritia etiam Romanum exercitum. nihil enim facilius in alterum transit quam pecuniae amor et desiderium habendi, praesertim finitimas opes, quibus uicinus adurat. nec est ulla passio quae magis animi uirtutem effeminet quam cupiditas diuitiarum. denique uersutia laudi datur, 4 paupertas probro habetur. impediuit hoc uindictae seueritatem, quia innumeri reperti tanto furori obnoxii. ideoque Titus, qui uallare circumfuso exercitu Syros et Arabas proposuerat, contemplatione multitudinis reuocauit sententiam, ut superioris delicti gratiam faceret, et ne postea committeretur poenam denuntiaret, uerborumque austeritate grauior suos argueret, quod auro succincti et argento pretiosisque telis nitentes nec arma sua erubescerent, ut tanto se

§ 4 cf. BI. V 553—562

11 cf. Verg. Aen. III 57 21 cf. Sall. Cat. 11, 3 23 cf. Sall. Cat. 12, 1

2 adigebant *M* 3 acerba] seua (*s.* ł acerba) *B* aceruius *MA* 5 corporibus] uisceribus *BZαV* 6 negotiationum *B* 8 mercedem *BZ* 9 eiusmodi *Va.c.m2* repperias *MBZ*, *Vp.c.* nonnulli *αV* 12 putant *Ba.c.*, *αV* 15 serpit *BCa.c.* 16 in *om.* *αV* 20 uicinos *Mp.c.m3*, *BZA* 24 furori] futuri *M* 30 ut *om.* *Ma.c.m3*

dedecore dehonestarent. at uero Syros et Arabas increpare, quod immemores Romani nominis dictu quoque horrenda excogitassent. uenisse eos ad belli societatem, non ad exercitium flagitiorum. in exercitu Romano non solum uirtutem corporis sed etiam mentis requiri, nec tantummodo fortitudinem in hostem sed etiam disciplinae normam spectari, ne crudelis, ne impius, ne insolens miles sit, ne praedae potius quam uictoriae intentus. ea grauia uideri militiae flagitia et uindicari atrociter. inter arma quoque leges ualere, fide melius bella geri quae seruetur etiam hostibus. si ergo et armatis debetur, quanto magis precantibus! proinde cauerent ab huiusmodi flagitiis, ne et uictoriae exsortes et salutis fierent. neque se diutius passurum, ut eorum scelesta facinora Romanis adscriberentur, quibus oneri quam usui forent. itaque repressit aliquantum, non exsecuit auaritiam Syrorum, ut arbitrum fugerent, non ut praeceptum fouerent. denique explorato prius si forte Romani militis deesset praesentia, de miserorum uisceribus execrabile lucrum proferebatur. nec tamen in omnibus sequebatur etiam praedae euentus sed in paucis, quo crudelior feritas, quia non solum propter opes sed etiam propter spem lucri plurimi extinguebantur, cum latrones ipsi et saeuiores piratae latronibus latrocinio temperent, ubi praedam non senserint. solius enim barbaricae immanitatis est gratis nocere. nam et ipsae ferae ut interficiant praedam sequuntur. foris itaque poenae acerbae, intus immanior Iohannes.

XXV. Denique cum talia gererentur a Syris, etiamsi aliqui reuocarentur indicio comperto, transfugere tamen

XXV § 1 cf. BI. V 567—571

9 cf. Cic. pro Mil. 11 14 cf. Sall. Iug. 14, 4

1 at] aut *CV* 5 requirere *M* 6 expectari *Ma.c.m3* 8 intentos *Ma.c.m3, s. l.* hd *C et mg. inf. m2 adscripta uerba* cum—senserint (l. 22 sq.) *eadem uerba huc tr. A* militiae *om. B* 9 arma] romanas *B* 10 fideque *B* 11 cauerent] gauderent *Z* 12 ne et] nec *B* 14 quibus] qui plus *BZ* qui prius *collato Sallustio Vogel* usui] uisui *M* 15 exercuit *M* 21 plurimis *C, Va.c.* 22 cum—senserint *om. C*; *cf. ad l. 8* latronibus] *add.* a *BZ*, se *ante* a *B m2* 24 et *om. B* 27 gerentur *M* a *om. ZA* syriis *Ma.c., CV* asyriis (*eras. sec.* i) *Z* assyriis *A*

alii non desinebant. inter quos Manneus Lazari, qui asserebat per unam portam sibi creditam centum quindecim milia mortuorum elata additis adhuc octingentis octoginta funeribus, ex quo ipse tuendi uicem huiusmodi recepisset muneris, idque solo eorum numero collectum, qui mercede publica sepulti forent, praeter eos quos sepelierant sui — quae autem sepultura nisi ut de muro cadauera deicerentur? — post ipsum plerique non ignobiles uiri confugientes ad Titum sescenta milia defunctorum fuisse quae per portas elata numerata sint commemorabant. eorum uero cadauerum, quae propter infinitam pauperum multitudinem efferri nequiuerint atque in maximis domibus diuersorumque operum spatiis constipata sint, numerum fuisse inaestimabilem. et adhuc erat processus malorum, quae iam superiorum omnium finem uicerant, adhuc saeua obsidio, bellum graue, maioribus iam tamen Iudaeorum animis quam uiribus. super omnia uero fames taetrior, quae insidiaretur iumentis aluum purgantibus et uetusta rimaretur boum stercora, ut, quod uisu erat horribile, hoc fieret esca esurientibus. miserabilis congeries insepultorum corporum et circuitu longo terra ipsa tecta cadaueribus, repleta ante muros omnia, terribilis species, horror grauis, odor pestilens, qui nec uictores nec uictos discerneret, utrisque simul noxius et maiore Romanorum impedimento, quibus necesse erat iacentes reliquias cruentato proterere uestigio, terrae ipsius inculta, succisis omnibus quae ad usum militis et machinarum necessario conueherentur. per tredecim ferme in circuitu urbis milia longe lateque uasta humus et nudum gignentium solum. omne illud pomerium, in quo ante nemora uiri-

§ 2 cf. BI. VI 2—8

28 sq. cf. Sall. Iug. 79, 6

1 quos] *add.* erat *m2B* mannus *M* 2 centum uiginti quinque *B* milia] *add.* hominum *Z* 8 ipsum] *add.* quidem *Z* 9 sescenta *sic M* sexcenta *cet.* 12 nequiuerant *Z* 15 uicerat *Ca.c.* 17 taetrior] *s. l* deterior *Z* 18 uetustam *Ma.r.* bouum *Ba.r.* 19 horribile] *add.* hoc corporum et circuitu lon (*cf.* 20 sq.) *Ba.c.* 23 utriusque *Ma.c.m3* sed *B* 24 romanis *M* iactantes *αV* 25 protere *M* inculcata *αV* 27 necessitate conuehebantur *αV* 28 uastata *αV* 29 pomerium (erium *in ras. m3*) *M*

dantia, horti inhalantes floribus, diuersa pomaria, suburbana praedia gratam sui speciem dabant, si quis postea uidit, hospes ingemuit, incola non recognouit, et ad genitalem regressus locum, cum praesens adesset, patriam quaerebat.

XXVI. Reparatis aggeribus et uineis ceterisque machinis obsidionis renouatus est belli furor et quasi ad extremam operis manum utrimque studiis conspiratum. totius enim periculo certaminis decernebatur, quia et Romanis soluenda obsidio foret, si aggeres uel arietes incenderentur, quibus per inopiam siluarum reparationis subsidia non subpeditabant, et Iudaeis excidium patriae incumberet, si manu cederent, cum quassata murorum reparatis arietum ictibus resoluerentur. processere itaque Iudaei cum faci- 2
bus adeo feroces, ut, tamquam cessuro sibi Romano exercitu, incendia in machinas spargerent, obsidionem soluerent. sed exhaustae iam uires fame et res fractae priores successus negarunt. substantia defecerat, audacia manebat. contra Romanis maior pudor, si ab his qui extremum fame spiritum traherent uictoria de manibus eriperetur. conserto itaque proelio repulsi principes seditionis ad murorum subsidia bello inpares recurrerunt. sed ubi dubia murorum cessura repetitis ictibus Iohannes haut incuriosus extremi subsidii circumspexit, interiorem murum quasi in C litteram duxit. postero itaque die conuulsa parte murali fragor labentis aedificii et exercitus Romani clamor simul increpuit quasi patrato excidio muri prolapsione. sed ubi conclamatae urbis resultauit sonus, uersa rerum uice noui muri species inprouisa Romanorum gaudia restinxit, Iudaeo-

XXVI § 1 cf. BI. VI 9—11 § 2 cf. BI. VI 16—31

1 cf. Ambros. Hexam. V 21, 69 20 cf. Sall. Iug. 82, 3

2 suis *CV* 4 cum *om. C, s. l. V* 6 macch. *CV* 7 extremum *M* 9 decertabatur *BαV* 11 subpetebant *BZ* 13 repetitis (ti *pr. in ras. m3*) *M,BZ* (*cf. l. 23*) 17 exustae *Ba.c.* factae *M,Ba.c.* 20 de manibus *om. MB* diriperetur *MBZ* 22 recucurrerunt *B,Za.c.* 23 aut *MBa.c.* 24 quasi] *(h) *B* caeli terra (*aliquid post* a *s. l. eras.*) *M* caeli terram *αV* 26 latentis *MαV* 27 parato *Ba.c.m2* 28 resultabat *A* 29 perstrinxit *B* restrinxit *ZV*

3 rum audacia successit quia periculum differebatur. tunc Caesar exercitum adhortari coepit, ut nouum illum murum sine ulla cunctatione adoriendum putarent, quem constructio recens infirmum et facile solubilem proderet. auderent modo animis procedere, fragmenta muralia ascendendi facultatem datura, ut proeliantes Romani Iudaeis de superiore loco decernentibus adaequarentur. et quia cunctantes uidebat rei difficultate, ualidissimos quosque iuxta se congregans in bellum accendebat tali oratione.

XXVII. 'Omnium rerum exitus plus negotii quam principia habere nulli incognitum, fortissimi commilitones, quia consummatio suscepti muneris maiorem quaerit laborem. siquidem toto libera currit nauis mari, etsi non semper a puppe uentorum adspirent flamina, gubernator tamen obliquat uelorum sinus, et sine refragio fretum scinditur: sed ubi ad portum uenitur, oportuna aurarum temperies necessaria est et angusto ingressus nauium coercetur limite. maior itaque periculi cura, ubi spes propinqua. aedificantibus quoque plana exordia fundamentorum sed ardua celsorum opera fastigiorum. et plerumque in ipso claudendi operis fine mercedis suae munere defraudatur miserandus faber, aut culminis lapsu obrutus aut instabili deceptus uestigio, ut ad inferiora decidat. de agricola quid dicam, cui procinctus laboriosior messis quam segetis, uindemiae quam putationis, et adultis fructibus grauiora semper metuenda pericula? nihil ergo nouum si adhuc uos in ipso portu consummandi cursus periculum manet, quia per angustiora uiarum scandendum est ad Antoniam, quo deiectis inde aduersariis superiorem occupantes locum ac supra uerticem locati hostium ipsos quodammodo anhelitus eorum intercludamus. sed difficile hoc uobis uidetur, commilitones.

XXVI § 3 cf. BI. VI 33. 32 XXVII cf. BI. VI 34—53
14 sq. cf. Verg. Aen. V 16 25 sqq. cf. Verg. Aen. VI 83 sq. 27 cf. 2 Tim. 4,7

6 facilitatem *BZ* iudaeis *om. Z* superiori *Bp c.* 7 decertantibus *αV* 9 in *s. l. B* ascendebat *Mα.c.m3* 13 nauis currit *BZαV* 14 puppi *ZαV* aspirent *MαV* 15 refractione *αV* 16 uenit *B* 17 cohercetur *αV* 18 propinquat *αV* 22 stabili *CV* 23 agricolis *B* 24 praecinctus *M* laborior *CV* messis segetis quam *M* 25 potationis *Bp.c.*, *Za.c.* 26 uos *om. B* nos *Z* 28 candendum *M* ascendendum *Ca.c.*,*A* 28 qui *αV* eiectis *B* 29 ac] ** *B* super *Z*

quasi uero ad ludum, non ad bellum conuenerimus, in quo aut uincendum aut moriendum sit uiris! tunc ergo debueratis excusare, quando ad proelium ueniebatis, ut uindicaretis cladem exercitus Romani et maculatae militiae probrum dilueretis. si Neronis tempore ulciscendam iniuriam Romani nominis aestimauistis, quid uos decet uelle Vespasiano imperatore? lauemus superioris imperii notam, ne nostro adhaereat, quam Nero quidem remoturus per Vespasianum aestimabatur, Vespasianus per Titum in se transfuderit nisi uicerimus. exsequenda nobis tantummodo supplementa uictoriae pater reliquit. quo fusis incassum tantis laboribus dedecores inultique referimus gradum uictoriam derelinquentes, quasi non leuius crimen sit de militia decedere quam uictoriam deserere? illud enim formidinis hoc proditionis est. sed periculosum putatis in hostem descendere et murum armis circumsonare, quasi uero muliebria de nobis et non uirilia opera ipsa natura expetat, quae nobis ideo uitalem infudit spiritum, ut eum pro gloria libenter refundamus. ad quae igitur nisi ad maxima quaeque a duce suo bellator adhortandus est? nam usitati operis adhortatio non solum conuentis sed etiam conuenientibus adfert pudorem, ut exigas quod sponte debetur. id enim de se militem praestare oportet. et tamen quid immoderatum a uobis exigo? nonne praestat mori per uirtutem quam uiuere ad ignominiam? in medias Romanorum acies frequenter Iudaeus excurrit ac sese hostilibus cuneis inpauidus infudit non ad spem uictoriae sed ad indicium fortitudinis et ostensionem gloriae. uos, quibus terra marique nemo

12 cf. Sall. Hist. III 24 M. 16 cf. Verg. Aen. VIII 474 24 cf. Sall. Cat. 20, 9

5 deleretis *B* si] sed *Z* 6 romanis *C, Va.c.* uelle] uel *Ca.c.m2* 7 leuemus *αV* superiores *Ma.c.m3* 8 nostro] nobis (bis *in ras. m3*) *M* qua *αV* remoratus *Z* 11 uictoriae] *add.* quae *αV* 12 dedecoris *MAV*, (*alt.* de *s. l.*) *C* referemus *et s. l. B* 13 decidere *Ca.c.* 14 hoc *in ras. C* 15 est *om. B* periculum *Ca.c.* ascendere *Z*, *Ba.c.* 16 armatis *αV* 17 expectat *B* 19 ad quae *ex* adque *Mm3, Ba.c.m2, C* atque *A, Va.c.m2* 20 uisitati *M* usitati ⁎ *B* 21 aufert *αV* 23 immoratum *αV* 24 uobis] *add.* ego *αV* nonne] non *Ca.c.m2* per] cum *Ma.c.* 26 hostibus *MCV* hostium *A* inpauidus *mg. m2 C om. V* 27 infundit *ZαV* 28 ostensione *CV* uobis *AV*, (bi *s. l.*) *C* quibus] quidem *αV* terrae *MB* terra et *Z* -que *om. MZ*

inpune adhuc restitit, quibus non est nouum uincere et crimen non uicisse, cum tanta de caelo habeatis uincendi suffragia, nec semel quidem in hostem proripuisse gradum non pudet, sed armatos otium terere et in procinctu positos feriatis animis expectare, ut fames pro nobis dimicet atque inedia potius sua quam nostris fusi gladiis in opprobrium nobis erubescendos uertant triumphos? non pudet, inquam, strenui commilitones, uniuersarum uictores gentium, nihil de armis sperare, nihil de uiribus sed de sola obsidione, et opperiri, quando hostis morbo consenescat atque in suo moriatur lectulo? et quae potest esse sine bello uictoria? omnia sunt repleta cadaueribus, deformes exuuiae iacent exsangues reliquiae defunctorum, nisi quos ipsi inter se suis manibus trucidauerunt. quid timemus eos quos iam fames ignis latrocinium seditio extinxit? quid destituimus diuina beneficia? cuius enim nisi dei nutu in sua conlisi arma sunt, destituti quoque subsidiis alimentorum, nec ullus domestici finis furoris? uereor ne iam et religionum uideamur rebelles, qui et nostris et suis religionibus infidos tam diu reseruamus. uerum esto, sit atrox bellum et formidolosum. quid enim uos belli demulceo facilitate? sit uictoria incerta, certum periculum: nonne apud eos mihi sermo est, qui humana prudentia nouerint in periculis promtiorem esse omnium animantium fortitudinem quam in remissioribus contentionibus? ferae ipsae cum se circumuallatas armatis uiderint, maiore in eos impetu ruunt ut ui sibi aperiant iter. et atrociora serpens latibulis excussus infundit uenena. sunt etiam quae natura innoxia in periculis tamen suis ad nocendum fortia sint. habent cerui sua arma, si quis se obuium ferat, et cornibus mortem repellunt, habent laesae apiculae suos morsus. quid autem de uiris bellatoribus apud Romanos loquar, cum

13 cf. IV Esr. 7, 32 29 cf. Verg. Aen. VI 879 sq. 30 cf. Verg. Georg. IV 236 sq.

2 crimen, *add.* est *exp. B* uincendi *om. A* uincendi habeatis (habetis *Ba.c.m2*) *BZCV* 3 ne *BZαV* hoste *M* 4 tenere *M* terrere *Za.c.,αV* et *om. αV* 5 feriacis *MCV* feracis *Vp.c.m2* spectare *M* expectaret *CV* dimicet—nobis *om.A* dimicaret *Ca.c.* 6 fugi (fugari *p.c.*) *B* in] non *M* 14 trucidarunt *Ca.c.* 15 ignes *M* 16 nutu dei *B* 17 domestico (*alt.* o *in ras.*) *B* 18 furori *Bp.r.* 23 in *om. M* 25 armis *A* uiuerint *Ma.c.m3* 28 fortiora *A* 29 sunt *ZA* quit *CV* obuius inferat *B* 30 habent] *add.* et *BZ*

Leonides ille Lacedaemone genitus, proeliaturus aduersus innumerabilem Persarum exercitum dixerit: 'prandeamus in terra apud inferos cenaturi' tantumque apud Graecos ualuerit hic sermo, ut non solum de trecentis illis Lacedaemoniis uiris quibus ipse praeerat se nemo subtraxerit praeter unum tamen, quem superstitem postea nullus recepit, sed etiam de ceteris qui simul ad bellandum processerant, nisi quos Leonides tanto degeneres bello repudiauit? quid de Romanorum integris legionibus loquar? quas Cato Romanae adsertor facundiae et ueritatis sincerus interpres adseruit cum exultatione ad bellum prodisse, de quo se redituros non arbitrarentur, uniuersosque libenter procubuisse ne mutarent sententiam. beati quorum nemo suis hostium uictoriam fuga adnuntiauit. de trecentis tamen Lacedaemoniis uel unus subterfugit, et illi in angustiis proeliabantur ne circumuenirentur: de Romanis legionibus nullus uitae elegit sed omnes mortis hereditatem, quorum uos posteri estis, si contemtu periculorum quasi gloriosa indoles uirtutis prosapiam non abnuatis. quis enim fortium uirorum esse se mortalem non nouerit, omnibusque positum finem uiuendi? quanto igitur melius patriae impendere quod naturae debeas et necessitatem commutare gloria, nec anhelae senectutis suspiriis obnoxiam uitam degere nec feruentis aegritudinis casus reformidare, cum depositis aeuo cotidiana fastidia sint, illorum autem, qui languore marcescunt, deficientibus uiribus pariter ac sensibus, ut multorum opinio habet, animae simul cum corpore sepulchro adiudicentur! at uero bellatorum et strenuissimorum uirorum, qui se pro patria pro liberis pro religione morti deuouerint, animas de uinculis corporis huius ferro absolutas

1 sqq. cf. Cic. Tusc. I 101 3 cf. Isid. Etym. XX 2, 11 9 sqq. cf. Cic. De senect. 75 17 cf. 1 Petr. 3, 22 22 sq. cf. Verg. Georg. II 135 26 multorum = BI. I 560 28 cf. IV Reg. 24, 16 30 cf. Rom. 7, 24 Ambros. De Cain et Abel II 9, 36

1 lached. *CV* lacede. *BZ* aduersum *M* 2 direxit *M* dixit *A* in terris *B* interius *Z* 4 lached. *αV* lacede. *BZ* 6 superstitem quem *A*, *Vp.c.* supraestitem quem *C*, *Va.c.* 8 degenere *M* 9 catho *CV* 10 romae *Ca.c.m2* 14 tamen *om.αV* 15 lached. *αV* lacede. *BZ* et *om. M* angustis *Ma.c.m3* 17 uitam *Bp.c.*, *Z* eligit *CV* quarum *B* 18 gloriosam *Z* 19 indolis *BZ* abnuitis *B* 20 se *om. M*, *Ca.c.m2* -que *om. αV* 22 sq. hanele *M* 25 cotidiano fastidio *B* 26 ut *om. αV* 27 animi *αV* 28 adiudicantur *B*

nulli dubium quod purum illum aetherium elementum, stellarum lumine refulgens, in caelestibus suscipiat habitaculis hospitio quodam supernae quietis. in terris quoque remanere insigne aliquod uel gratiae uel iniuriae, ut et languore conmaceratos obliuio abscondat, et aduersum pectus in hostem ferentes, si mors conuenerit, sequatur gloria. ad haec uos inuito praemia, commilitones, ut in hostem pergamus, quem clausum tenemus, et ascendamus in murum per ruinam muri ualidioris, quae nobis uelut quendam aggerem praestat et aequatur muro inferiori. quisque uirtutis uexillum praeferens primus in murum ascenderit uel secundus uel tertius uel pluribus comes, hautquaquam mihi non donatus opimo abibit munere, etsi nulla maior remuneratio quam fortitudinis gloria quae plerumque est tutior. nam ubi primum animis et uiribus confidentissimus quis ascenderit, fugient qui resistebant aut ad inferiora se conferent aut latibulis abscondent. ita quod maximo nunc periculo siti in inferioribus quaerimus, sine labore magno sequetur, ut deiectis hostibus bellum conficiatur.'

XXVIII. Vix sermonem Titus clauserat et Sabinus se obtulit ex Syriae uiris egregius bellator et ante Caesarem consistens ait oboedire se imperiis paratum ascensionis. euentus sibi adesset ut Caesari placeret. si destitueretur secundis, nihil praeter spem sibi accidere, qui iudicio proprio delegisset pro Caesare mori. his dictis laeuam extendens clypeum supra caput extulit et dextera uibrans gladium immane quantum in arma insurrexit, ut quiuis eum non recognosceret, quem paulo ante exilis corporis specie de-

XXVIII cf. BI. VI 54—67

1 sq. cf. Cic. De re publ. VI 16 Macrob. In somn. I 9,10 5 sq. cf. Verg. Aen. XI 370 12 sq. cf. Verg. Aen. V 305 27 cf. Verg. Aen. XI 283 sq.

1 illud *B* 3 remansere *M* 5 maceratos *B* 6 referentes *CVa.c.* 7 inuita *Ma.c.m3* 9 quaedam *MαV* 10 quisquis *V* 12 ut *ante* pluribus *add.* *αV* autquaquam *Ma.c.m3,B* donatus] datas *Ma.c.m3* 15 primo *M* 16 conferrent *Ca.c.* latibulis, *add.* se *B* latibolis *CV* 17 siti] sit *libri* sit si *editt.* siti *ego* in *om.* *B* 18 sequeretur *M* 19 conficiatur bellum *B* 20 sauinus *ut infra A* 22 se obedire *Z* ascensionis, *add.* si *Z* ascensioni (*s. l. m2*) *B* 23 si euentus—placeret *mg. m2 B* destrueretur *M* 25 dictis] auditis (*mg.* al dictis) *B* leua *B* ostendens *M* 26 dextra *BαV* 27 quiuis] quis *αV* 28 cognosceret *Va.c.*

spicabilem putauerat, subito cum uideret pergere in aduersum et hostibus pariter ac muris minantem sese extendere, quasi iam celsior in subiectos proeliaretur et murum quateret manu. sequebantur eum uiri undecim studiosi ad imitandum sed inpares ad consequendum. repugnabant de muro Iudaei spiculis saxis sagittis, et quod cuique telum manus inuenerat in Sabinum deiciebatur. at ille inperterritus cursu concito insiluit fragmentorum aggerem et in summo locatus hostem auertit, dum proximus quisque formidat periculum. sed dum se librat in murum adtollens et securus uictoriae in hostem intendit, lapsus in facie cum magno sonitu ruit. quo reuocati Iudaei coeperunt iacentem missilibus urguere. ille genu nixus et se protegens scuto quam diu potuit a uulnere defendit nec inmunem reliquit, quem proximum repperit. ad postremum tamen consertus uulneribus spiritum prius quam bellum deposuit, nec deiectus gradu nec muro excussus est nisi mortuus, tribus quoque aliis necatis. octo semineces licet, a ceteris tamen exitio subtracti.

XXIX. Nec tamen terrori reliquis mors Sabini sed incentiuo fuit. nam Romani uiri, qui praetenderent uigiliarum munia, compensare cupientes operis effectu quod Sabini studio praeuenti forent, uiginti numero ineunt consilium magnum et memorabile, ut aduocato quinti ordinis signifero et duobus equestris militiae uiris, quos promtiores arbitrabantur atque uno tubicine quinta hora noctis silentio per aggeres sese fragmentorum muralium in superiora adtollerent caesisque custodibus Antoniae murum occuparent. quo peracto terribilior solito sonus increpuit tubae, ut fessi

XXIX cf. BI. VI 68—80

8 cf. Verg. Aen. XII 902 29 cf. Verg. Aen. IX 503 sq.

1 dispicabilem *BCV* putauerant *Ca.c.* 2 extenderet *αV* 3 subiectis *αV* 4 quateretur *Mp.c.m2* eum] *add.* unum *Z* 6 quod cuique] quotcumque *B* quodcumque *αV* 7 manus telum *BZ* deicebatur *C* interritus *Bp.r.* 8 insiliuit *BZα*, *Vp.c.m2* aggere *M* 9 proximum *V* 11 faciem *BZ* 12 magno] maximo *BZ* 13 missibilibus *α*, *Va.c.* 15 reperit *α* 16 posuit *Va.c.* 20 incentiuum *Ba.c.* 21 praetenderant *Z* 22 munera *B* munere *Z,Bp.c.* effectum *CV* affectum *A* 23 sabino *αV* praeuenti] praeberent *αV* 25 sequestris *M* 26 tubichine *Cp.c.*, *V* tubucine *A* hora] *rursus incipit H* 29 solito] sonitu *B* subito *Z* sonus] sonitus *HZαV* fessis *C*, *Va.c.*

labore Iudaei et somno soluti de inprouiso perturbarentur, quod omnia repleta hostibus crederent. ante itaque fugere coeperunt, quam ueri fides pateret. neque enim periculi sors tenebrosaeque noctis caligo patiebatur, ut quanti essent cognosceretur. et Caesar audito fragore tubae armari exercitum iubet, ipse cum electis primus in murum ascendit suis auxilio, hostibus impedimento. inluxit dies et iam Caesar conspicuus e muro suos adhortabatur, alii manibus suorum in murum eleuabantur, alii per cuniculum, quem Iohannes ad subuertendos Romanorum aggeres defoderat, in urbem se inferebant. uersa in perniciem perfidis perfidia sua. exclusi undique in templum se conferunt. eo quoque uolentes Romani inruere cohibentur angustiis, armis repelluntur. fit in uestibulo graue proelium, nec iam spiculis aut sagittis sed gladiis res comminus geritur, manus ad uulnera, gladius super gladium, ictus super ictum. percussor caesorum sanguine perfundebatur, ut ipse potius percussus aestimaretur. in ipso templo furor bellicus dominabatur. natabant pauimenta sanguine. morientium gemitus, uincentium clamores sine ordine et modo personabant. Romanos conficiendi certaminis spes accenderat, Iudaeis extrema patriae excidia ademerant mortis formidinem. hi sumtu gloriae uirtutem alebant, illi desperatione salutis omne effundebant uirtutis uiaticum nec reseruabant.

XXX. Pulcherrimum quoque facinus adorsus est Iulianus centurio uir armis maximus, ex Bythinia profectus prouincia sed Romanis adsuefactus disciplinis bellisque exercitus et honoratae militiae clarus stipendiis. qui cum Caesarem propteradstaret, ubi auersos uidit Romanos, quia Iudaei numero praestabant et adhuc Romani pauciores aderant, subito de Antonia se proripuit et insequentes auertit. nec sunt ausi resistere ipsa specie praecellentissimi

XXX cf. BI. VI 81—92

1 cf. Verg. Aen. IX 189, 236 19 cf. Cic. Phil. II 41 Lucan. VII 727sq. 26 cf. Verg. Aen. II 339

1 inprouisu αV turbarentur B 3 periculis uiros αV 4 tenebrosa aeque H -que *om.* αV 6 in *om.* B 7 Caesar *om.* B 10 uertendos MCV euertendos A 11 perfidia] subsidia $MHBZ$ 12 exclusi] *add.* itaque Z 13 eruere M cohibentur *om.* M 15 communis αV 21 extrema] suprema $HBZ\alpha V$ 22 excidia *s. l.* B^1 23 uirtute MCV malebant M, *Ca.c.* 26 bythynia H bethania B bithinia A praefectus *Ca.c.* 29 aduersos HAV, (o *ex* u) C 32 ausi sunt H

uiri et superba quadam ultra humanam formam uirtutis auctoritate, ut ipse Caesar miraretur. o uaria et incerta uelut quaedam bellorum alea, quae sicut iactu quodam ita casu potius quam uirtute plerumque inopinatis ludit euentibus sufficiens nouos exitus! namque et hic iactus sunt, non tesserarum quidem sed sagittarum telorumque plurium, lapidum quoque, quibus saepe uictor sternitur alieno uulnere, et dum aliena spolia rapit, ipse spoliatur. uelut hic Iulianus, qui tergo imminebat hostium, dum alios perimit et claustro coercet, ipsa alacritate incautior, confixum clauis calciamentum gerens usu militarium uirorum, non considerauit polito lapide solum stratum, quod cauendum foret, sed quasi in campo proeliaretur, securus labitur et ingentem strage sua sonitum dedit nec potuit adsurgere lubrico soli fusus. genu tamen se sustinens regressum hostem repellebat, ut adpropinquantes caederet, iaculantes quantum posset caueret. sed ipsa fatigatus atque oppressus multitudine solus licet, quia nullus tanto se inserere periculo auderet, non despicabilis tamen neque inultus inpigre occubuit. haut equidem, ut arbitror, tali dignus exitu fuit, ut tanta uirtus uiri sic deciperetur. sed plurimum in bello prudentia ualet, quae acuta semper et perspicax incertorum prouidet casus. solus se de Antonia proripuit, solus in hostilia agmina ruit, solus se armis miscuit, solus in templum Iudaeos redire conpulit. uereor ne istud offuerit magis, quia de templo fuerant exterminandi deo infideles. ideo lapsus non inuenit remedium. spectabat Titus uincentem cum gaudio, periclitantem cum ingenti dolore, uolebat subuenire sed longe aberat. reuocabatur a suis, quia in milite unius sors est, in imperatore uniuersorum. pericu-

3 cf. Liu. XXXVII 36, 9; Lucan. VI 60 7 cf. Verg. Aen. X 781 13 sqq. cf. Verg. Aen. V 329, 335, Georg. II 306 24 cf. Verg. Aen. X 796

2 auctoritate] *add.* ita (*s. l.*) *B*, *Z* ut *om. M* et] atque *HBZαV* 3 quadam *αV* 4 uentibus *Ca.c.* 5 et *om. M* 8 despoliatur *HBZαV* 9 quid ergo *M* premit *Z* 10 coerceret *M* coherceret *A* incautus *B* conflixum *Ca.c.m2* 12 sed] et *B* 13 proeliatur *H* 14 solo *B* 17 cauere *M* ipse *V* 18 quia *s.l.m3M* nullus**** (quia?) *M* 19 accubuit *Mp.c.m2,Z* 20 aut *Ma.c.m3* 22 acuta] cauta *HBZαV* 23 praeripuit *CV* 24 agmina] arma *H* 25 redigere *M* obfuerit *ZαV* 26 fuerunt *HZ* 30 imperatorem *M,Ba.r.,CVa.c.*

lum docebat exemplum, quid cauendum potius quam sequendum Caesari foret. denique sic consternati fuerunt socii, sic elati aduersarii, ut et corpus Iuliani in potestatem ueniret hostium, quasi adhuc et defunctum timerent, si Romanis restitueretur. ceteri Iuliano caeso facili negotio cessere. nondum enim ascenderant numeri et Iudaeis occasio necis eius uirtutem auxerat, promtissimis eo proelio ad repellendos Romanos Alexa et Gyptheo Iohannis coniuratis, qui factionis eius propugnatores forent, ex Simonis quoque parte Melchio et Iacobo Idumaeorum duce egregiis bellatoribus, Ari Simone quoque et Iude tertiae factionis uiris pariter adnitentibus, qui coniuncta manu pulsos Romanos intra Antoniam clausere.

XXXI. Contra Titus non munimento sibi sed impedimento angustias Antoniae ratus iubet dirui munitionem eius funditus, ut congressuris iter in hostem aperiretur. conpertoque quod sollemnitas Iudaeis festorum dierum adpropinquasset, praecepit interpretari Iosephum Hebraeo sermone quae ipse alloqueretur. quae, malum, ratio Iohanni suaderet ut Romanos in excidium templi lacesseret? si uirtutis fiduciam gereret, eligeret alium pugnae locum, eo progrederetur, dummodo urbi parceret, templum non contaminaret, sacrificia festorum dierum non impediret. relinqueret quos idoneos sacrificiorum ministeriis aestimauisset, fortitudinis suae documentum ubi uellet praeter urbem et templum ederet, congressioni milites Caesaris non defuturos. inuitum se cogi ad totius urbis euersionem, cuius reliquias seruare uellet, si pateretur Iohannes. imminere templo faces, non quo templum Romani festinarent exurere

XXXI § 1 cf. BI. VI 93—97

6 cf. BI. VI 80

1 quod *Bp.c.* 3 aduersari *Ca.c.* 5 facile *H* 6 et] *add.* in *α* 8 gypteo (*eras.* a *uel* ae *initio uerbi*) *M*, *H* citheo *B* egyptheo *A* iohannes *et l* iohanni *s. l. Z* 10 mechio *H* mucio (*s. l* melchio) *B* melchia *A* ducibus *Mp.c.m3* 11 arissimone *Z* simonem *Ma.r.*, *CV* arsimon *interpres Syrus* iudae *MHZ* iuda *BαV* 14 sibi *post* impedimento *αV* sed *om. A* 15 augustias *M* 17 -que *om. αV* 19 iohannis *C a.c.*, *A* 20 lacesseret *in ras. m2 C* 21 uirtuti *CV* generet *M* eligeret *s. l. V* 27 re *M* cuius] eius *H* 29 festinarent] uellent *HB* exurere] euertere *H*

sed e templo educere belli excitores. si uictos se crederent, manus darent, aut si uictores futuros sperarent, non intra claustra se reciperent, sed in campo defenderent, quo templum lambentibus iam incendiis eriperetur, uacaret purificationibus. ea interpretante Iudaeis Iosepho cum silentio 2 audita tacitum uulgus probabat sed metuebant sententiam suam pandere. quibus respondit Iohannes, nullum praestabilius deo esse sacrificium quam pro aris pro focis pro templo ponere animam uiros deo sacratos, et ideo, si necesse sit, libenter procumbere pro libertate, tamen sperare quod excidium perpeti non possit ciuitas dei. Titus ad haec: 'merito ergo puram deo seruatis urbem et sanctum inmaculatum necando ciues, interficiendo innoxios, perimendo sacerdotes. talibus flagitiis non placantur diuina sed offenduntur. abdicastis deum uestrum sacrificiorum suorum cultibus. si tibi cibum aliqui negaret, Iohannes, quaereres eum; deo uestro suae hostiae non immolantur, non redduntur sua munera, iugulantur homines, et adhuc putas deum auxiliari? reuera sic gesta edocent, sic testificatur caesorum congeries et cumuli uestrarum calamitatum. quis haec uidens non ingemescat? nec reprehenderem quod pugnares pro patria, si nollem parcere, si nollem patriam uestram aut templum uestrum reseruare. neque enim digna Carthago — haut metuendus Hebraeus Hannibal, qui partem mediam orbis Romani subegerat — et tamen ipsa quoque reparata Carthago, quae usque ad excidium sui rebelles ciuium animos tulit. fide mea salua haec omnia futura tibi spondeo, ueniam tibi salutis polliceor non pro mercede

XXXI § 2 cf. BI. VI 98—110

1 e *om.* *HB* de *A* 3 campis *HBZαV* 4 labentibus *BZαV* 6 probat *αV* metuebat *ZCV* 9 si] sic *M* 10 sit] est *B* sperare] *add.* se *HBZ* 11 posset *H* 12 sanctum] $\overline{\text{spm}}$ *M* 13 perimendos *Ma.r.* 15 abdicatis *αV* 16 ciuium aliquid *αV* aliquis *Mp.c.m3*, *Bp.c.m2*, *Z* 17 *alt.* non] nec *CV* non redduntur—iugulantur *om.* *A* 19 geste *H*, *Ba.c.* docent *HBA* testificantur *H* 21 reprehendere *Ma.c.m2* 22 parcere—nollem *om.* *Ba.c.m2*, *A* parcere] pacem *CV* 23 uestrum *om.* *HBZαV* neque (que *s. l. m2*) *C* indigna *Hp.c.*, *A* digna, *add.* ut *m3 M* 24 chartago *M* cartago *AV*, *Za.c.* aut *libri*; *emendaui* Hebraeus, *add.* ut *m3 M* annibal *H*, *Bp.c.* annibale *Ba.c.* hannibale *Z* 25 urbis romae *Z* 26 chartago *MZ* 28 tibi] *add.* quoque *s. l. m2B*

sceleris sed pro redemtione urbis, ut a te redimam perituro-
rum culminum statum. desinas, moneo, latrociniis tuis contur-
bare propositum pietatis Romanae. non formidabitur Hiero-
solyma ut diruatur, quando potior uiribus reseruata est
Antiochia. certe Iechonias uester et Persis credidit et urbem
egressus commisit se cum suis proximis barbarico furori, ne
propter se ciuitas euerteretur. celebratur a uobis eius
memoria, sicut uestri adserunt, adest Iosephus adsertor
eius et testis celebritatis, qua honoratis uirum qui pro patria
captiuitati se obtulit. seruauit eum et barbarus Persa, ego
autem tibi spondeo impunitatem. certe et Iosephus arma
Romanis aduersa intulit: crede promisso, cuius et exem-
plum praemisimus. uadem tibi sponsionis nostrae Iosephum
damus, immo iam dedimus, quem reseruauimus. loquatur
sermone patrio, obliget se ritu quo soletis, non pudet me
uadem quaerere, fideiussorem dare, ne euersorem exhibeam
qui uolo parcere.' flere ad haec Iosephus, rogare Iohannem,
deplorare patriae statum, obsecrare sermone flebili, appel-
lare ut ciuem sed ceteris pertinaciorem, testari dei omni-
potentis gratia saluum fore cum suis, tantummodo desisteret
excitare militem Romanum ad urbis euersionem. quem ubi
flectere nequiuit: 'non mirum', inquit 'Iohannes, si perseueras
usque ad excidium patriae, cum iam reliquerint eam prae-
sidia diuina. sed mirum quod perituram non credis, cum
legeris propheticos libros, quibus excidia patriae nobis ad-
nuntiata sunt et reparata culmina rursus a Romano
diruenda exercitu. quid enim aliud clamat Danihel? non
enim quod iam factum erat sed quod futurum prophetabat.

1 sceleris *s.l.B* 2 culminum] omnium (om *et* i *m2*; *s. l* culminum *m2*) *B* 3 formidabit *H* 4 quanto *Bp.c.m2* seruata *αV* 5 hie-chonias *A* uester et perse (*s. l.*) *B* urbe *H* 8 sicut] et *add. M* uestri *om. H* 9 quia *M* horatis *Ma.c.m3* patriam *Ma.r.* 11 autem *om. MHBZ* 12 cede *B* explum *Ca.c.* 13 uatem *H,Za.c.* uade, *add.* fideiussorem *A* 15 obliget se] et *B* liget *H* 16 euersionem *Zp.c.* 17 iosepus, *add.* coepit *Z* iohannen *HC* 18 patriae] urbis (*s. l* patriae) *B* statum] *add.* et *s. l. B* 20 gratiam *MHBZ* saluam *MCV*, *Za.c.* salui *A* desistere *M* 21 romanorum *B* 23 iam *om. M* ea *Ma.c.m2* dereliquerint *H* 27 daniel *ZC* 28 fuerat *B* quod, *add.* post *s. l. B* profuturum *αV* profetabat *M*

quae est abominatio desolationis, quam uociferatus est uenientibus Romanis fore, nisi ista quae nunc imminet? quod est illud oraculum, quod a nostris saepe commemoratum est a summo denuntiatum deo, tunc perituram urbem funditus, cum ciuium manibus contribulis suus fuerit extinctus, nisi quod nunc impleri uidemus? et fortasse, quia iam defendi templum non placet interdicto maculatum sanguine, purgari incendio placet.'

XXXII. Compleuit sermonem Iosephus sed nullis Iohannes mouetur fletibus nec promissis flectitur. urguebat deus iam dudum perfidas mentes, ex quo se impio parricidio commacularunt Christum Iesum crucifigentes. hic est ille, cuius mors Iudaeorum excidium est, natus ex Maria, qui ad suos u e n i t e t s u i e u m n o n r e c e p e r u n t. quando enim suos non occiderunt Iudaei? nonne filium Saul sui occiderunt? Nabutha propheta a suis utique lapidatus est. Iudaea fuit Iezabel, quae iussit Iudaeis senioribus qui praeceptum exsecuti sunt, Iudaeus Achab, qui causa mortis eius factus est. quanti alii a ciuibus ciues peremti! et tamen diu integra ciuitas mansit, etsi diruta a Babyloniis post annos innumerabiles, sed reparata postea. hoc est supremum excidium post quod inreparabile templum, quia auerterunt sceleribus suis praesulem templi, reparationis arbitrum.

XXXIII. Tali affectu Caesaris et repetita oratione inflexa est aliquorum sententia, qui se subtrahere potuerunt ut ad Romanos conuenirent. ceteros reuocauit periculi metus, qui a latronibus intendebatur, et forte quaedam

XXXII cf. BI. VI 111—112 XXXIII § 1 cf. BI. VI 113—117

1 sqq. cf. Matth. 24, 15 (Dan. 9, 27; 12, 11) 9 sq. cf. Verg. Aen. IV 438—439 14 Ioh. 1, 11 15 sq. cf. II Reg. 4 16 sqq. cf. III *Reg. 21

5 manibus] *add.* et a *B* contribulibus *BA* suum *Ma.c.m2* suis *Ma.c.m3,Bα V* suos *H* extincta *B* 6 nisi *om. B* 10 urguebat] *add.* enim *α V* 12 Christum—figentes *om. A* iesum christum *B* cruci suffigentes *BZ* 14 et *in ras. m2 C* 15 saulis *B* sui *om. B* 16 nabuthe *Mp.c.m3, B* nabotae *H* nabothae *Z* nabutheus *Bp.c.m2* nabuthae *CV* nabute *A* 17 zezabel *Mp.c.m3,HZ* hiezabel *CV* iudaei *HB* seniores *HBZ* 18 secuti *A* achap *V* eius] *add.* reus *B* 19 a ciuibus *s. l. m2 H* ciues] suis *α V* tam *B,Zp.c.* 21 excidium] *add.* et *B* 22 uerterunt *α V* 24 affatu *B* et *om. HB* 27 qui] quod *B*

inclinatio mentium erat, ne plures eriperentur futurae euersioni. quos Caesar confugientes ad se, quia erant inter eos et uiri sacerdotales cum filiis et alii splendidioris familiae uiri, suscepit bona gratia, pollicens securitatem salutis, ius possessionum suarum atque urbem, cui nomen Gofna, direxit, ne quid offensionis oreretur ritu dispari et cultus diuersitate. quod ab his, qui in urbe positi repugnabant, seu quia huiusmodi suspicio incesserat siue ullus composuerat dolo ne plures dilaberentur, in argumentum est deriuatum necis
2 ut extincti obicerentur. eo comperto reuocatos Titus iussit cum Iosepho propius muros obire, ut a suis cognoscerentur. illi cum lacrimis gemituque magno non sua deflere sed patriae templique excidia, rogare ciues ut sequerentur Caesaris fidem, eriperent templum parato incendio, nihil sibi aduersus legem praeceptum, nihil de libertate inminutum. adquiescerent, et ipsi experirentur Romanorum clementiam, quorum insuperabilem uirtutem experti sunt.

XXXIV. Cum talia miserabiliter deplorarent, proturbantur a suis bellumque accenditur. insiliunt Iudaei atque in ipsa inrumpunt temere penetralia: omnes recessus, omnia occupant quae inaccessa uiris erant sacrorum exortibus. Romani quoque se proelio parabant. temerantur interdicta patrum belli necessitate, maiore tamen Romanorum quam suorum reuerentia. gentiles cum formidine templum spectabant, Iudaei cum furore ac temeritate adibant et madidas manus humano gerentes sanguine ipsa adtrectabant altaria.
2 Titus tamen adhuc in proposito manens alloquebatur

XXXIII § 2 cf. BI. VI 118—120 XXXIV § 1 cf. BI. VI 121—123 § 2 cf. BI. VI 124—128

19 cf. Verg. Aen. XII 804 25 sq. cf. Verg. Aen. II 717 sqq.

3 alii cum splendidiori* familia*** (e ui?) *B* 4 uiri *om. HB* salutis, *add.* impertiens *s. l. B* 5 atque] *add.* ad *HBZ* gosna *MH* goyna *αV* 6 oriretur *Mp.c.m3,Bp.c.,HZAV* 8 dolos *ZαV* 9 deriuatum est *αV* 10 reuocatus *MB* 11 proprius *M* muro subire *HBZ* muro obicere *αV* agnoscerentur *HZ* (-re*tur) *B* 12 illis *αV* 13 et templi *A* excidium *αV* 16 at quiescerent *Mp.c.m3* 17 clementia *Ma.c.m2* sint *HB* 18 cum *om. MαV* talia] *add. s. l.* cum *m2M* deplorantes *αV* proturbabantur *B* 20 recursus *B* omnia] *add.* secreta (*s. l.*) *B,αV* 22 parant *HB* 23 suorum quam romanorum *B* 24 insolentia (*s. l* reuerentia) *B* fortitudine (*mg.* formidine *m2*) *B* expectabant *Ma.c.m3,αV*

Iohannem et inuitum se deduci ad excidium urbis ac templi contestabatur dicens ad eum: 'quid sibi uolunt, Iohannes, inpressi illi ante fores templi apices elementorum? nonne significant neminem nisi sacratum debere templo adpropinquare? quid illa saepta pro templo? nonne ut conspectus arceant liberos uniuersorum solisque mysticis pateat secretorum cognitio, atque his sit liber aspectus, quibus est legitimus ingressus? prospectus excluditis peregrinorum et accessus cogitis. scribitis ut nullus ingrediatur aduena, nullus peregrinus introeat et peregrinum sanguinem intra templum funditis aduenarumque simul et ciuium cruore uestra altaria commaculatis. testificor ego non inpressionis nostrae esse sed uestrae praeuaricationis quod uiolastis quae uestra sunt. ego alienus non exigo, immo obtestor, si uelitis discedere, incolume templum futurum, neminem Romanorum hostiles inrogaturum manus, nihil de uestris temerandum esse sacrificiis. seruabo templum uobis, etsi nolitis. cultus enim sacrorum diuersus sed opera communis usus. quod cultus fuit a uobis recessit, quod operis est uictoribus remansit.'

XXXV. Vbi ne his quidem per Iosephum insinuatis reuocari Caesar aduertit factionis principes — putabant enim iam diffidentiae potius quam pietatis esse tam frequentem desistendi conuentionem — ad proelii necessitatem inuitus reuertit. iubet adesse Romanos, sed quia tantae multitudini angustiae impedimento erant, triginta electis uiris singula deputat bellatorum milia. non enim totum exercitum reciperent tam densa aedificiorum obstacula. ipse quoque simul descendere uolens reuocabatur a suis, ne in angusto, nocturnis etiam plerumque temporibus, quibus

XXXV § 1 cf. BI. VI 129—135. 146
18 cf. Quid. Metam. VI 349

2 iohanne *MH* 6 misticis (*s. l* ministris) *Z* sacratorum *H* 12 ergo *Z* 13 praeuaricationis uestrae *B* uiolatis *HBZ* 14 e*go *Z* alienos *Ma.c.m3* uelitis] *add.* uos *A,CV a.c.* 15 incolumem *αV* 17 enim *om. B* sacro *CV* 18 opere *B* usus *om. αV* 20 insinuastis *Ma.r.* 21 putabat *α,Vp.r.* enim *om. HBZ, s. l. V* 22 feruentem (*s. l* frequentem) *Z* 24 multitudini *om. A* 26 deputabat *C* de*putabat *V* deputabant *A* bellorum *αV* militia *αV* 28 simul *om. H, s. l. B* 29 angustiis (an *s. l.*) *B* etiam *om. H*

necesse erat insidiantium fraudi occurrere, periculi aliquid in se excitaret, cum amplius proficeret, si spectator belli adesset, cum unusquisque promtius sibi decernendum arbitraretur sub oculis Caesaris proeliaturo. omnia enim, quae circa templum gererentur, uelut in theatro quodam, ex loco Antoniae desuper uisebantur. inflexus ad eam Caesar sententiam Cereali mandat negotium, ut praetendentibus circa templum Iudaeis hora noctis nona superueniret, ceterosque hortatur studiose ingruere certamini, se quoque dimicantum meritis non defuturum, cum desuper aut ignauiae cuiusque
2 testis aut uirtutis arbiter pugnam examinaret. Cerealis praescripto tempore impigre adest, sed custodes uigilantes repperit. proelium conseritur, siquidem et intra templum siti non indormiebant, et congredientibus qui excubias obibant, facile ceteri sese ad bellum pararunt. conferto agmine instabat Romanus. Iudaei, dum claustris atque angustiis nituntur, ne circumuenirentur, percursabant diuersa, ut frequentius sibi a suis esset periculum, dum in tenebris non cognoscerentur, et plerumque transfigerentur a sociis, dum hostes putantur. quis enim nocte discerneret socio an hosti occurreret, cum interrogare serum esset, cauere utile, consultum praeuenire? et tolerabilior culpae exitus errare in alieno uulnere quam proprium neglegere periculum, ubi hostis timetur. ancipiti itaque per noctem periculo laborabant Iudaei uel quod inferret hostis uel in quo socius erraret, nec minore per diem pernicie adflictabantur: nocte plus erat a suis periculi, per diem Romanus uehementior aderat, quem totius spectator certaminis Titus uel tacitus urguebat. in horam quintam pugnatum est acriter Iudaeis quoque strenue bellantibus, ut neutra pars loco cederet.

§ 2 cf. BI. VI 136—147
15 cf. Verg. Georg. III 369 23 cf. Verg. Aen. X 781

3 cum] cum quo *M*, quo *BZ α V* decernendum sibi *B* decertandum *α V* 5 gerentur *H* loco, *add.* ad *eras. M* 7 ceriali *ut infra B* caereali *ut infra HZ* 10 cuiusce *HZ α, V p.c.* 13 reperit *α V* 14 dormiebant *α V* subibant *Z* 15 sese ceteri *CV* se ceteri *HBZ* parabant *B* 16 manus (*s.* romanus) *B* cum de claustris *H* claustri *M* 17 intuuntur *M* percurrebant *Z* percussabant *CV* 22 et tolerabilior *in ras. B* 23 eligere *M, H a.c.* 26 minori *B p.c.* pernicie—diem *om. A Migne* 27 a *suppl. m3 M, om. H* 30 rebellantibus *HBZCV*

XXXVI. Dum haec inter se proelia gerunt septem dierum spatio depositis omnibus, usque ad fundamenta terrae, quae castro, cui nomen Antoniae, Herodes inmuniuerat, latior facta est uia, quae ad templum ducebat, ut non solum percursandi militibus esset facultas sed etiam munimentis constituendis et coaceruandis aggeribus quantum esset necessarium locorum pateret, quo pulsarentur etiam templi summa fastigiorum. per quae Romanis intentius immorantibus, cum intolerabili fame urguerentur Iudaei, coeperunt insidiari Romanorum iumentis. si quis bellatorem equum pabulo laxauerat aut mulum leuando oneri necessarium, rapto auertebant, nec solum cibus eis dispendio Romanorum sed etiam militiae flagitio pariebatur. cuius incuriae probrum in exordio statim praescripto necis supplicio Caesar remouit. fraudem tamen peruicaciae non compescuit. ex- 2
clusi enim ab huiusmodi rapinae necessario esurientibus alimento, herbarum subsidia captantes, destruendum murum, quem circa pomerium Titus duxerat, excogitarunt ut uagandi et quaerendi radices arborum pabulorumque liberior fieret excursus, quos ad cuiusdam carceris uicem circuitus muri clauserat, nec erat iam quo famem leuarent. obrepunt itaque excursu repentino, ad montem Oliueti ingruunt praetendentibus. nec illi commisso defuere muneri et tubae classico de ceteris castrorum aut turrium munimentis alios accersunt ad proelii societatem. conseritur pugna acrior in principio, dum pudor hos illos fames urguet

XXXVI § 1 cf. BI. VI 149—155 § 2 cf. BI. VI 157—163

10 cf. Verg. Georg. II 145 *et sim.*; Ouid. Metam. XV 368; Tac. Germ. 14

2 depositos *Ba.c.* 3 antoniae (-a *B*) nomen *Mp.c.m3,HBZ,Cp.c.* **minuerat *M* inminuerat (*ex* -et) *H* munierat *B* inmunuerat *Bp.c.,Z* imposuerat *αV* immuniuerat *Ascensius 1510* 5 facultas] *add.* est *eras. M* 10 bellatorum *αV* 11 leuando *in ras. m3 M* 12 raptu *Mp.c.m3* raptum *H* rapto (*s. l* raptu) *Z* 15 peruicaciae—rapinae] puto peruicacem puto et necessario per uicu quae non conpescuit. exclusi enim ab huiusmodi ramno en puto et *A* peru (f *H*) icatium *HBZ* 16 rapina *HBZ* 18 murum quem] murumque *M* pomarium (i *s. l.*) *B,Zp.c.* induxerat *B* excogitauerunt *αV* 19 uaganti et quaerenti *MZ* uagandi eis quaerendique *B* et *om. A* 21 leuaret *Ma.c.m3* 22 itaque, *add.* et *HZ* praetendentibus et *B* 23 praetendentibus *om. B* 25 arcessunt *HBZ* accersiunt *αV* 26 famis *Ba.c.* urgeret *αV*

saeuo imperio ac necessario. sed confluentibus Romanis repelluntur Iudaei atque ad urbis suae muros reflectuntur. tunc unus e turma equitum — Pedanius nomen ei — concito equo dexteram extendit et se paululum inclinans unum de Iudaeis fugientem suspendit, captiuum Caesari ferens, gloriosaeque uictor rapinae uelut lepusculum aquila aut accipiter fulicam ante pedes Caesaris uiuentem deiecit. quo delectatus admodum Titus laudatum eum et honoratum dimisit.

XXXVII. Iam circumfusae templum ardebant porticus. ubique luctus ubique mors, foris bellum, intus supra bellum et incendium. nec frangebantur animis Iudaei, putabant uindictae perire quidquid sine fraude gererent uel insolentia. quando aliter iam nequibant, lacessebant Romanos ad
2 excidii celeritatem. Ionathes quidam exiguus corpore, de spectu dignior, iuxta Iohannis sepulchrum prouocabat Romanos, ut secum qui uellet manu decerneret. aliis despicientibus pauxillitatem hominis, aliis fastidientibus cum eo decertare, quem continuo captiuum habituri forent, aliis considerantibus periculoso certamine rem geri cum uiris, qui in extremis salutis non aliqua fortitudine sed sola temeritate uindictam quaererent, nihilque laudis futurum, si uinceretur excidio finitimus, et plurimum dedecoris, si quis lapsu aliquo communem uictoriam turparet, iactabat se insolentissimus et metum obiciebat uictoribus conuicia serens, quod non suis uiribus sed alienis auxiliis Romani inniterentur, nec Iudaeos bello hostium sed domesticis adflictos seditionibus. erat in numero militum Romanorum Pudens nomine, qui praestrictus inanibus contumeliis, dum

XXXVII § 1 cf. BI. VI 164—168 § 2 cf. BI. VI 169—176
3 sqq. cf. Verg. Aen. XI 741 sqq.

1 ac *om. codd., add. Ascensius 1510* ac—Iudaei *om. A* necessario. *om. H, s. l. B* necessarios *CV* 3 pedianus *M* nomine *HB* ei *om. HB* 4 dextrum *αV* 10 templo *B* 15 ionathas *HZ* ionathis *B p.c.* 16 prouocat *Ca.c.* 17 uelit *B* uellent *αV* decertare *CV* decertarent *A* 18 paxillitamen *B* pusillitatem *Bm2, αV* 19 captum *B* 21 solam temeritatem *Ma.c.* 24 turbaret *Z* 26 ferens *BαV* 27 niterentur *αV* 29 perstrictus *M p.c.m3, CV* perstinctus *A* inani nibus *CV*

inconsulte pudori consulit, salutem neglexit atque ipsa indignatione incautior uulneri patuit fususque in terram incussit sociis uerecundiam, insultationis quoque causam Ionathae simul et mortis reliquit. namque is successu laetus certaminis et pompam adtollens triumphi, dum tripudiat atque exultat concussoque clypeo simul et gladio proludit, excitauit in sua uulnera centurionem Priscum, qui superba et tumida iactantem non tulit atque incautum uictoria penetrauit ictu sagittae. quo stratus Ionathes docuit in proelio neminem inrationabiliter insultare oportere, ubi uictoris et uicti condicio incerta, donec bellum clauditur.

XXXVIII. At in urbe interiore cum hostem intra muros cernerent altissimis eminentem aggeribus uniuersisque imminentem moenibus et tamquam uulnus in corpore ita periculum introrsum pergere reformidarent, intercidunt porticum septentrionalem ex ea parte, qua adhaerebat Antoniae, ne per ipsam hostis in templi superiora ascenderet uel in inferioribus sitos superior urgueret, et proxima quaeque demetunt, ne populantibus incendiis templo finitima etiam templum ipsum ignis depasceretur, atque intercisa igni exurunt. ita quod ab hoste metuebant priores coeperunt. Solomonis quoque porticum ad fraudem pararunt, ut culminum interiora replerent pice ac bitumine, quae intra fornicem summi laterent fastigii, simulatoque quod eam uellent defendere et frequenter hostem incessere sollicitant Romanos atque in sese excitant. illi admotis scalis summa porticus petunt, Iudaei loco paulatim cedere quo plures Romani ascenderent. hi certatim inrepere, tamen prudentiores suspecti dolum cauere, sed uulgus uictoriae intentum

XXXVIII § 1 cf. BI. VI 164—165 § 2 cf. BI. VI 177—185

1 consulto *B* consuluit *B* 4 his *Ma.c.m2* 5 pompa *MC a.c.m2*, (*add.* se) *B* 6 concussusque *Ca.c.* 7 prius eum *M, Cp.c., AV* priuscum *Mp.c.* superbia *Ma.r.* 9 quo] equo *B* 12 orbe *A* hoste *Ma.c.m3* 15 formidarent *HBαV* 16 quae *HZαV* herebat *B* 18 situs *M, Ba.c.* sitas *H* 19 demunt *B* templo] templis *B* 21 exurant *αV* 22 salom. *HBZα* salam. *V* pararunt *om. B* 23 uitumine (*hic et in p. 380, 3*) *Ma.c.m2, C* fornacem *αV* 24 summissi *CV* summis *A* 25 frequentes *MZ* incesserent *HBZαV* 26 illi] alii (*s. l.*) *B* 27 quod *MZA* plus *H* 28 statim (*s.* certatim) *Z* 29 incentum *M*

praefestinare. ubi res fraudi calere uisa, plurimis quasi inter retia locatis, admouetur ignis fornicibus interioribus atque adultus pice et bitumine et ceteris incendii nutrimentis in totam diffunditur porticum. circumuallant flammae uictores Romanos, ut nec resistendi facultas suppeteret nec fugiendi copia. quid facerent non reperiebant. spectabat Titus suos periclitantes indignans quidem quod iniussi ascenderant, sed miserans quod uictores perirent. plerique se praecipitio dabant, sed, ubi incendium euaserant, fractis cruribus conlisi corpore moriebantur, miserius erat si debiles superuiuerent. uolebat subuenire Caesar nec poterat, hortabatur tamen proximos, clamabat ut auxilio suis essent. has uoces, hunc dolorem Caesaris pro supremo illi habebant solacio. hoc erat morituris uiaticum, hoc se uelut sublimi solantes sepulchro ad mortem festinabant, quod in uisceribus Caesaris reconderentur nec uita eorum periret, quorum uiueret gloria, qui morerentur pro Caesare relinquentes sui hereditatem triumphum. itaque alii circumueniebantur ignibus, alii praeueniebantur, nec longe hostis qui flammas fugientem feriret.

XXXIX. Longus tamen uir egregiae uirtutis cum prouocaretur a Iudaeis, ut sese his committeret, promissa salutis securitate, maluit se transfigere gladio quam maculare probro Romanae indolis fortitudinem. Artorius autem satis astute uoce magna clamauit Lucium dicens: 'heres mihi eris, si me decidentem exceperis.' at ille miserandus occurrit ruenti atque in se morituri necem transfudit. uere bellicum testamentum, non atramento scriptum sed sanguine, nec in charta sed in mucrone, quod heredem praemisit; magnum

XXXIX cf. BI. VI 186—192

1 res *in ras. m3 M* fraude *Z* calere (r *s.* l *m3*) *M* calescere *B* callere (*s.* l calere) *Z* cauere *αV* quasi] qui *B* inter *om. αV* initia *B* 2 locati erant *B* fornacibus *BαV* 3 et *alt. om. αV, sed* ceterisque *A* 4 circumuallant (circum *s.l.*) *B*, (uallant *s.l. m2*) *C* 6 repperiebant *MHB* 7 ascenderent *CV* 10 misertus *B* 11 superuenirent *B* 13 summis, *deinde* supremo, *tum* summo *m2B* 17 uiuere *Ma.c.m3* 18 hereditate *α*, *Vp.r.* 20 fugientes *C* 21 longinus *Mp.c.m3*,*αV interpres Syrus* 25 Lucium] latium *B* 26 deicientem *αV* 28 atromento *CV* 29 carta *HBA*, *Zp.c.* cartha *CV* chosta *Za.c.*

plane ingenium, ut inueniret uoluntarium mortis uicarium. incensa est itaque porticus usque ad turrem, quam Iohannes cum bellum aduersus Simonem gereret, exaedificauerat super portas regiae domus, quam Ezechias sibi rex ad habitandum condidit. reliquam eius partem ipsi diruerunt Iudaei. sequenti quoque die a Romanis exusta est omnis porticus septentrionalis usque ad porticum orientalem. nam cum suis ipsi manus inicerent aedificiis, docuerunt Romanos alienis non parcere. nuda erat iam templi facies et saeua 2 hominum fames. insidiabantur sibi inuicem, quis cui raperet cibum. ubi alimenti suspicio, ibi bellum inter domesticos pugnabatur pro cibo. necabantur carissimi, discutiebantur defuncti, ne quis intra amictus eorum cibus lateret. simulare aliqui mortuos aestimabantur, ne uiuentes habere aliquid alimenti suspectarentur. sed ne uiuentes quidem aut uitae fungi munere aut mortem simulare poterant, uerum aperto ore sicut rabidi canes aurarum captantes spiramina huc atque illuc circumferebantur inopia duce. saepe etiam quasi ebrii in eadem domicilia regrediebantur, ut iterum quae uacua reliquerant perscrutarentur. et cum alia famis solacia non reperirent, detrahebant coria scutis ut cibo essent sibi quae praesidio non essent. mandebant calciamentum, nec pudor erat solutum pedibus ore suscipere et lingua lambere. uetustae quoque paleae, quae olim proiectae fuerant, non mediocri studio requirebantur et si quis reppererat, grandi pretio mutabat.

XL. Quid adoriar dicere factum Mariae, quod cuiusuis barbari atque impii mens perhorrescat? ea erat de locupletibus feminis regionis Pereae, quae trans Iordanen iacet. belli terrore oborto cum ceteris se in Hierosolymitanam urbem contulerat, quo esset tutior. eo quoque suas deue-

XXXIX § 2 cf. BI. VI 193—198 XL § 1 cf. BI. VI 199. 201—208 (Sen. Thy. *passim*)

5 cf. II* Par. 29, 3(?) 17 cf. Verg. Aen. VII 493 sq. et Georg. I 376

1 inuenerit *H* uoluntarium *mg. B* 4 ezecias *Ca.c.* 5 eius *om.* αV 8 manum αV 13 similare *Ma.c.m3* 15 nec α nec**(ui) *V* 21 repperirent *M* reperirentur αV toria *Ma.c.m3* ut] et *M* cibo esse *M* 23 solitum *A* 25 qui αV 26 reppererat *sic MHZ* proemio *H* 28 perhorreat *M*αV locupletioribus αV 29 perea *M*αV 31 quod *Z*

xerat opes, quas principes factionum certatim inuasere. alimentorum etiam si quid pretio quaesierat, de manibus eruebatur. exagitabatur a perditis, dira inprecabatur, uolebat mori sed percussorem non inueniebat. malebant insultare diutius, adfligere grauius quam cito perdere. putabant quamdiu uiueret praedam fore. defecerant iam omnia et deliciis adsueta asperiora palearum uel coriorum dura non emolliebat. saeua fames intimis se infudit medullis, exasperauit umores, mentem exagitauit. habebat mulier infantulum quem genuerat. uagitu eius excita quae se et paruulum commacerari uideret, tantis uicta immanitatibus atque inpar tam atroci calamitati affectum amisit et pietatis genitalis usu oblitterato dolorem absorbuit, furorem adsumsit. conuersa itaque ad paruulum iam matrem oblita et furens animi sic ait: 'quid tibi faciam, paruule, quid faciam tibi? saeua te circumstant omnia, bellum, fames, incendia, latrones, ruinae. cui te moritura credam aut cui te tantillum relinquam? speraueram quod, si adoleuisses, me pasceres matrem aut sepelires defunctam, certe, si praeuenires obitu, quod ego te pretioso tumulo meis manibus includerem. quid agam misera? uiuendi tibi ac mihi nullum uideo subsidium. omnia erepta nobis, cui te reseruabo? aut certe quo condam sepulchro ne canibus alitibus uel feris praeda sis? omnia, inquam, erepta nobis. potes tamen, dulcis meus, et sic matrem pascere, idoneae ad cibum manus tuae. o suauia mihi uiscera tua, artus iucundi, priusquam uos penitus consumat fames, reddite matri quod accepistis, redite in

15 cf. Verg. Aen. V 202 23 cf. Verg. Aen. III 67 sq. IX 485 sq. 23—383, 2 complectar cf. Ambros. De obitu Valent. 58 27 sq. cf. [Quintil.] Decl. mai. XII 27 (p. 244 Lehn.)

1 quas] quam *HZ* 2 quaesiuerat *HZ* quaesiuerant *CV* 3 perditis (*s. l* perfidis) *Z* 5 putabat *Ma.c.m3* 6 uiuerent *HCV* praeda *Ma.c.m3* 9 ui mores *MCV* mores *AB* humores *HZ, Bp.c.m2* 12 atque *om. B* inpar tam] inparta *Mp.r., B* (*s. l* in partu) *Z* inparata *CV* imperata *A* inpar tam *Ascensius 1510* tam atroci (nalis *s. l. ut sit* matronalis) *B* calamitate *Mp.c.m3, A* calamitatis *B* 13 genitali *αV* oblitterato *HZαV* 14 conuersa itaque] conuersaque *Ba.c.* iam] *add.* se *s. l. m3 M* matre *Ma.c.m3* 19 sepellires *C* 20 praetiosolo *Ca.c.m2* includere *Ma.c.m3* 21 uiuenti *M* ac] uae *A* 22 omnia] *add.* enim *B* erepta nobis cui te *ex* tamen erepta sunt *M* 26 tua *exp. Z, om. HBαV*

illud naturale secretum. in quo domicilio sumsisti spiritum, in eo tibi tumulus defuncto paratur. ipsa complectar quem genui, ipsa exosculabor, et quod inpatientia amoris habet, habeat uis necessitatis, ut ipsa deuorem meos artus non simulatis sed inpressis morsibus. esto ergo cibus mihi, furor latronibus et uitae fabula, quae sola deest nostris calamitatibus. quid faceres, fili, si et tu filium haberes? fecimus quod pietatis fuit, faciamus quod suadet fames. tua tamen causa melior et quaedam pietatis species, quia tolerabilius est quod matri dederis cibum uisceribus tuis, quam quod te mater aut occidere potest aut deuorare.' haec dicens auerso uultu gladium demersit et in frusta filium secans igni imposuit, partem comedit, partem operuit ne quis superueniret. sed nidor incensi peruenit ad principes seditionis 2 continuoque odorem secuti introierunt mulieris hospitium minantes necem, quod ausa esset ipsis ieiunantibus edere atque eos exortes facere cibi quem repperisset. at illa: 'partem', inquit, 'uestram uobis seruaui, non fui auara nec inhumana. nolite indignari, habetis quod et uos edatis. de meis uobis uisceribus cibum paraui. considite ocius, mensam adponam, mirari habetis ministerium meum, iudicare quod talem nullius inueneritis mulieris affectum, quae uos nec dulcis filii fraudaret gratia.' simul dicens redoperuit ambusta membra et epulanda obtulit cum adhortatione huiusmodi sermonis: 'hoc est prandium meum, haec uestra portio, uidete diligentius ne uos fraudauerim. ecce pueri manus una, ecce pes eius, ecce dimidium reliqui corporis eius, et ne alienum putetis, filius est meus, ne alterius opus arbitremini, ego feci, ego diligenter diuisi, mihi quod man-

XL § 2 cf. BI. VI 209—211

2 cf. Sen. Agam. 26 sq.; Ambr. Hexam. V 3, 7 20 sq et 24 cf. Verg. Aen. IV 602

1 sum(p)sistis *HBαV* 2 tibi *om. B* 3 inpatientiam *Ma.c.* 7 filium] filios *Z* 8 faci**nus (*ex* faciamus; *s. l* fames) *B* fames (m *in ras. m2 C*) suadet *αV* 17 exortes eos *HBZαV* repperisset *sic MHB* 18 inquit *s. l. B* reseruaui *αV* auara fui (fui *s. l.*) *B* 20 consedete *HAZ* considete *CV,Zp.c.* 22 tale *MαV* nullis *αV* inueniretis *CV* inueniritis *A* mulieribus *αV* 23 dulci *Ma.c.m3* fili *Ma.c.m3* fraudarit *H* fraudauerit *B* dicens] *add.* gratia *A*, et *B* 24 (a)epulando *MH* aepulandum *B* aepula (*add.* nda *s. l.m2*) *C* 27 una *om. A* 28 eius *om. HBαV* alium *B* 29 diligentes *Ma.c.m3*

ducarem, uobis quod reseruarem. numquam mihi dulcior, fili, fuisti. tibi debeo quod adhuc uiuo. tua suauitas animam tenuit meam, produxit matri miserae diem mortis. subuenisti in fame, tu munus supremae senectae, tu percussorum repressor. uenerunt necaturi, conuiuae facti sunt. habebunt et ipsi quod tibi debeant, cum epulas meas sumserint. sed quid refertis gradum, quid horrescitis animo? cur non epulamini quod mater feci? possunt et uos delectare quae matrem exsaturarunt. non esurio iam, postquam me filius meus pauit, abunde exsatiata sum, famem nescio. gustate et uidete quia suauis filius meus. nolite fieri molliores matre, infirmiores muliere. aut si uos in medio uulnere misericordes et non suscipitis hostiam meam atque auersamini holocaustum meum, ego consummabo sacrificium meum, manducabo quod reliquum est. uidete ne uobis opprobrio sit quod fortior uobis mulier reperta sit, quae absumeret epulas uirorum. ego quidem tales paraui epulas, sed uos sic epulari matrem fecistis. et me tenebat passio sed uicit necessitas.'

XLI. Repleuit continuo totam urbem tanti sceleris nefas et unusquisque tamquam ante oculos positum parricidalis conuiuii ministerium perhorrescebat. coeperunt et ipsi incentores seditionis examinare post haec quos raperent cibos, ne similes escas inuenirent et uelut inprudentes sumerent. coeperunt uniuersi timere, ne diu uiuerent, et mori uelle. peruenit etiam ad Romanos huius facti immanitas. nam 2 plerique hoc horrore perterriti ad hostem fugerunt. quo conperto Caesar exsecratus infelicis terrae contagium, manus ad caelum eleuans, talia protestabatur: 'ad bellum quidem uenimus sed non cum hominibus dimicamus. aduersus

XLI § 1 cf. BI. VI 212—214 § 2 cf. BI. VI 215—219
14 cf. II Mach. 1, 23 17 cf. Verg. Aen. VI 604

3 meam] *add.* et *HBZαV* matris *HBαV* 4 manus *M* suppremae *MαV* supremum *HBZ* 8 fecit *B* delectare] *add.* aepulae *B* 9 non esurio *s. l. B* iam *s. l. m2 M* 10 meus *om. B* 11 suauis] *add.* est *BA* 12 uos] *add.* estis *B* meo *Mp.c.m3,HBZαV* 13 uulnere] *add.* estis *s. l. Z* 14 ego—meum *om. Weber-Caesar* 17 adsumeret (assumeret *m3*) *M* 25 ne] *add.* ibi (*ex* ubi) *Z* et *om. M* uellent *HZ* 27 hoc *om. H* fugerant *H*

omnem rabiem beluarum ac ferarum, quid sensibilia loquar? aduersus omnem rupium immanitatem decernimus. diligunt ferae fetus suos, quos etiam in fame sua nutriunt, et quae alienis corporibus pascuntur, a consimilium ferarum abstinent cadaueribus. hoc ultra omnem acerbitatem est, ut membra quae genuit mater uorarit. mundus ego ab hoc contagio tibi me absoluo, quaecumque in caelo potestas es. scis, scis profecto quia intimo affectu pacem frequenter obtuli et quod non pudet dicere uictor rogaui, quia parcere etiam ipsis tantorum prodigiorum auctoribus uolui, parcere populo, urbem seruare. sed quid facerem repugnantibus, quid facerem aduersus suos furentibus? positis plerumque armis, quia illi a suorum caedibus non desinebant, in bellum reuerti ut liberarem obsessos, non perderem. ipsi nos de muris hortati saepe sunt dimicare ne grauius a suis perirent. quales sunt ciues, quibus hostis remedio est? audieram equidem intolerabilem huius esse populi ferocitatem, qui incredibilibus se opinionibus in omnem excitet insolentiam, de caelo se genus ducere, ibi primum induisse corporis formam, caeli se fuisse incolas, descendisse ad cultus terrarum, de terris ad caelum redire, transisse per maria sicco pede, fugisse ante se fluctus maris, conuersa Iordanis fluenta in suum fontem recurrisse, stetisse solem ut hi hostes suos uincerent ne nox impediret, raptos in caelum igneis curribus suos, caeli proeliatas pro se potestates, et absentibus his uniuersas hostium fusas copias, dormientibus partam uictoriam. haec conpereram, sed putabam quod diuina circa se iactarent beneficia, non usque-

2 sq. cf. [Quintil.] Decl. mai. XII 27 (p. 244 Lehn.) 6 cf. II Reg. 3, 28 *sim.* 7 cf. *Luc. 21, 26 *Matth. 24, 29 19 sqq. cf. II Mach. 7, 9. 11 21 sq. cf. Hebr. 11, 29 22 sq. cf. Ps. 113, 3 23 sq. cf. Ios. 10, 13 24 sq. cf. IV Reg. 2, 11 25 cf. *Luc. 21, 26 *Matth. 24, 29 II Mach. 10, 29. 30; 11, 8 sqq. 26 sq. cf. IV Reg. 19, 35

1 rabiem *om. H, s. l. B* beluarum rabiem *Z* loquor *H* 2 decertamus *αV* 3 fetos *Ma.c.m3* in *om. MαV* sua *om. HB* 5 omne *C* est *om. H, s. l. B* 6 uoraret *HBZαV* 10 prodigorum *Ca.c.m2* uolui *s. l. m2 C* 11 repugnantibus *mg. B* 12 quid facerem *om. B* suos] *alt.* suos *add. s. l. m2 C* 13 illi a] illa *Ma.c., αV* desinebat *Ca.c.* 16 remedium *B* 17 quidem *Ba.c., αV* esse *s. l. B* 18 excitat *Z* 19 et *ante* de *MαV* de] e *A* prius *A* 21 transisse] *add.* se *MZ* 22 se *om. αV* 23 recucurrisse *BZ* 25 suos (o *in ras.*) *B* proeliatas pro se caeli *HZ* proeliatos *Bp.c.* proscli (aduersum *s.* pro) *B* 27 paratam *αV*

quaque audaciam extenderent, ut se nec a Romanis uinci posse arbitrarentur. agnosco itaque cum his nobis esse proelium, qui se insuperabiles credant, qui se iactent diluuii superstites, heredes fluminum, terrarum hospites, uiatores aequoreos, ascensores aethereos, quibus unda murus est, aer uia, caelum habitatio, flammae cedunt nec uincula tenent. sitientibus petra soluitur ac sese fundit in potus, esurientibus caelum aperitur, cibus mittitur, carne uolatilium castra implentur et p a n e m a n g e l o r u m manducat h o m o. stringuntur liquentia, amara dulcescunt, sol statuitur, tenebrae inluminantur. postremo quid amplius potest esse, quando his deesse audacia potest, qui, ut aiunt, mortui uiuunt et sepulti resuscitantur? aduersus diuina quoque conspirasse hos homines opinio frequens, et poena indicio est. ardent hodie quoque terrae propter incolarum impietatem, plerosque etiam ex istis hiatus soli absorbuit. quamdiu igitur in his locis moramur, ubi et terrarum ruina est? uidimus et mare mortuum, uidimus etiam mortua terrarum nascentia, humum aridam, uirentium fructuum umbras inanes, foris gratiam intus fauillam. quis dubitare potest quod apud inferos uersemur, apud quos etiam elementa moriuntur ipsa? quin etiam, quae post mortem uiuere solet, apud hos naturae pietas mortua et superstes defunctis religio. quis enim parentes non etiam mortuos diligat? quis etiam amissos filios non amet et loco pignorum teneat? manet affectus, etsi pignus obierit, perseuerat nomen, naturae gratia non intercidit. apud hos uero nec uiuentem mater reco-

5 cf. Ex. 14, 22. 6 cf. Dan. 3, 23. 24 6 sq. cf. Ex. 17 et 16 9 cf. Ps. 77, 25 10 cf. Ex. 15, 23—25 Ios. 10, 13 Ex. 13, 21 12 sq. cf. III Reg. 17, IV Reg. 4, Ezech. 37, II Mach. 7, 9. 11, BI. I 650 14 sqq. cf. Gen. 19, 24—25 BI. IV 484 15 sq. cf. * Num. 16, 30 (32), Ambros. Epist. 63, 52.

1 tenderent *Ca.c.m2* 3 *sec.* qui] cum *HBZαV* iactitent *Z* diluuiis *αV* superstetisse *B* 4 fulminum *HCV* equoris (e *s. l.*) *B*, *A* 5 (a)etherios *MBp.c.m2*, *HZCV* aetheribus *A* 7 ac *om. B* 8 impletur *Ma.c.m2*, *C* 9 pane *C* 12 his *om. B* qui ut] quia ita (ta *ex corr. m3*) *M* 13 hos *om. H* 14 *sq.* quoque hodie *HZ* quoque *om. B* 16 soli] olim *M* 17 ubi—est *om. A* ubi terrarum *MαV* uidemus *HZ* 18 uidemus *HZ* etiam] et *B* 22 quae *om. αV* 23 superstes] *add.* est *αV* 25 pignerum *M* pignore *A* 26 *in* obierit perseuerat *a m3* it pers *M* nomen *a m3 M* 27 uero] uiros *Z*

gnoscit filium, nec appellantem audit, nec uagientis miseretur et propter unius horae exsecrabilem cibum parricidales inicit pignori manus. sed quid quasi nouum arguo, cum a parricidio fraterno generis sui numerent exordia, cum ipsius Abrahae, quem appellant patrem et disciplinae auctorem ac sui principem cultus, in eo maxime fidem praedicent, quod nec filio parcendum putauerit eumque sicut hostiam aris admouerit atque holocaustum offerre non dubitauerit? non condemno deuotionem sed quaero pietatem. alium quoque e suis uouisse aiunt uictorem, ut quidquid sibi primum occurrisset domum reuertenti, immolaret deo suo, et, cum rediret, occurrisse filiam atque illum iniecisse filiae manus, multaque alia huiusmodi exempla. qualis ista gens, quae religioni tribuat hominis necem et sacrificium putet esse parricidium? quis deus hoc possit exigere aut qualis sacerdos, qui hoc possit deferre? denique ueterem illum quasi prudentiorem non fecisse aiunt sed uoluisse, istum quasi inconsultiorem perseuerasse. habeant suos ritus: duri tamen homines, apud quos disciplina est filios occidere, infelix ciuitas, in qua talis officina, tale ministerium est. operiant eam ruinae suae atque abscondant, mundi ipsius contagionem ne sol uideat, ne stellarum globus spectet; ne maculentur aurarum spiramina, purgatorius quoque ille exsurgat ignis. Thyesteas dapes fabulam putabamus, flagitium uidemus, ueritatem cernimus atrociorem tragoediis. ibi enim firmior sexus et partis alienus, hic mulier, cui partus proprius fuerit cibus. ibi aliena fraus, hic propria uoluntas. ille doluit, haec insultauit. digna talibus uiris esca, qui pertinaciter bellando mulieres suas ad tale perduxerunt

3 et 12 cf. *Gen. 22, 12 4 cf. Gen. 4 7 sq. cf. Gen. 22, 12 Verg. Aen. XII 171 9 sqq. cf. Iudd. 11, 30 sqq. Ambros. De off. ministr. III 12, 78. De uirginit. 2, 5. Apol. Dau. 4, 16 19 sqq. cf. [Quintil.] Decl. mai. XII 28 (p. 244 Lehn.)

1 uagienti αV 3 pignori *s. l. Z* pigneri *CV* quid *om. M* a *om. HB*αV 4 fraterni *M* 10 aiunt] sequuntur *B* 11 deo suo *om. H, mg. m2B* 13 alia *om. A* 17 aiunt] sequuntur *B* quasi *s. l. Z* 18 inconsultorem αV 20 in qua talis] in quali *B* tale officium αV misterium *B* 21 sq. cogitationem αV 22 solem *Z* ne *alt.*] nec *Ha.c.* globos *Z, Ba.c.* expectet *Ca.c., A* 23 ille *om. B* exurat *HBZCV* 24 putamus αV 26 infirmior *MZ*

conuiuium. equidem eos tantis malorum afflictos acerbitatibus iam furere arbitror mentisque impotes factos qui haec non sentiant. quare maturius bellum conficiamus. quia emendari non queunt, ingruamus instantius, ut fugiamus regionum istarum morientes aquas, terras ruentes.'

XLII. His dictis admoueri templo arietes iubet, sed nihil ualidi ictus proficiebant. plerique tamen territi de ipsis seditionum principibus confugere ad Caesarem, quos Titus magis necessitate compulsos, non quasi promissum secutos dubitauit suscipere, sed fides temperauit iracundiam. non eo loci tamen habuit, quo perfugas superiores, intentiusque urguere suos coepit, ut uniuersi hostium discederent perculsi metu. sed ubi parietes inoffensos ab ictu arietum mole sua uiderunt manere, aluerunt audaciam, ingenio tamen Caesar praeueniens ianuas argento opertas succendi
2 iussit. quibus igne admoto argentum defluere coepit, deinde paulatim etiam lignum ardere, sic in porticum interiorem aditus patescere. sed miseratus Caesar, ne finitimis interioris uestibuli porticibus comprehensis templum exureretur, ad consilium uocauit duces exercitus dicens, non cum in-
3 sensibilibus sibi certamen esse nec bellum cum aedificiis, quae uictoribus proficerent, si inexusta reseruarentur. duces tamen adserebant ualiditatem parietum et munitionem templi Iudaeis in reliquum quoque incentiuo futura, quibus esset grata insolentia; radices rebellionis eruendas funditus,
4 ne iterum temeritas recrudesceret. distulit tamen Caesar consilii tractatum in posterum diem. uerum Iudaei se infundendos putarunt, sed Romani consertis clypeis quamuis

XLII § 1 cf. BI. VI 220—222. 229—232 § 2 cf. BI. VI 232. 236. 241 § 3 cf. BI. VI 239 § 4 cf. BI. VI 243—248

1 et quidem *A* eo *Ma.c.m3* 2 fuere *Ma.c.m2* 3 quia] qui *A* quae *Ca.c.*, *V* 4 mandari *Ca.c.*, *V* aemandari *Cp.c.* 5 ruentes terras αV 7 proficiebat *Ca.c.* 9 magis] tamquam *HB* tamquam magis *Z* 13 ab iectu *Ma.c.m3* obiectu αV 14 maluerunt αV 15 coopertas *A* incendi *MH* 18 metuens (miseratus *s. l. m2*) *B* interiori *M* 21 esse certamen αV 23 adferebant *B* 24 incentiua *HA* incentiuum *Ba.c.* incentiuos *CV* futuram *Z* 25 grati*(a *s.* *) insolentiae *B* 27 postremum *Ha.c.*

pauciores impetum primum sustinuere. nutabat tamen acies concursu innumerabilis multitudinis. unde Caesar cum equitibus propteradfuit proterens facile quos repperisset atque hostile agmen reflexit. eo fretus quia iam pateret uestibulorum portio, maiore suorum manu sequenti die dis- 5
posuit in hostem inrumpere, templum succedere. quod factum eripuisset urbem incendio, nisi laeua mens populi flammas in se hostium prouocauisset. iubet enim Caesar restingui ignium globos, ne inrupturis impedimento forent. quod uidentes Iudaei, dum insidiantur uolentibus incendia templi restinguere, caesis aliquibus hostem accenderunt. unus itaque de Romanis semiustam nanctus materiem, quae de fastigio deciderat, adulto igne portae admouit quae aurea nuncupabatur, quod auro uestitas haberet fores. lique-
factus ilico flammis auri rigor lignum nudauit, quod uelut intecto latere patuit incendio. exustis itaque ualuis in interiora se templi penetralia inseruit ignis. iamque portae eius uestibula lucebant. turbati omnes qui se templi munimine defensabant, trepidare ilico, et quaedam iam inclinatio
mentium erat, illum esse diem excidialem, quia ipso die quondam Babyloniis ingruentibus templum fuerat incensum, qui erat decimus dies Loi mensis, quem iam dudum inter funestos adnumerabant. in superiora quoque se aurarum spiramine ignis adtollens uictoribus laetitiam, uictis tanta
labe dignum dolorem infudit. clamor quoque exortus uni- 6
uersorum, nec multo post nuntius hostilis excidii manifestum reddidit Titum, qui se proripiens quanta poterat uoce

§ 5 cf. BI. VI 249—252 § 6 cf. BI. VI 253—259
7 cf. Verg. Aen. II 54 9 cf. Verg. Aen. III 574 15 cf. Verg. Georg. I 143

1 sustinere *Ma.c.m2,CV* nutabant *αV* 3 propterea defuit *M a.c.m3* propere adfuit *HBZ* prope adfuit *V* 4 hostile *om. H* 6 inruere *HB* succindere *Ma,c.m2* succendere *Mp.c.m2,HBZαV* succedere *coni. Weber* 7 laeua] mala *αV* 9 inruptis *αV* 11 accenderant *M* 12 nactus *HZ,Bp.c.* mariem *Ca.c.* 13 de *om. B* acciderat *Ma.c.m2* admouit portae (parte *A*) *αV* 14 nuncupatur *B* 19 defensebant *C,Vp.c.* defensebantur *A* trepidabant *Ba.c.* et] ac (?) *Ma.c.m3* ut *αV* qua*dam *M* inclinatione *M* 20 diem templo esse *B* diem esse templo *HZ* excidiabilem (d *ex* t) *B* 21 quondam] *add.* de *αV* 22 loeim *M* loein (e, n *s. l.*) *B* loina *Z* loin *αV* quem] qualem *Ma.c.m3* inter] in *Ca.c.m2* 27 manifestum] *add.* tito *Z* titum *om. MHZαV*

restingui ignes iubebat. sed neque per tumultum audiendi facultas erat neque parcendi uoluntas, cum Romani milites uindictae studio feruerent notaque pietas Caesaris inoboedientiae metum suis demeret. nulli fraudi suis futurum, cum etiam hostibus ignosceretur. nutu tamen et manu Titus reuocabat quos poterat, mandabat aliquibus ut inhiberent impetus militum. sed ira duce adolebant incendium, hostem urguebant desperatione salutis iam sui prodigum et totum se expendentem periculis. uulgus maxime ignobile feriebatur, ubi cuique occurrerat, quia nullis munitum armis nec repellendo uulneri nec retorquendo idoneum erat.

XLIII. Fatigatus itaque clamoribus Caesar gradum rettulit, cum flamma adhuc conclauia templi depasceretur, quibus deustis in ipsam aedem se furens intulit. qua specie plerique exanimati, alii se in ipsos mersere ignes, quorum oculi ferre non poterant ut superstites templo reseruarentur. rursus cucurrit Titus cupiens cuiusmodi aedes esset circumspectare. cuius gratia motus praecellentiorem fuisse templorum suorum operibus fatebatur. mirabatur saxorum magnitudinem, metalli nitorem, uenustatem operis, gratiam pulchritudinis. nec immerito tantam fuisse celebritatem loci pronuntiabat, ut eo ex locis omnibus conueniretur, quia tantum non nisi dei summi crederetur esse domicilium. adiungebat honos fidem religionis, quo etiam barbarorum gentes templum illud uenerabantur et inferebant munera. praedones religionis quae tamen tunc diripiebant sui et disperdebant, latrones inruentes in omnia, quae deposita uiduarum fuerant uel pupillorum, tamquam de uictoribus

XLIII § 1 cf. BI. VI 266. 261. 265. 271. 280. 260

13 sq. cf. Verg. Aen. IV 670 27 sq. cf. Marc. 12, 42 sq. (40)

1 extingui *H,Ba.c.m2* ignem *Bp.c.* iuuabat *Ma.c.m2* 5 ignosceret *Z* 6 mandat *A* inhiberet *M,Ba.c., αV* 7 ducti *B* 8 urg(u)ebat *αV* desperationem *MCV* prodigium *MV,Ca.r.* 10 ubicumque *Ma.c.m3* occurrebat *Ma.c.* occurreret *Ca.c.* nullis] *add.* periculum *del. m2 M* nullum *αV* 13 cum *om. HBZαV* depascebatur *HBZαV* 14 dictis *M* deiectis *αV* deuastis (*s. l* depastis) *Z* 15 examinati *Mα.c.m2, A* 17 esset aedes *Ca.c.,AV* 22 quia tantum *om. H* 24 augebat fidem honos *B* honor *HA* quae *αV*

uindicarentur, si quid ex praeda Romanis minueretur. templum quoque ardere conspicientes ipsi incendebant cetera, ne quod excidio templi superstes esset aedificium, religionis putantes si omnia cum templo perirent. nec adhuc tamen 2 Iudaei perfidiam deponebant, quae causa maioris exitii fuit. nam cum animi multorum inflecterentur, ut se facto agmine Romanis traderent, pseudopropheta quidam iactare coepit in excessu mentis suae templo suo diuina dei praesidia non defutura, uocare ad se populum uelut quodam oraculo, adhuc sese in templo suo manere, ilico repulsurum hostium cuneos, flammarum incendia. sic miseri, dum fideliter falsis circumuentionibus credunt, dedecores atque inutiles sicut pecora trucidabantur. qui si uoluissent credere, euidentia imminentis excidii signa habebant, quibus uelut claris uocibus admonebantur finem sibi adfore.

XLIV. Nam per annum fere supra templum ipsum cometes arsit, ignis et gladii quandam praetendens similitudinem denuntians quoque ferro et igni gentis et regni urbisque ipsius uastitatem futuram. quid enim similitudo gladii nisi bellum, quid ignis nisi incendium denuntiaret? uisus est autem priusquam populus a Romanis sese dissociaret. ipsis autem Paschae diebus Xanthici mensis octaua die et per singulas noctes hora circiter nona templum et ara eius ita lumine refulgebat quasi dies esset, per dimidium ferme horae cotidie manens, quod uulgus interpretabatur cumulandae gentis indicium uideri eoque inpulsi sunt tamquam tempus adforet libertatis recipiendae.

XLIII § 2 cf. BI. VI 285—288 XLIV § 1 cf. BI. VI 289—299 6 cf. Verg. Aen. I 82 12 cf. Sall. Hist. III 24 M. 12 sq. cf. Sall. Cat. 58, 21 13 sq. cf. II Mach. 14, 15 17 cf. Verg. Georg. I 488

1 uindicaretur *H* minuerentur αV 3 religioni deputantes *B* 4 tamen *om.* αV 8 dei *om.* αV 9 uocaret *CV* 10 sese] se *H* deum se (*eras.* se) *Z* 11 infideliter *HBZA* 12 inutiles] inulti *HBZ* 14 eminentis *M* 15 fore *M* 16 ferme *HBZ* 17 cometes* (*pr.* e *ex* i, *alt. in ras. m3*) *M* cometis *H* ignis et *eras. M, om. HB*αV quadam *Ma.c.m3, HB* quodam *CV* quondam *A* praetendens] pendenti *H* pendentis *B*αV similitudine *B* 18 nuntians *M* igne *Z* 21 est *om. B* se *H* 22 xandici *MHZCV* xantichi *A* undecimi (*s. l.* sancdici *m2*) *B* 23 et *om. B* horam *Z* nonam *Z* 24 ara (*pr.* a *in ras. m3*) *M* aram *CV* lumine (e *m3*) *M* 25 medium (dimidiam *p.c.m2*) *B* ore (*mg. m2* horam) *B*

prudentiores contra opinabantur, quia id genus stellae bellum soleat denuntiare. nec quisquam arbitretur aliena nos a cultu nostro et disciplina locutos, primum quia non quid nobis uideatur adstruimus, sed quid acciderit, quaeue opiniones tunc temporis fuerint, quid prudentes senserint quid inprudentes. neque cum de secta Iudaeorum aliquid dictum est, ita scriptum uideatur a nobis, quasi in ueritate cultus eorum non quasi in umbra et figura praemissos contexeremus, ut sequerentur perfectiora. nam de signis stellarum etiam in Euangelio docemur quia erunt signa in sole et luna et stellis. uitulae quoque partu adseruerunt, cum immolanda adstaret altaribus, in medio templi agnum editum in ipsis sacrorum quae supra memorauimus celebritatibus, orientalem quoque portam interiorem solido aere grauem, quae soleret ad uesperam uiginti uirorum multo claudi labore, obseratam uectibus ferreis, per aliquot noctes sponte reseratam, et uix postea a custodibus clausam. id quoque arbitrabantur plerique futurorum signum bonorum, quibus ingressuris porta aperiretur. consultiores autem aiebant custodiam templi resolutam uideri, ut quaecumque intus forent ab hostibus diriperentur, exiret cultus, introiret uastitas, euacuaretur celebritas, sacrificium destrueretur. quod etiam ante, cum crucifigerent Christum Iesum, liquido significatum lectio docet. post multos quoque dies figura quaedam apparuit inaestimabilis magnitudinis, quam plurimi circumspexere, sicut libri Iudaeorum manifestarunt, et ante solis occasum subito uisi in nubibus currus

8 cf. Hebr. 8, 5 10 sq.* Luc. 21, 25 12 adseruerunt = BI. VI 292 20 sqq. cf. *Esai. 13, 6 sq. 23 cf. Matth. 27, 51 26 libri Iudaeorum = BI. VI 296—297

1 quia] quod *HZ* id] hoc *Ba.c.m2* 2 ne *HB* 3 quia *om. B* 4 uidetur *Ca.c.* 5 opinionis *Ma.c.m3* fuerit *M* 7 uidetur *MHZ* 8 sq. contexerimus *M, Bp.c.m2* -xuerimus *Ba.c.m2* 11 in *s. l. B cum cod. Brixiano* in *ante* luna *add. HBZ ante* stellis *add. HBZαV* partum *M* parte *Ha.c.* 12 adserunt *αV* 13 agnam *Bp.c.* editam *Bp.c.* 16 obseratis *H,Ba.c.m2* 17 aliquod *MHBA* aliquas *Z* noctis *H* 19—21 consultiores—diriperentur *om. m1* consultiores—intus *suppl. mg. m2 C* 21 quaecumque *eras.* intus—diriperentur *om. V* 23 cum] quam *HBZA* 25 figurata *Ma.c.* 26 circuminspexere *Ma.c.m2* circumspicere (*ex* -spere) *C, V* circum inspicere *A*

et acies armatae, quibus totius Iudaeae regionisque eius urbes incursarentur. in ipsa autem Pentecostes sollemnitate ingredientes sacerdotes templi interiora nocturno tempore, ut sacrificia adsueta celebrarent, primo motum quendam sensisse se prodiderunt et sonum editum, postea etiam audisse repentina uoce clamatum: 'transimus hinc.' Iesus 2 quoque, Ananiae filius, ruricola uir, ante quattuor annos quam bellum Iudaeorum populus adoriretur, in summa pace urbis et abundantia, cum scenopegia sacrificiis sollemnibus celebrarentur, templum ascendens coepit clamare: 'uox ab oriente, uox ab occidente, uox a IIII uentis, uox super Hierosolyma et super templum, uox super sponsos et super sponsas, uox super omnem populum.' hoc noctibus et diebus uociferabatur. quo moti primores loci corripuerunt eum, terribile uocis eius indicium perhorrescentes, et plurimis eum suppliciis adfecere, quo saltem adflictus dolore desineret terribilia et plena prodigii denuntiare. at ille nec metu ullo nec uerberibus aut grauioribus interminationibus territus usum aut uocem mutauit. eadem denuntiationis perseuerantia contextione sermonum, nulla obsecrationis interpolatione, in isdem manebat iniuriae neglegens, affectu immobilis. quod nequaquam perfunctorium rati sed in excessu mentis, ut erat, exprimi, detulerunt ad loci iudicem, qui tunc temporis a Romanis per id locorum publica agitabat negotia. is rimandae ueritatis gratia grauissimis eum poenis exulcerauit, quo magis perseueraret eo uehementius

XLIV § 2 cf. BI. VI 300—309

1 armata *A* e quibus *ZA* iudae *A* 2 pentecosthes *C,Va.c.m2* 3 sacerdotes] *add.* in *HBZαV* 4 motu *M* 5 sensisse] se *om. Mα V* 6 audisse] *add.* se *CV* clamantum *Za.r.* transeamus *Bp.c.,Z* hiesus *HBCV* 7 annaniae *B* ruricula *MHZA,Ba.c.m2* 8 adoraretur *B a.c.m2* adoreretur *HCV* 9 scenophegia *HBZ* schenofegia *V* schenophaegia *C* scenophaniae *A* cum *ante* sacrificiis *add. exp. M* sacrificium *αV* 11 uentis] pinnis *H*, (*pr.* i *ex* e) *B, Z* 12 sponso *M* super *tert. om. HBαV* 13 sponsa *M* 14 quo *om. H* commoti *H* 16 adficere *MH* saltim *M* 17 prodigiis *ZAV,Ca.c.* ad *ex* ac *C* 18 illo *Ba.c.* 19 uoce *Ma.c.m3* mutauit *add.* in *Bm2* 20 perseuerantia, *add.* in eodem (dem *s. l.*) *Bm2* perseuerantiam *HA* contexione *HBZαV* contextu *Bp.c.* nulla] sine ulla *Bp.c.m2* 21 eodem *Ba.c.m2* 22 in *om. H s. l. B* incessu *H* 24 agebat *H* 25 is *ex* rep(?) *m3 M* saeuissimis *HBZαV*

corripi flagellis hominem iubens, ut si qua secretiora futuri tumultus indicia conperisset manifestaret. at ille neque fleuit neque rogauit, sed ad singula uerbera non suum sed patriae excidium flebiliter deplorabat dicens: 'uae Hierosolymis.' neque interrogatus quis esset uel unde uel cur eadem diceret responsum reddidit, sed tantummodo lamentationem illam patriae questu miserabili prosequebatur. defessus itaque Albinus — hoc enim nomen uiro — dimisit eum tamquam de mentis furore quid diceret non sentientem. at ille neque sermonem ullum cum quoquam habebat neque aliud loqui per tempus reliquum auditus est, sed hoc tamquam lugubre atque funereum canticum canens diebus et noctibus iugiter resultabat: 'uae Hierosolymis.' neque uerberanti conuiciabatur, neque cibum inpertienti gratias agebat. una erat ad omnes eademque plena funebris ululatus responsio et maxime sacrificiorum celebritatibus. per septem itaque annos et quinque menses eadem uerborum series, idem uocis sonus mansit. itaque indefessus tanto tempore, ubi obsidio coepit, eadem ille uociferari destitit, quasi cessare oporteret denuntiare, cum adessent quae fuerant denuntiata. sed ubi flamma coepit urbem pariter et templum inuoluere, circuiens murum clamare iterum coepit: 'uae ciuitati et populo et templo.' et ad postremum addidit: 'uae etiam mihi' et fundibalo ictus in eadem uoce emisit
3 spiritum. urbem quoque ipsam cum templo uetustis etiam litteris scriptum erat tunc perituram, cum tetragonum templum factum fuisset. itaque siue obliti siue obstupefacti ingruentium malorum necessitate, ubi occupata est Antonia, tetragonum circuitum templi fecerunt. inter quae illud

§ 3 cf. BI. VI 310—315; IS. TuU. NF XIV 4 p. 12 (Euseb. Hist. Eccl. III 8, 11)

1 iubet *B* 3 uerba *Mp.c.m3,Ba.c.,ZαV* ubera *H* 9 dementi *BZ* quod *Ma.c.m3* 11 reliquum tempus *Mp.c.,HBZαV* 12 funerum *Ca.c.* et] ac *BαV* 14 aiebat *H* 15 funeribus *MH, Z(?)Va.c.m2* 19 illa *MZ* cessari *B* caesari *A* 20 oporterent *A* denuntiari cum (ari cu *in ras. 6 litt. m3*) *M* denuntia *H* denuntiare, *add.* ea *α*, *Va.c.* 22 circumiens *HBZaV* 24 fundibulo *HVp.c.,Z* amisit *HBZCV* 25 quoque *om. HZ, s. l. m2 B* populo (*s. l* templo) *Z* 26 thetragonum *ut infra CV* 27 siue *prius*] sine *Ma.c.m2* stupefacti *Ba.c.* 29 tetragonum *add.* in *B* circuitu *Ma.c.m2*

praecellentissimum, quod in litteris aeque uetustis, quas sacras uocabant, manebat inpressum quod secundum illud tempus futurus esset uir, qui de regione eorum imperium adsumeret in orbem terrarum. quae res eos in tanto furore posuit, ut sibi non solum libertatem sed etiam regnum pollicerentur. id alii ad Vespasianum referendum putarunt, prudentiores ad dominum Iesum, qui eorum in terris secundum carnem genitus ex Maria regnum suum per uniuersa terrarum diffudit spatia. tantis itaque rebus monentibus non potuerunt cauere quod diuinitus decernebatur.

XLV. Fugientibus itaque auctoribus seditionum cum templum exureretur, Romani signa posuerunt intra circuitum templi ipsius et contra portam orientalem sacrificarunt imperatorem Titum summis praedicantes uocibus. interea puer quidam eo loco, ubi etiam sacerdotes erant, quos et inopia aquae et aestus finitimi incendii commacerabat siti, rogauit unum de custodibus Romanis dexteram sibi dare, potum offerre. porrexit ilico aetatem pariter miseratus ac necessitatem. bibit puerulus et quia sedulo innoxiae creditum fuerat aetati, rapuit aquae uas et cursu sese proripuit, ut etiam sacerdotibus bibendi copiam ministraret. uoluit sequi miles sed non potuit comprehendere. ille periculo suo sacerdotum sitim leuauit. bona fraus quae neminem laederet, subueniret necessitati. denique miles ipse miratus est magis affectum pueri quam dolum detestatus, quod in illa aetate atque excidio totius urbis et communi periculo quid deberetur reuerentiae sacerdotibus quo potuit

XLV cf. BI. VI 316. 318—322
6 alii = BI. VI 313

1 aeque] et *add. exp. M* 2 uocabat *Ma.c.m2* 5 ut] quod *A* 6 putauerunt *α, Vp.c.* 7 in terris *om. H, s. l. m2 B* 9 uniuersam terram *Ba.c.m2* spatia *om. HZ, s. l. m2 B* 10 discernebatur *Ma.c.m2* 12 signum *Ba.c.* 13 sacrificauerunt *HαV* 14 praedicantes (dicantes *in ras. m2*) *C* 15 quidam (am *in ras. m3*) *M* loci *BZ* 16 aestu *A p.c.* commacerauerat *M* commorabat (morabat *s. l.*) *A* 17 sitis *MαV* rogabat *Ba.c.m2,Z* dexteram] *add.* offerens ut *B exp. Bm2* dextram *αV* 18 daret *Ba.c.m2* ad(d *ex* u *m2*)ferre *M* offerre *s. l. m2B* 19 innoxiae *om. A* 20 aquae *s. l. m2B* itaque *αV* se *Ha.c., BCa.c.m2* 22 uoluit] itaque *add. eras. B* 24 laedere *Ma.c.m2* ledere *Cp.c.* 27 potus *αV*

ministerio non inexpressum reliquit. nec multo post sacerdotes confecti fame et siti uitam rogarunt, quos Titus iussit occidi, degeneris animi esse respondens, ut templo et muneri cuperent superuiuere.

XLVI. Iohanni autem et Simoni et ceteris principibus seditionum rogantibus, ut paulisper cessare iacula telorum et strepitum iuberet dicendique sibi potestatem daret, ab indulgentia non abhorreret, facto silentio ita responsum edidit: 'serum, nequissimi, tempus ad misericordiam, cum iam quid reseruetur nihil relictum sit. offerebatur uobis et despexistis, et diffidentiam putastis, non indulgentiam. at ego innoxia aedificia uestro scelere perire ingemescebam, uulgus ignobile cogi ad mortem dolebam, parcere uolebam: uos non sinebatis; suspendebam proelia: uos inruebatis; pacem offerebam: uos non recepistis; alloquebar frequenter, crebro conueniebam: non pudet dicere, insolentiores uos feci rogando. quid putabatis? quod acies uobis Romanae cederent et multitudine circumueniretis uictorem omnium terrarum exercitum? quota portio uobis pugnauit, quia uniuersum nec regio uestra sustinere poterat, nec sinebat necessitas? maior enim cura nobis tuendi orbis quam propagandi. quo exeamus nihil est nouum; nihil alienum, quibus omnis terra possessio est. latrocinium hoc quasi naeuum in corpore diu dissimulandum putauimus, aliquando commoti auferendum credidimus, ne fulgorem imperii Romani uestra inoboedientia et quaedam interpolaret caligo. sensistis Romanam uirtutem non bellando sed moriendo. neque enim in campo uidimus uestra agmina sed in muro, cum uobis nec claustra prodessent ad tutamentum salutis.

XLVI § 1 cf. BI. VI 323–350

3 cf. Verg. Aen. IV 13

1 inpressum αV 3 degeneres *Ma.c.m2, H* 6 ut *om. A* cessaret *Ma.r.* cessarent αV 7 inhiberet *A* daret] *add.* cum id *B* 9 dedit *HB* 12 ingemescam *Ma.c.m2* 15 uos *om.* $M\alpha V$ alloquebatur *Ma.c.m3* 18 acce*dere** *B* 19 quota] quo (*s.* cuius *m2*) *M, A* uobis] urbis *HB* uiuis (*s.* ł uobis) *Z* 21 tuende urbis *Z* orbem *Ma.c.m3* 22 alienum] tamen est nobis *eras.*, *s.* ***alienum *B* 27 bello *Ha.c.m2* 28 uestram *Ma.r.* uestra uidemus *H* uestra uidimus $BZ\alpha V$

quis enim murus resisteret quibus oceanus non restitit? aut quae ciuitas nostrae obsidioni inexpugnabilis foret saepta praesidio murorum, cum Brittanias quoque Romanorum arma penetrauerint muro frementis circumuallatas elementi? substratus est nobis ille praeruptus aquae mons. patres uestros, ut Iudaeae fabulae ferunt, Rubri maris unda muri specie transeuntes circumuallauerit, Romana fortitudo murum oceani perfregit. non inuideo uobis aliena beneficia. uiderit uos mare et fugerit, ut clausi ab hoste fugeretis, quia perrumpere hostem non poteratis nec sustinere. nobis fuga oceani damno fuisset si fugisset. gessimus ante bellum cum fluctibus, insanum mare ante superauimus quam ad hostem perueniremus. excepit nos Brittania iam uictores elementorum. quibus illi fidebant nos subegimus, ut ad triumphi cumulum ipse oceanus accederet. sed forte de uirtute corporis praesumebatis. numquid uos Germanis fortiores, quos saeptos Alpium muro fortitudo Romana in seruitutem deduxit? nec illa similia Tauri montis adcliuis collibus aut Conopeis agminibus Aegyptiorum, cum quibus uobis bellandi usus est. supra nubes ascendimus et de nube populos descendentes uicimus, aerium cunctis aperuimus iter: aequoreum uobis non inuidemus, dummodo illud triumphantium fuerit, hoc fugientium. Romanae itaque uirtuti consederunt montes, amnes exaruerunt amisso cursu, quem natura direxerat, et inflexo quo uictores iubebant. conuersus sit Iordanes uester, ut dicitis, atque in fontem reuerterit ut uobis iter panderet, non eguit eo Cloelia Romana uirgo,

5 cf. Verg. Aen. I 105 6 sq. cf. Ex. 14, 22 9 cf. Ps. 113, 3 24 sq. cf. Cic. Prou. cons. 14 25 sq. cf. Ps. 113, 3

1 resistit *MHZ* 3 brittannias *ZV, Bp.c.* britannias *C* romana *HBZαV* 5 subtractus *HαV* 6 Iudaicae (aic *s. l. m2*) *M* 7 transeuntis *Ma.c.m3, CV* circumuallauerat *Za.c.* circumuallarit *Va.c.* 9 uideret *Z* fugeret *Z* 10 prorumpere *Z* 11 fuit *B* si—gessimus] *ras. 4 fere litt. B* si fugisset *om. H* 13 hoste *Ma.c.m2* britannia *C* brittannia *HBZ, Vp.c.m2* 15 ipse *om. B* 18 reduxit *Ma.c.* ne *MBCV* nonne *A* 19 canopeis *Bp.c.* 20 est] et *B* de *om. B* 21 uidemus *H* uidimus *B* 22 aequoreum] *add.* iter *Z* 27 cloeria *Ma.c.m3* cloelya *B* cleclia *CV* cleelia *A*

quae ruptis uinculis hostem euasit et fluuio decurrens Romanis se intulit castris. nec incendia uestra miramur, de quibus Hebraeos pueros euasisse maximos edere cantus soletis. Mucius noster nullo cogente manum admouit ignibus, nec remouit, donec uictor incendii miraculum hostibus suae infunderet fortitudinis, quae flammas non senserit. denique pacem rogarunt qui triumphum sperabant. an uero caelestia illa uos extulere pabula et esca pluuiarum aduersus uirtutem Romanam? sed considerare decuit altricem ipsam orbis terrarum Africam esse subiectam Romana fortitudine. nobis seruit quae omnes alit, in nostra potestate est fames omnium et uictus uniuersorum. quod natura omnibus dedit, uirtus Romana ius suum fecit. ipsum Hannibalem perculit et in exilium coegit, quem non capiebat orbis terrarum, angustior cui Africa fuit, non idoneae ad demorandum uisae Hispaniae, arta uianti Gallia, indigna Italia amicitiae foedere et societatis consortio. iactetis licet quod fulmina militauerint uobis, caelestes potestates pugnauerint, nos Hannibalem inequitantem fulminibus uicimus atque intonantem mundi ipsius tempestatibus: quatiebatur mundus et ille muros nostros armis pulsabat. neque uero necessarium fuit, ut hostes nostri sicut Assyrii uestri dormientes extinguerentur, sed proeliantes. non enim in somnis uictoria quaeritur, sed in proelio, non uirtutis adorea est ubi fortuita gratia. hostes nostri non aquarum rutilo decepti reniten-

1 cf. Verg. Aen. VIII 651; IX 386 2 sqq. cf. Dan. 3, 19 sqq. 52 sqq. 13 sqq. cf. Iuuen. 10, 148 sqq. 17 sq. cf. II Mach. 10, 29 sq. 18 cf. *Luc. 21, 26; *Matth. 24, 29 19 (et 24) cf. Horat. Carm. IV 4, 44 (41) 22 cf. IV Reg. 19, 35 25 sqq. cf. IV Reg. 3, 22

3 maximo *B* cantos *Ma.c.m3* canto (v *s.* o) *B* 4 Mugius (*s. l* mutius) *Z* mutius *A* 5 hostibus—senserit *om. B* 6 quae] quique *αV* 8 uox *Ma.c.m2* parabula *Va.r.* 9 decuerat *ex* decuret *B* altricium *αV* 10 romanae *BZ* fortitudini *Bp.c.m2,Z* 13 annibalem *H* anibalem (*add. s. l.* h *B et* n *alt. BV*) *BV* annibilem *A* 15 cui] ciuibus *HBZ* ciui *CV* cibi *A* morandum *B* 16 hispania *Ma.c.m2* amicitiaeque *Ma.c.* 17 iactetis] et his *B* liceat *HBCV* fulmina *codd.*; flumina *Ascensius 1510* 18 uobis] *add.* et *Z* nos] nisi *B* annibalem (h *add. s. l.*) *HV,BA* 19 in-(a) equitatem *H*, (*s.* triumphantem) *B,AVa.c.* fulminibus *codd.*; fluminibus *Ascensius 1510* dicimus *B* 20 tempestatibus (*s. l* potestatibus) *Z* 23 somniis *A* 24 uirtus *MαV* ardorea *M* ardua *Mp.c.m2* *bore (a *s. l. add. extremo uerbo m2*) *B* ardore *CV* ardorem *A*

tium ad solis exortum in manus nostras inconsultius incidere, dum fusi sanguinis specie nos extinctos putant, sed scientes et ad bellum parati campos terrarum corporibus suis texere ac proprio sanguine repleuerunt. quae uos fortitudo in tanta posuit insolentia? non uidebatis eos seruire nobis qui uobis imperitarunt — Aegyptus, quae uos adfligere solebat, nobis annuum pendit tributum et uiam praebet usque ad Indicos tractus — extra orbem terrarum egredi atque alterum orbem quaerere, maris secreta solis oceanique ultima et alterius orbis incolas nostro imperio adiungere? quid? Antiochi regnum, qui uos grauibus suppliciis adfecit, ius quoque ipsum eripuit religionis, non ipsi uobis refudimus, gloriosius arbitrantes imperare regibus quam regnum tollere? ipsa Antiochia, sedes dominorum uestrorum, non studiose suos repudiauit et nos dominos elegit? uos ipsi non ad nos confugistis, ut illos dominos fugeretis? non ipsi uos suscepimus et aduersum illos defendimus? seruauimus uobis ut uestris legibus uiueretis, dedimus potestatem uestris inseruire cultibus. sacra uestra scire uoluimus sed honorauimus. postea rebellandum putastis. Pompeius templum cepit sed non diruit, urbem occupauit sed reseruauit, integra omnia seruauit donaria. pro quis, o grati socii, hanc uicem nobis rependistis, ut tertio bellaretis. fuerit Nero despiciendus sed non in uno Romana uirtus expendebatur, sed habebat militem Vespasianum, qui iam ad pacem reuocauerat Gallias, qui tam fortis in proelio, ut per

22 cf. Sall. Hist. II 98, 6 M.

1 ortum *B* incedere *Ma.c.m2,BCV* inciderent *H* inciderunt *Z* incendere *A* 2 fusis *CV* fusos *A* nos] non *A* putarunt *M* 3 campus *Ma.c.m2* 4 ac *om. B* 6 imperauerunt (*add.* it *s. l. m2*) *B* aegyptius *Bp.c.m2* quae] qui *Bp.c.m2,A* 7 praebuit *αV* 8 tractos *MBVa.c.m2,H* 9 urbem *MVa.c.m2* solis] *add.* ortus *αV* 10 imperio] *add.* elaborat *s. l. m2B* 11 antiochii *CV* 13 refundímus *Ma.c.* refutemus *H* 14 tollere] auferre *H* ipsa] *add.* auferre solita *Z* 17 et *om. M* aduersus *B* 18 nostris *H* 19 noluimus *BZCV* nolumus *Bp.r., A* 20 honoramus *B* 22 seruauit] reseruauit *Mp.c.m2.ZαV* quibus *αV* gratis *Ma.r.* (?), *BA* 23 oci (*s.* ocii) *B* hanc *s. l. m2C* rebellaretis *BαV*, (rep.) *Z* 24 fuerat *Z* 25 milites uespasianus *αV* 26 qui *exp. Mm2, om. HBZαV*

illum et Nero uinceret, per illum Nero esset hostibus formidabilis, tam fidelis domino, ut solus imperium non quaereret quod solus merebatur. sed Cestius laeserat. querellam deferri decuit, non arma inrogari. missus pater Vespasianus qui potuit inprouisus in inparatos se effundere, Galilaeam circuibat, longinqua exurebat, ut uos deponeretis insolentiam, ueniam postularetis. ostendit uirtutem et, cum uniuersos clausos teneret, Aegyptum petiit, ut indutias resipiscendi daret. insolentiores uos nostra absentia fecit, quia nos occupatos putastis; sed numquam ita occupati sumus, ut absentes simus orbi terrarum. nam et absentes adsumus et longe positi propius adsistimus. namque ut anima in corpore omnia membra uiuificat sua, sic Romana prouidentia omnibus imperii sui partibus adest et totum orbem Romanum tamquam praesens gubernat. nam si singulis animis uis illa diuina regendi corporis uirtutem dedit, quanto magis Romano uigori, quo quasi unum totius imperii nostri corpus animatur, tuendi eius uitalem quandam substantiam subministrauit? suspensum itaque bellum uos reparastis. profecturus itaque pater ad urbem Romanam a tyrannis recipiendam me a sua diuisit societate, ne uobis suae pietatis exsecutor deesset. ueni ad bellum specie terrentis, affectu rogantis. quotiens a moenibus uestris reuocaui exercitum? quotiens postea a penetralibus templi retraxi? quotiens restinxi incendia? quotiens monui? sed numquam audistis. nuncine demum rogatis, quasi iam quicquam supersit quale iam consumtum est? attamen a caede incendio direptione erexi militem. quid desideratis, quid adhuc statis armati, quasi daturi leges, non accepturi? — si de-

13—15 cf. Sap. 14, 3

1 uinceret] *add.* et *Z* 2 tam—quaereret] principatum (*ex* principi) et solum et imperium (et solum *exp.*) *B* domino] principi *H* domino principi *Z* 3 merebatur] *add.* assummeret *s. l. B* certius *Ma.c.m3* gestius *B* caestius *CV* ferri *M* 5 in *om.* α*V* circumibat *HBZ* 6 uos *om. H* 7 et *exp. B* 8 clausos *om. B* petit *M*α*V* 10 sed *om. H* 12 positis *HZ* in corpore *suppl. mg. V* 13 membra *om.* α*V* 17 romano *om. B* 19 summinstrabit *CV* reparatis *B* 20 itaque *om. B* romam *HB*α*V* 22 speciem *Ma.c.* 23 affectu rogantis *om. A* 24 penetrabilibus *MB*, *Va.c.m2* 25 restrinxi *BZ* 26 nuncine] nuncne *M* nunc α*V* rogastis *HZ* 27 at] et *Mp.c.m3*, *HBZ*α*V* 28 erexi] retraxi *B* erexi (*s. l* exemi) *Z* adhuc *s. l. m2 V* 29 istatis *C*, *Va.r.*

ditionem petitis, deponite arma iam non metuenda uictoribus, sed superba uictis et plena insolentiae — ut armati rogetis quasi aut de fide nostra dubitetis aut adhuc uirtutem lacessatis bellum minantes? populus extinctus est, templum ardet, urbem tenemus. quid reliqui speratis nisi ut uita uobis donetur? proinde ponite arma quasi uicti, uiuere uobis donabo, etsi non meremini, quia noluistis quae uestra sunt uobiscum seruare.' tunc illi petere coeperunt, 2 ut sibi obstrictis sacramento, ne umquam se Romanis traderent, egrediendi per murum potestatem daret, quo cum suis familiis in desertum pergerent, urbe Romanis cedentes. eo commotior Titus: 'etiamne' inquit, 'condiciones nobis imperatis? quin potius defensate patriam, adeste templo, omni uirtute insurgite, seruate mortis sacramentum, quoniam uitae repudiastis.' et simul iubet insurgere Romanos in necem hostium. plurimi coepere grauiore uictorum indignatione labefactari. tradiderunt se tamen Iaza regis filii et fratres et plurimi cum ipsis de plebe. nec Titus, quamuis excitatus ad iracundiam, propositum suum soluit contuitu regalis fastigii, sed recepit confugientes. solius tamen pietatis, quod maximum est, lucrum fecit. nam praedam omnem domus regiae seditionis auctores diripuere, ut nihil ex ea ad Romanos perueniret.

XLVII. Simul autem ut facto impetu in aulam inruere, duos de Romanis militibus inuadentes, unum pedestris militiae uirum trucidauerunt, eques uero poposcit se ad Simonem duci allegans habere se, quae memorato insinuaret principi seditionum. sed perductus ad eum cum uana quaedam adtexeret, perimi iussus, dum percussor moratur, clau-

XLVI § 2 cf. BI. VI 351—353. 356. 358 XLVII § 1 cf. BI. VI 358—362

1 et 6 cf. Verg. Aen. XII 707

1 petistis *H* 3 aut *pr. om. HB* dubitetis] dubitandum uobis sit *HBZ* uirtute *CV* 6 deponite *HαV* 8 tum *HBαV* 9 strictis *B* 10 quod *Ma.c.* 11 pergere *M* pergent *Ca.c.* urbe *om. M* urbem *ZαV* 13 adestote *HBAV, Cp.c.m2* adusto *Z* 14 reseruate *M* sacramentum mortis *HBZαV* 15 uitam (m *m2*) *M*, *αV* 16 plurimi] *add.* autem *αV* grauiore *om. H* 17 labefactare *αV* zara *MA* gaza *H* lazara (i *s.* a *alt.*) *Z* 19 excitatus] *deficit M, T adhibui* 24 in aulam *s. l. m2 C* inruerent *αV* 25 pedestres *Ta.c.* 27 allegans] se *add. eras. T* 29 atterexeret *CVa.c.m2*

sis iam fasciola oculis, sese proripuit ad Romanos. qui comminus proeliantes suscepere fugientem. perductumque ad se Titus quasi indignum uirum morte, qui ab hoste uiuus potuerit capi, exutum armis iussit dimitti reseruans ei quod per hostis ignauiam non amiserat, et auferens militiae sacramentum, quod captus prodidit, fugitiuus dehonestauit. id illi maiori supplicio fuit, apud uiros enim grauiora militiae
2 probra quam mortis uulnera sunt. repulsi tamen ilico Iudaei ad superiora urbis se contulere relicta templi et urbis defensione. strages magna in eos qui resederant exercebatur,
3 seminecibus aut cadaueribus repletae uiae. iussit Caesar etiam ad superiora admoueri machinas, quod uidentes Idumaei elegerunt uiros, quos ad Titum mitterent, qui deditionem rogarent. eo cognito Simon praeuenit et electos quidem petendae deditionis uiros intercepit, sed Idumaei non multo post, quamuis destituti adiumento principum, cum sustinere uim diutius nequirent, tradidere se exercitui Romano. ita primum fames et ad postremum desperatio resistendi deditionem patrauit. nec Romani multa caede iam fessi abnuebant uitae indulgentiam et studio captiua mancipia uendendi promtiores erant ad reseruandam salutem. plurimi uenales sed pauci emtores, quia et Romani habere in seruitute Iudaeos dedignabantur, nec Iudaei supererant qui redimerent suos, cum se euasisse unusquisque uel inopem gratularetur. passim itaque se tradebant remoto metu, quoniam latrones aberant, Romani ignoscebant.

XLVIII. Denique et Iesus, unus ex sacerdotibus Thebuti filius, se dedidit et uasa sacerdotalium ministeriorum, lucernas duas, mensas, crateras et fialas et omnia uasa aurea, sed et peripetasmata et indumenta principum sacer-

XLVII § 2 cf. BI. VI 363. 366—369 § 3 cf. BI. VI 374. 378—384 XLVIII cf. BI. VI 387—391

4 cf. Verg. Aen. XI 395, Sall. Hist. III 101 M. 19 cf. Verg. Aen. VI 503

3 sese *B,Za.r.* uiri *Tp.c.m2,HB* quia *Va.r.* 7 maiores *Va.c.* maioris *A* suplicio *CV* suppliciu *A* enim] quibus *T* 10 resederunt *HBZ* 11 semineces *MHαV* autem *Z* 16 adiumentum principis (um *s.* -is) *H* 17 tradiderunt *T* 23 seruitutem *BZαV* 24 inopes gratularentur *αV* 27 hiesus *HC* thebuiti *A* 28 dedit *TZp.c.*, *Ca.c.m2,HB* 30 peripethasma *CV* peripetesma *A*

dotii cum lapidibus accepta fide salutis uolens tradidit. comprehensus etiam Finees, custos gazophilacii, demonstrauit sacerdotum purpuram multam et coccum et alia conplura, quae ad usum reseruabantur. cum quibus cinnamomum et cassiam et aromata plurima et thymiamata, uasa quoque sacramentorum multa etiam ipse tradidit et uestem sacratam, sed coactus metu, unde et ueniabile apud suos flagitium fuit. tamen, etsi uoluntas defuit, deesse uirtus non debuit. licet plerumque seuerius iudicemus, quam praecauere possimus, si ipsi in tali uersemur necessitate, refugere tamen debemus facti ministerium et indicium proditionis.

XLIX. Iamque insurrexerant aggeres et ferire coeperant arietes murum superiorem: septimo die mensis, quem Gorpieum nuncupant, uentum ad supremum. conturbati et perterriti ipsi quoque factionum principes, qui in extremis insultabant periculis, genua singulorum aduoluebantur opem orantes. cernere erat quam miserabilis illa mutatio foret ex illo terribili ac superbo fastigio in hanc humilem ac plebeiam deiectionem, in lacrimas fletus pauorem. necdum cesserat murus urbis superioris, iam illi percursabant singulos, nihil superesse praesidii ingemescentes, hostem ingressum arbitrabantur, plerique tamquam iam de superioribus pugnantes Romanos uidere sibi uidebantur, quod metuebat animus oculi praefigurabant et mentis pauor fiebat imago uisus. denique pro certo iam hostem incumbere ceruicibus suis credentes, quibus adhuc tres turres Mariamme et Fasaelus et Equestris supererant ceteris ualidiores, deseruerunt superiora confugientes ad hypogea uel

XLIX § 1 cf. BI. VI 392. 394—400. VII 1
17 cf. Sall. Hist. fragm. inc. 16 (p. 203) M.

1 lampadibus *HZ* 2 fines *Ba.c.* fineaes *A* gazofilacii *THBZ* 4 conplurima *H*, *Tp.c.m2* 5 casiam *Ta.c.m2*,*B* cassia *CV* casia *A* thiamata (mi *s. l. add.*) *A* 7 suos] uos *H* 13 insurrexerunt *HBZ* et *om. ZA* sed *CV* ferire *om. A* 15 corpieum *H* gorgipieum *B* gos*pieum *Z* nuncupabant *H* 16 factionis *HBZαV* 17 exultabant *Va.c.m2* periculis] *add.* ad *HαV* genua (*s. l* genibus) *Z* 22 percussabant *CV* 23 iam tamquam *T* 25 metuebant *BZ* animo *B* animos *Z* oculis *BZ* praefigurabantur *αV* 27 mariames *TZ* mariame *H* mariam *A* 28 faselus *codd. praeter H*

2 retrusos specus. Iohannes tamen non multo post fame tabidus et confectus ieiunio tradidit se Caesari, qui reseruatus ad triumphum sed perpetuis uinculis innodatus usque ad mortem trahens magis spiritum uitae quam ullam uoluptate
3 tem uiuendi expertus euasit securim. Simon autem latuit etiam intra exustae urbis ruinas in hypogeis se cum paucis recondens fidelioribus. iam Caesar discesserat cremata urbe aestimans etiam Simonem aut igni exustum aut ruina oppressum aut a quocumque peremtum milite. uerum ille, quamdiu cibus suppeditauit, in defossis specubus defodiebat introrsum, sed ubi et cibus defecit et nullus euadendi exitus patuit, subito ad superiora erepsit indutus ueste candida et purpureo desuper uestimento, ut terrorem quendam incuteret aspicientibus. qui primo stupentibus militibus Romanis mandat ut ducem suum deducerent. erat in loco Rufus Terentius, quem Titus in loco praefectum militiae dereliquerat. quo adueniente interrogatus quis esset primo alia, post Simonem confessus est. unde transmissus ad Caesarem et ipse ad triumphum seruatus. sed quia crudelia exercuerat in ciues nec se Caesari tradi-
4 derat, post triumphi pompam neci adiudicatus. octauo die Gorpiei mensis concremata est ciuitas. caesa per omne tempus obsidionis innumera milia — CX myriadas plerique adserunt — Iudaeorum tamen omnium, sed non omnium eiusdem regionis ac loci, quia eo undique conuenerunt tempore Paschalis sollemnitatis. captiui abducti ad LXXXXVII milia, latrones prope omnes peremti statim, qui ualidiores erant per triumphum ducti postea bestiis obiecti, ceterisque

§ 2 cf. BI. VI 433—434 § 3 cf. BI. VII 26. 20. 27—33. 36. VI 434 § 4 cf. BI. VI 435. 429. 420—421. VII 37—40

23 plerique = BI. VI 420

2 seruatus *Ca.c.* 3 a *Ha.c.*,αV triumpho αV 4 magis spiritum] magistrum *A* uoluntatem *TA* 10 in defossis — p. 413 l. 6 necati *desunt V* 12 praerepsit *H* 13 ut] et *Z* 14 incutere (*s. l* incutit) *Z* 15 ut] *add.* ad *B* aeducerent *T* seducerent *A*, deducerent (*pr.* d *in ras.*) *C* 19 sed *om. H* 20 quia] *add.* ad *A* exercuerat] exercitus erat *A* 21 octaua *H* 22 gorgipeei *B* torpei α cremata *H* 23 innumerabilia *Ta.c.*,α milia *om.* α decies centena milia *TH* centum decem myriadas α decies centena milia CX (*s.* nongenti *Z*) myriadas *BZ* 25 qui *Ta.c.* eo *s. l. T* 26 captiuorum *H* adducti *BA*

suppliciis dati per singulas ferme urbes, qua iter agebat Titus, ut per uniuersos rebellionum supplicio metum spargeret.

L. Per idem tempus Alani, gens fera et diu ignota nostris, quod interiorum locorum difficultate et claustro portae ferratae, quam Magnus Alexander praerupti montis imposuit iugo, cum ceteris feris et indomitis introrsum gentibus cohibebantur, incolebant Scythicum Tanain finitimaque eius et Meotis paludes uelut quodam clausi carcere memorati ingenio regis, ut suas terras exercerent, alienas non incursarent. sed siue ob sterilitatem locorum, quod auari uotis agricolae sperata culturae non responderet fecunditas, siue praedandi cupidine regem Hyrcanorum, qui locis praeerat, sollicitarunt, pretione an dissensione inter se gentium incertum, ut reserata porta eruptionis sibi copiam daret. quo inpetrato infudere se genti Medorum et inparatam breui uelocibus equis et aliis pariter ad dexteram nexis, in quos per uices cum foret libitum desilirent, totam propemodum regionem percursauere, ut primo perturbarent omnia maiorisque multitudinis speciem darent, aduersus quam nullus fugae locus uacaret, deinde circumuentis omnibus, quanta uellent strage edita, praedam abducerent. erat enim regio populis frequens et pecoris abundans, quae nullo resistente facile patuit direptioni. siquidem ipse Pacorus, Medorum rex, in abstrusa loca se contulit saluti potius quam regno consulens, ita ut uxor eius ac liberi uel concubinae captae ab Alanis centum talentis postea redimerentur. nec Tiridates, Armeniae rex, immunis periculi fuit, sed alieno malo cautior pestem prouidit et uiriliter quidem

L cf. BI. VII 244—250 AI. XVIII 97

6—8 cf. Isid. Etym. IX 2, 66 10 cf. Verg. Aen. VII 748 12 cf. Verg. Georg. I 47 sq.

2 uniuersas *Z* 6 ferreae *HBZ* serratae ferreae *α* praerupti] *add.* tauri *Z* 7 iugis *C* 8 thanain *C* thana *A* 9 meotidas *Tp.c.* meotydas *C* meothias (*add.* d *s. l. m2*) *A* 13 cupiditate *Ha.c.* 14 praeerant *Ta.r.,HA* an *om. Tα* dissentione *α* 16 inperato *TCa.c.m2* infundere *Ta.c.,H fortasse recte* 17 dextram *α* 18 pernicies *T* 19 percursare *C fortasse recte* percurreret *A* perturbassent *H* 21 nullus *om. H* fugae nullus *Z* 22 quantam *BA, Ca.c.* 23 pecoribus *HZ* 25 pachorus *C, Zp.c.* bachorus *A* 28 tyridates *C* tyriades *A* armoeniae *C* 29 praeuidit *H*

uoluit occurrere, ut a finibus suis hostem auerteret. dum proeliatur tamen laqueolo insertus in potestatem hostium uiuus concesserat, ni praeacuto gladio nodum informem uelociter intercidisset. namque insolentia quadam propriae fortitudinis et in ceteros despectu superbo, simul ut familiarem sibi eminus decernendi consuetudinem refugiendique facultatem tali fraude praetexerent, laqueos iacere atque hostem innectere ars Alanis bellandique mos est.

LI. Fugit itaque Tiridates, cui euasisse satis fuit. regnum autem suum depopulandum dereliquit. nam quasi accepta iniuria, quod congredi ausus foret, uehementius Armeniam quam Mediae regnum deuastauerunt. opimi itaque utriusque
2 regni spoliis ad propria recursum fecere. quorum conperta incursione Titus Antiochiam contendit, sensim tamen, ut triumphatorem decebat, causamque dissimulans per singulas urbes celebrabat pompam uictoriae. perimebantur in harena Iudaei, quacumque pergebat, ac dilacerati a bestiis
3 pendebant merita rebellionis. Antiochiae quoque eos uetustis odiis gentilis populus insectabatur, eo quod reges Persarum, quae de Hierosolymitana urbe donaria iure uictoriae uindicauerant, synagogis contulerant Antiochenis de suo quoque alia largiti. itaque congestae opes inuidiam facile mouere. nam ut illa nunc omittamus, quae aduersum Macchabaeos gesserint sacerdotii conpetitores et quantae cladi ciuium fuerit ambitio, sicut supra memorauimus, Antiochus postea non ignobili genere ortus sed moribus perditus adficto crimine, quod Iudaei urbem Antiochiam incendio exurere conspirauissent, patrem proprium, qui esset de Iudaeorum primoribus, et plerosque alios insimulatos gen-

LI § 1 cf. BI. VII 251 § 2 cf. BI. VII 89 (Alanis et Scythis confusis). 96 § 3 cf. BI. VII 43—49. 55—58. 111

3 cf. Verg. Aen. XII 603 25 cf. supra I 1, II 13

2 laqueolo] iaculo *BZα* potestate *HA* 3 nisi si *Tp.c.m2,H* nisi *Z* 6 decertandi *α* refutandique (tan *in ras. m2*) *T,H* 7 facilitatem *HBZ* 9 fugitque *α* itaque *om. α* tyriates *C* thiriades *A* 10 deliquit *Ca.c.* reliquit *HBZ* 12 opimis *Z* 13 facere *T* 14 incursatione *α* antiochyam *B* anthyochiam *ut infra Z* 16 celebrat *H* 17 pergerent *Z* 21 uindicauerunt *H* 23 aduersus *α* 29 insimulatus *TA*

tilis impetu multitudinis ad mortem coegit. nec eo parricidio multorumque caede exsaturatus quieuit, sed postea quoque nanctus facultatem, quod fortuito incendio acciderat eiusdem urbis porticus et tetragonum plateam maximamque partem aedificiorum cremari, fraude praedictae coniurationis iterum Iudaeos urguere coepit atque incessere. ac prope uniuersorum stragem fecisset, nisi aduenienti Tito reseruata cognitio foret metu, ne Caesar usurpato plurimorum supplicio commoueretur. ea res Iudaeis saluti fuit.

LII. Masadae quoque plurimi se Iudaeorum freti loci munimine congregauere, cuius expugnandi negotium Titus indignum arbitratus, quod imperatorem teneret, Siluae mandauit, cui summam in isdem locis militiae Romanae cauendique ne quid iterum rebellionis oriretur commiserat. ipse Alexandream contendit et inde Romam nauigio transmisit. Silua nauiter insistens iniuncto sibi muneri Masadae murum 2 ariete dissoluit. illi interiorem ligno composuere eo quod ad huiusmodi ictus machinamentorum muralis materies facile non cederet. sed Romani mutato bellandi genere ignem iecere, qui et facile ligno inhaesit et sine ulla adoleuit mora. magnus itaque adulto incendio flammae ferebatur fragor, qui primum Boreae spiramine a munitionis partibus repellebatur et Romanorum magis uineas exurebat, deinde exorto Noti spiramine in castellum sese retorsit, ita ut conflagraret omnis ille ligneus muralis obiectus materie consumta. Romani, quoniam nox interuenerat, securi uictoriae in castra sese receperunt, ut sequenti die nudatos iam atque omni exutos subsidio debellarent. sed ne quis elaberetur intextis castellum custodiis circumuallarunt.

LII § 1 cf. BI. VII 252. 116—117. 119 § 2 cf. BI. VII 310—311. 315—319

18 sq. cf. Sall. Hist. fragm. inc. 4 (p. 202) M.

3 nactus *Tp.c.,HBZ* 5 conspirationis *α* 7 fecissent *H* 9 ea—fuit *om. H* 10 sed (*sic*) plurimi iudaeorum *T* loco *α* 11 congregauerunt *ZA* congregauerant *C* 14 operetur *H*, (*mg.* oboriretur) *B* oreretur *C* 15 alexàndriam *codd. praeter H* 16 munere *Cp.c.* asadae *C a.c.* 18 ab *TH* ictu *TH* actus *α* 20 iniecere *Z* iacere *A* 21 adultus *Ta.c.m2,B* 24 noto *H* 25 consum(p)tae *Bα* 27 recoepere *H* receperant *TBZC* 28 exustos *α* laberetur *B* 29 intectis *B* intextum iniectis (*exp.* intextum) *Z*

LIII. Desperatis itaque rebus Eleazarus auctor turbarum uidens nihil praesidii superesse hunc sermonem adorsus est, quem nos quasi epilogum quendam claudendo operi deplorabilem more rhetorico non praetermisimus: 'quid agimus, Abramidae uiri, genus regale, sacerdotalis gratiae uirtute insuperabiles? non enim ex euentu uictoriae, quae frequenter incerta est, sed ex propositi constantia uirtus spectatur. unde conicere licet, quia hostem subicere sortis est, non mutare mentem uirtutis est. iure igitur insuperabiles uos dixerim, si nullus adhuc uos mortis uicerit metus. sed non ita uos pater instituit Abraham, qui in filio unico docuit, non mortem eius sed immortalitatem futuram, si pro religione immolaretur. quid Iosiam praedicem, quo nemo melior fuit interpres religionis, contemtor mortis, adsertor libertatis? namque is in illo suggestu regali locatus cui liceret differre mortem, tamen quia uidebat propter peccata grauia captiuitatem plebis Israhel futuram, bello se alieno miscuit, uitam refugit. clamabat Nechao: n o n a d u e r s u s t e m i s s u s s u m , s e d a d r e g e m I s r a h e l. ille tamen non prius recessit quam letalem sagittae ictum subiret. quo fusus uulnere indicio nobis est, utrum in bello meritum an casus praeponderet. uictus est Iosias piorum instaurator sacrorum, uicit Nechao omnium sceleratissimus, sed ille uictus nunc cum angelis est, hic uictor in suppliciis. quis enim nescit, non in hac uita repositam esse mercedem hominibus, sed post huius absolutionem certaminis? hic enim currimus, ut illic ad palmam perueniamus, hic certamen, ibi praemium est. non ergo ulla hic longaeuae

LIII § 1 cf. BI. VII 320—322. 341—359. 323—334. 360—369 (II 487—498). 369—388. 335—336

11 sqq. cf. Gen. 22 Sall. Iug. 14, 18 Verg. Aen. IX 201 sqq. 13 sqq. cf. I* Esr. 1, 23 sqq. Par. II* 35, 20 sqq. 25 sqq. cf. II Tim. 4, 7—8 Ambros. De Cain et Abel II 9. 37 sq. (CSEL XXXII p. 407, 23 sqq.) 26—27 cf. Ambros. De Isaac 8, 65 (CSEL XXXII p. 688, 17 sqq.), 67 (CSEL XXXII p. 689, 12 sqq.)

1 autor *Ca.c.* 3 epylogum *C* claudendi *α* 4 rethorico *BZα* 8 expectatur *HBα* liquet (*s. l* licet *Z*) *codd.* 10 mortis uos *C* 14 contemtor mortis *om. H* 19 sed] nec *A* ad] aduersus *HBZ*, *Ca.c.* 21 in dubio (u *ex* o) *T* inditium *H* 22 iosia *Z* 23 secretorum (um *s. l.*) *C*, *A* sceletissimus. *Ca.c.m2* scelestissimus *A* 24 hic] ille *H*, *om. B* 27 hinc *Z* 28 longaeuae] collegaeuae *α*

aetatis gratia est. denique Abel cito occidit, Cain superuixit. ita mors innocentiae fuit et uitae aerumna. ex illo in eandem sortem successimus, ut uiuere miserrimum fieret, mori beatum. quid est enim uita nisi carcer animae quae intra hoc ergastulum clauditur et carnali adhaeret consortio? cuius infirmitatibus quatitur, labore adfligitur, ira conteritur, accenditur cupiditatibus, uexatur furore, nec se facile attollere potest humi nexa, concreta puluere, stricta uinculo, neruis inretita. non mediocris tamen potestas ut corpus uiuificet atque infundat insensibili materiae sensus uigorem, et hoc inuisibiliter singulis anima sua conferat totumque hominem regat atque ultra mortalem prouehat fragilitatem, ut cognitionem capiat secretorum caelestium, ut mentem intendat futuris. itaque ad imaginem similitudinemque sui principis non uidetur, cum sit in corpore sita, nec corporalibus oculis cernitur, nec ingressus eius aut exitus ullo aspectu deprehenditur. instar quoddam diuini muneris repraesentans, cum ingreditur uitam infundit, cum excedit corpore mortem operatur. ubi anima ibi uita, ubi ea defuerit ibi mors est. quidquid inuiserit exsuscitat, quidquid reliquerit statim soluitur et continuo marcescit. infusione animae mortuus resurgit, discessione uiuus exanimatur. quis ergo dubitet, quod ei inesse uideatur immortalitatis operatio, cuius uirtus sit mortem auertere? ea tamen sibi oneri est, quamuis alii ad usum redundet, et quod corpori donat, sibi detrahit. grauatur enim et quasi in terram inclinatur cum isto mortali corpore. itaque uita corporis animae mors est, et rursus corporis mors animae libertas uidetur. d u m enim s u m u s i n c o r p o r e, seruit anima nostra

4 cf. Cic. De re publ. VI 14 (Macrob. In Somn. I 10, 6 sqq.) 10 cf. Ambros. De bono mortis 7, 26 (CSEL XXXII p. 727, 14) 14 cf. Gen. 1, 26 19 cf. II Cor. 7, 10 26 cf. Ambros. De Isaac 8, 64 (CSEL XXXII p. 687, 15) 27 cf. Cic. De re publ. VI 14 29—p. 410, 2 cf. II Cor. 5, 6

1 aetatis] *add.* in α habel *Ba.c.* occiditur *B* insuper uixit α 2 mori *A* innocentia *A* exilio *T* 3 eadem sorte α uincere α 4 quae] quod *Tp.c.m2,B*α quo *Z* 5 cluditur α 10 uiuificaret α 12 flagilitatem *C* 13 ut *alt. om. Z*α 15 sita *s. l. m2 T*, *om. B* 16 sed *ante pr.* nec *T'BZ* 22 discessionem *C* examinatur *C* 23 dubitet] *add.* et *Z* ei] e (*add.* a *s. l. m2*) *B* inesse *om. B* 24 cuius uirtus] cui usus *H* cui ius *B* 25 quam quis *C* cum quis *A* aliis *B* 28 et] ut *B* 29 in] *add.* isto *BZ*

ac miseram quidem seruitutem quae de paradiso exulat et a suo principe peregrinatur. ubi autem fuerit istius carnis absoluta uinculis, in illum purum et splendidum superiorem reuolat locum atque adest domino deo suo sanctorumque habitaculis fruitur et beatorum consortiis, gaudet quod nullam iam habeat cum mortuo societatem, et contubernium cadaueris dereliquerit, adspiret ei caelestis gratia, nec ulla eam curarum humanarum sollicitet exagitatio. indicio nobis est quies, quantam anima post obitum corporis resumat gratiam. sopito enim corpore et quasi mortuis eius cupiditatibus atque uniuersis motibus cum sanctis saepius conuersamur, recipimus quos amisimus, ut nobis et absentes adsint et mortui uiuant et omnis quiescat dolor, appropinquemus et confabulemur deo, cognoscamus futura, affectis requies, seruis libertas sit. quod igitur dormientes somniamus, hoc defuncti adipiscimur, et quod in somno imago, hoc in morte ueritatis possessio est et libertatis gratia. unde nonnullis gentibus mos est, ut ortus hominum fletibus occasus gaudiis prosequantur, quod illos ad aerumnam genitos doleant, hos ad beatitudinem redisse gratulentur, illorum animas ad seruitutem uenisse ingemescant, istorum ad libertatem regressas gaudeant. Indorum quoque sapientes feruntur, cum moriendi affectum induerint, protestari quod discedere uelint neque ullum obstrepere. deinde ubi adparatus mortis processerit, insilire laetos ardentem pyram et adstantibus uale dicere, dolere mulieres quasi subsidio destituendas, uel liberos paruulos quod derelinquantur, benedicere alios nec inuidere quod ad meliores inhabitatores, splendidiora loca, puriora festinent consortia. quid igitur de uobis aliud

1 sqq. cf. Cic. De re publ. VI 16 (Macrob. In Somn. I 9, 10) 2 cf. Ambros. De Cain et Abel II 9, 36 (CSEL XXXII p. 407, 11 sqq.) 17 sqq. cf. Ambros. De excessu fratris II 5 22 sqq. cf. Ambros. Epist. 37, 35 sqq.

1 hac misera—seruitute α paradisso *C* exultat *Ca.c.* exulata *A* 4 reuolat (*s. l* reuocatur) *Z* 5 gaudet] et *add. exp. C* 8 earum *C* ea *A* 9 corporis *om.* α 11 saepe *H* 13 appropinquemur *Ca.c.*,*A* 14 afflictis α 16 adipiscamur *TH* adipiscemur *Z* somnio α 17 libertas *Ba.c.* 18 gaudii *TH* 19 generatos *BZ*α 22 egressas *T*α 24 uellent *Tp.c.m2*,*H* 25 insilere *C* 26 destitutas *Tp.c.m2*, *HB* substitutas *Z* 27 relinquantur *Ta.c.m2*, α 28 habitatores *HBZ*α 29 festinant *B* de uobis *om. Z*

opinari possum, cum etiam barbaris gentibus libertatem sequendi mos sit? iam dudum itaque uos optime mihi cognitos et institutis patriis respondere paratos, quod neque Romanis neque cuiquam genti nisi soli deo seruiendum putetis, qui solus iustus et uerus omnium dominus sit, dies aduenit, qui probare operibus uoluntatem exigat nec dehonestare ueteris indolis claritudinem, ut in libertate geniti dominationi uos hominum subiciatis, praesertim cum licuerit uobis ante seruire sine periculo, nunc autem necesse sit dura supplicia suscipere cum seruitute, si Romanorum imperio seruituros nos offeramus, quos primi omnium bello lacessiuimus et ultimi adhuc armis tenemus. imperatori non dedimus manus pacem offerenti, Siluae dabimus acerbitatem minanti? o miseri, ad quam spem istius uitae nos reseruabimus? esto, hostis ignoscat. quid proderit, cum offensa dei clara sit? ignes ab hoste in nos uersi, mutata uentorum flamina, flammae retortae, ut nostra subsidia deurerentur. quis poterit aduersante deo uiuere? nullus ueniae locus, sed manifestum imperium mortis uoluntariae. quid enim nox interuenit, nisi ut nos hostis non praeueniret, nec deusto murali subsidio continuo inrumperet, sed ut nobis exercendae mutuae necis tempus reseruaretur liceretque cum liberis nostris et necessitudinibus mori, ne uideremus anhelos senes a Romanis pertrahi, carissimas coniuges ad uictoris libidinem rapi? commoriamur patriae nec superstites simus tanti dedecoris opprobrio. quo igitur fugiemus a facie dei, aut quo ibimus infesto nobis caeli domino? si cadant super nos montes et concauis specubus abscondant, quomodo tamen poterimus declinare indignationem tantae potestatis? quo enim progrediemur, ubi non sit deus, cum ubique ipse sit? an mediocria exempla sunt, quibus doceamur, quod iam du-

5 sq. cf. Verg. Aen. XI 687 23 sq. cf. Verg. Georg. II 135 26 cf. Ion. 1, 10 *et sim.*

2 sit (s *in ras.*) *H*, (si *in ras.*) *C* 7 claritatem *Z* in *om. Z,s.l. m2C* libertatem *α* 9 seruire] *add.* uel *Z* 14 reseruauimus *BA* 17 deurerentur *in ras. Tm2* adurerentur *Zα* 18 quid *Ta.c.m2* 21 exercenda et *T* 23 et *om. H* anhelos] anus *T* 24 romanos *Ca.c.* protrahi *Z* retrahi *A* uictores libidine *α* 25 ne *HBZ* 27 infenso *BZα* 28 concaui *T* concans *A* 30 progredimur *Ta.c.m2,α* 31 docemur *Tp.r.,H*

dum genti nostrae pro peccatis nostris infestus sit, quam praesidebat? quis hoc dubitet, cum uideat, quod in nos conuersae manus nostrae sint, pluresque seditio domestica quam bellum extinxerit? non donabo Romanis quod uicerint, nec ipsi sibi hoc uindicant, qui sciunt, quod omnes fere nostris potius armis quam alienis perierimus. quae enim arma Romana uiderunt Caesaream inhabitantes Iudaei, quorum feriato die sabbati inter sollemnes nostrorum cultus sacrorum multitudo gentilium Caesariensium repentino quodam impetu et misso desuper furore succensa XX milia deleuit, omnes fugauit, ut totam urbem exinaniret? nonne totam Syriam quaedam impleuit dementia, ut Iudaei atque gentiles in iisdem urbibus siti et incolatus gratia sibi prius nexi postea inter se armis colliderent, quo Romanis uadum futurae uictoriae constitueretur? nam quid de Scythopoli loquar? quo Iudaei primo contenderant, ut gentilem populum praeuenirent, ne quid aduersum nostros exemplo ceterarum urbium machinaretur. itaque quos par fuit coniunctis aduersum alienigenas uiribus bello decernere, e contrario aduersum se Iudaei decertauerunt, ut pars eorum aduersum cognatos et proximos suos cum gentibus proeliaretur, deinde ipsi pro pretio laboris et inpensi sanguinis a gentilibus perimerentur, quod prohibuerunt ipsi fieri gentilibus. Damasceni nulla exsistente causa VIII milia Iudaeorum strauerunt, Ascalonitae II milia quingentos. in urbe quoque, cui Ptolomais nomen, caesa II milia. Alexandreae uero uetus erat odium inter Iudaeos et gentium populos, ex quo Magnus Alexander usus est studio Iudaeorum ad Aegyptios subiciendos, unde condita urbe ex aequo Iudaeis et Aegyptiis attributa priuilegia et habitationes

4 extinxerint *Ha.c.* 10 et *om. Tα* emisso *TC* remisso *A* desuper] de *Ta.c.m2,α* succensa] sescenta *Zp.c.* 11 fugauit] *add.* omnes *α* *post* totam *ras. 8 litt. B* 16 quo] quod *C* 19 decertare *α* e *om. BA* 21 cognitos *Ba.c.* gentilibus *BA* proeliaretur] perimerentur *in ras. m2T* proeliaretur—gentilibus *om. H* 22 inpensis *α* 23 gentilibus—fieri *om. A* *alt.* gentilibus] gentibus *HBZA* 24 damascheni *α* 25 in urbe—milia *om. H* 26 tholomais *B* alexandriae *codd. praeter TH* 30 et *pr. om. H*

diuersae, ne eorum cultus permisceretur, qui purificationes suas sine ulla uolebant seruare contagione. hinc frequenter inter eos conflictus fuere. exorta iurgia, iudicium petitum; nihil tamen ex tanti regis temeratum liquet fuisse beneficiis. sed postea a gentilibus exorto tumultu, cum Iudaeorum necati aliqui, alii ad poenam detinerentur, iniuria motum Iudaeorum populum aduersum auctores iniuriae insurrexisse, et cum pertinacius se de ciuibus ultu ire uellent, inductum exercitum Romanum, qui LX Iudaeorum milia intra urbem fuderit. uerum quid in leuioribus moror, cum excidium totius orbis in unius ciuitatis ruina deplorandum nobis sit? ubi est magna ciuitas Hierusalem, ubi decora Sion, ubi templum mirabile, ubi secundum illud tabernaculum, sanctitatis sacrarium, quo s o l u s s e m e l i n a n n o p r i n c e p s s a c e r d o t u m solebat intrare n o n s i n e s a n g u i n e, q u e m p r o s e o f f e r r e t e t p r o p o p u l i d e l i c t o? profanatum est gentibus, habitant in reliquiis urbis qui eam destruxerunt. ubi, inquam, es, ciuitas referta populis, uenerabilis regibus, acceptabilis deo, gratiae sedes? pauimenta tua de marmore, parietes tui fulgentes marmore, culmina tua pretioso splendebant marmore, portae tuae auro micantes, aliae argento renidentes. omnes interfecti, et qui te iugiter inhabitabant et qui ad te ex totius orbis terrarum partibus conueniebant, ut non dubium sit totum in te mundum perisse. nuda nuda omnia, a culminibus cremata, a fundamentis diruta, facta est habitatio tua deserta nec est qui in tabernaculis inhabitet. et adhuc quemquam uiuere libet et non uixisse paenitet? duri oculi, qui haec possunt

14 cf.*Hebr. 9, 6—7; Ambros. Expos. sec. Lucan I 22, supra V 9, 22
18 cf. *Thren. 1, 1

2 frequentes *HBZ* 4 beneficium *α* 5 gentibus *B* 6 aliqui] *rursus inc. V* 8 ciuitatibus *Tp.c.m2,H* 9 milia] exercitum *Va.c.m2* 10 morer *B* 12 syon *Z* 14 quod *Tp.c.m2,H* solus] illud *add. exp. C,Vm2* 16 offerat (ex -et) *V* offeret *rursus Vm2* pro *om. TZ* 17 est] *add.* a *A* reliquis *Va.c.m2* 18 inquies (ies *in ras.*) *Z* es *om. Z* est *TBCV* referta] *add.* a *B* populi *Bp.c.* 20 parietes—marmore *om. H* culmina—marmore *om. B* 21 preciosa *Z* 22 renitentes *THBA* enitentes *Z* qui] *add.* in *αV* 23 habitabant *A* 25 *pr.* nuda *in ras. C* nuda *semel BAV,Za.c.* 26 tua *om. H* 27 habitet *B* 28 duriores *B* oculi *om. B*

uidere, immites animi, qui uelle possunt, ut quid tantis supersit doloribus, non quo defecerint clades sed quo iam nulla requies. quo enim circumferamus oculos aut quid cernere delectet? urbs tota mortuorum sepulchrum est, solae spectantibus occurrunt fauillae, uiae uacuae uiuentium repletae cadaueribus. miseri seniores cinerulenta canitie et scisso amictu supra reliquias mortuorum sedent nuda tegentes ossa, quo defendant a uolatilibus ac bestiis. mulieres paucae in limine, quas miles impius ad turpitudinem, non ad uitam seruauerit. quis haec uidens et de comperendinatione uiuendi cogitans audeat ad caelum leuare oculos? quis sic immemor patriae, hostis suorum, pietatis alienus, expers dulcedinis, cuius tam semiuiri sic mollis spiritus, quis ita meticulosus, quem non pudeat his reseruatum? utinam quidem olim defuncti essemus, aut si uita superesset, oculorum lumen perisset, priusquam sanctam urbem dirutam hostium manibus intueremur, templumque hoc a maioribus nostris sacratum deo tam impie flammis cremari, aut sacerdotes in templo conspiceremus interfectos iacere. emendemus ergo quod his superuiximus malis, ut uideamur non uitae studio distulisse mortem sed uirtutis intentione. circumuallauit hostis omne munimentum, nihil superest nisi nos aut coniuges nostrae. iam sibi filios nostros in auctione constituunt certantque inter se, quis cuius abducat coniugem, utrum pro dignitatum meritis personarumue ordinibus distribuendae sint an sortitus cogendae subire miserabiles. nobis quoque parantur prodigia poenarum, tormenta exquisitissima, non solum ardentes flammae aut diuersae neces ultricis ictu securis, duro quidem post uincula, post carcerem, post iugum supplicio, sed

7 cf. IV *Esr. 7, 32 (Ambros. De bono mortis 10, 45) 9 cf. Verg. Ecl. I 70 16 cf. Verg. Georg. III 11

1 animae *B* quae *Bp.c.* quid] qui *T* quis *A* 2 supersit] super se *BZ* superesse *BZp.c.* defecerit *Tp.r.,H* 3 quo *om. A* quoniam *in ras. Tm2,HZ* 7 sedentes *Ha.r.* 8 ac] a *HA* 9 lumine *Va.c.m2* 10 reseruauerit *Tp.c.m2,H* 12 qui *BZC*, (*ex* quic) *V* 14 ita] pro *B* 20 his—dis(tulisse) *mg. suppl. m2 V* 22 omnem *αV* 23 nisi] *add.* aut *HB* 24 -que *s. l. m2 V* 25 abducant *CV* adducant *A* 27 prodigia (*s. l* prodiga) *Z* 29 uictricis *THBZ* ultrici *αV,corr. Caesar* ictus *HZA* securis] et *H* durum *Bp.c.* 30 supplicium *B*

tolerabiliore uiris quod ludibrio uacet, sed etiam auulsi artus uiuentibus et praecipue truncatae manus. nec immerito, quia defuerunt suo muneri, cum possent sibi subuenire. subeundi quoque morsus ferarum ad uictorum spectaculum, quod diuersis iam celebratum harenis urbium uel exemplo nobis esse debet pudendum uel usu miserabile, ut reseruemus nos aut bestiis aut fratribus proeliaturos. quid igitur moramur? non est iam liberum nobis quod metuimus euadere. si liberos interficere nolumus per misericordiam aut nosmet ipsos per uirtutem, necesse erit ut germanos aut propinquos nostros interficiamus per flagitium. hoc suadet affectus, illud uictores exigunt. si nolumus exsequi ministerium pietatis, cogemur subire pompae parricidalis ludibrium. adoriamur ergo quod prosit liberis coniugibusue nostris. si infirmiores sunt, auferamus eos cruciatibus futuris, si fortiores, uincamus conpassiones parentum, affectus necessitudinum, et in hoc uincamus hostem, cui praedam tollimus. hoc uirtus exigit, hoc pudor suadet. non timere mortem uirtutis est. etenim ad mortem omnes nascimur et ad mortem generamus liberos, quorum mors naturae adsignatur, captiuitas probro datur. ergo quos non potuimus periculo eripere, eripiamus ludibrio. miseremini ergo patres liberum, mariti coniugum, omnes paruulorum, misereamur, quod est praecipuum, nostri, dum est miserandi potestas, ut de nostro misereamur, ne ad dedecus et nati uideamur et reseruati. quis enim possit perpeti patres ante ora filiorum, filios in conspectu parentum interfici, trahi canitie fessos senes uel ad necem uel quod peius est ad seruitutem mulieres sparsis crinibus duci sub conspectu coniugum et uiolenter ad opprobrium trahi, audire uocem paruuli uagientis uocantis patrem, ut auxilio sit petenti, cum iam

22 cf. Verg. Aen. III 711 26 cf. Verg. Aen. II 663

1 ludicro αV uacat *T* etiam *om. A* 2 praecipuae *TH* 5 exemplum *B* 6 debet esse *T* seruemus *A* 11 per flagitium—uictores *post* ludibrium (*l. 14.*) *tr. T* flagitium] *des. B, add. EXP* LIBER SCI BENEDICTI ABBATIS FLORIACENSIS 13 cogimur *T* 15 si *om. Ta.c.m2,* αV sumus *HZ*αV 22 ergo] igitur *HZ om. C* 23 liberorum *TA* 24 miserendi *Z* 29 pasis *Va.c.m2*; cf. *Verg. Aen. II 403*

frustra audias reuinctus manus et captiuas ceruices iugo subditus? ergo dum adhuc liberae manus sunt, dum ferrum stringimus, aggrediamur opus, quod uictor hostis miretur. mulieres nostrae supremum coniugalis munus dilectionis quasi dotale recipiant patrimonium. has illis claues refundimus nouo sanguinis testamento, ut sint nostrae heredes libertatis. hoc ipsae hortantur, certe merentur quae uolunt, cogendae quae refugiunt. nec paruuli ferrum pauebunt, quod per aetatem nesciunt, quod suscipere a parentibus piis debent, ut uere fiant liberi. nobis quoque quid erit praestantius, si exuramus prius castellum, frumenta tamen reseruemus, ne putent nos fame potius coactos quam studio uirtutis inuitatos mutuae necis arripuisse ministerium? donamus illis escas refertas sanguine, et si eas flammae exusserint, nidor ipse frugum incensarum indicio erit perisse obsidentibus quod obsessis abundauerit. post haec unusquisque offerat se uulneri et moriturus patriam tegat supremoque amplexu ambiat. fiat nobis patria libertatis sepulchrum, quae fuit dignitatis domicilium. hic tumulus nostra funera decet, ut
2 saepto uirtutis tegamur.' tali accensi oratione ceteri gladios strictos tenebant, oscula dabant coniugibus, amplexu suscipiebant liberos, inlacrimantes simul et festinantes, ut hostis praeueniretur. 'haec uobis,' inquit, 'amoris pignora, damus supremae solacia necessitatis.' et compresso uiriliter affectu passionem excluserunt, caedem implebant. impauidae mulieres se offerebant uulneri pro conseruatione pudicitiae. mentem quoque ipsae suorum induerant uirorum. caesis itaque necessitudinibus, pignoribus quoque, delegere strenuos, qui supplementa caedis exsequerentur. ita fusi omnes, nongenti sexaginta cum paruulis ac mulieribus. una mulier

§ 2 cf. BI. VII 389—404

1 cf. Verg. Aen. II 57

1 reuinctas *Ta.c.m2,ZαV* captiuae *THαV* ceruicis *THCV* 2 subditos *TαV* subditas *Z* 6 sanguine *H* 9 debentur *CVa.c.* 11 exurimus *T* 14 flamma exu(s)serit *Tp.c.,HαV* excusserint *Za.c.* 18 abeat (o *s. pr.* a) *Z* 19 ictus. nullus *del.*, *mg.* hic tumulus *m2T* 21 oscula dabant] hosculabant *H* amplexus *CV* 22 festinantes] *add.* simul *αV* 25 excluserant *Ta.c.m2*, *αV* exuerunt *H* 27 induruerant *α,Va.r.* 29 exequebantur *A*

sola superfuit, quae filios quinque in aquaeductu abscondit, dum ceteri supremis intendunt necessitatibus. ea Romanis diluculo aduenientibus ad uocem excita index negotii fuit. opes eorum appositus ab ipsis prius ignis consumsit.

4 opes] *add.* autem *HZ,Tp.c.m2* EXPLIC. *T* BEATISSIMI AMBROSII| EPI TRASTEXIO**** EX | *EGESIPO* (e *in sec.* ex *ex* o, *litterae inclinatae rubro atramento in ras.*: *a. c.* transt(ulit) ex iosepo(?) historiografo) EXPLICIT *H* EXPLICIT HIERVSALEM LIBER QVINTVS *Z* EXPLICIT LIBER V *Vm2* FINITVS LIBER QVINTVS *C* FINIT LIBER QVIN|TVS HISTORIAE | IOSEPHI DE BELLO | IVDAICO FELICITER; *folio uerso legitur subscriptio Cypriani* (*cf. praef.*) Ecce pater dulcis ut potui tua iussa peregi. Plus prompto uellae planae quam posse ualente. Quoque tuis scis fidens orationibus actum. Quodcumque fuerit placitum in corde receptum. Omne hic offensum mihi deprecor esse donandum. Denique percurrens sine auctoreque retractans. Cor(*add. alt.* r *s. l.*) exi ut ualui disting(*add.* u *s. l.*)endoque notaui. Ambigua quaeque uirgis signata reliqui. Monstrandas et causas breviter in limine promsi. Sit rogo iste labor placidus sit corde receptus. Sit tuus hic animus gratus sit semper amoenus. Ut fiat ethereo satius et munere plenus. Quod promas stephane sacer obtima dindima letus. Quodque tuus famulus cyprianus gaudeat actus. FINIUNT · UERSI · FELICITER *A*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Hic meae Hegesippi (uel Egesippi), qui dicitur, editionis textus, ante bellum absolutus, aliquot annis post typis excusus, nunc demum prodit in lucem. in plurimis enim muneribus et longinquis itineribus occupatus hoc magni laboris opus interdum intermittere sum coactus. quare nemini mirum erit, si dixero in textu, quem, cum iam Ernestus Kalinka docuisset Cassellanum codicem alicuius non indocti correctoris operam redolere,[1]) ipse, Ambrosiano codice inprimis fultus, constitui, nonnulla immutanda mihi nunc uideri: praesertim cum Conradus Grass in *Actis et Commentationibus Vniuersitatis Dorpatensis* annis 1924—1927 emissis priores quattuor libros Iosephi Slauici in Germanicum sermonem ab Alexandro Berendts conuersos iuris publici fecerit et ipse de Casinensi codice nuper reperto aliisque eiusdem, ut uidetur, originis (codd. γ) copiosius egerim in *Casinensibus* in honorem illustris illius coenobii anno 1929 editis (p. 601 sqq.), in meis itineribus Hegesippi mei non immemor bibliothecas complures adierim aliosque inspexerim codices, siluam non inutilem futuro, quisquis is erit, editori parans.

Sed de his rebus in *Praefatione* alteri fasciculo destinata uberius disputabo, nunc mihi satis est pauca ad conspectum siglorum addere, menda quaedam subiungere, quae uel typothetarum uel mea oscitatione uel eorum, qui libros manu scriptos in usum meum contulerunt, in textum uel in apparatum, quem dicunt criticum, inrepserunt.

a) Ad conspectum siglorum, p. 2.

De aetate cod. *M* nuper disputauit A. (L.) Schiaparelli *Studi e Testi* 47 eiusque recentiorem partem saec. VII.—VIII. attribuit (p. 30 sq.). ubi testimonium codicis *M* (*M*²) desideratur, *T* testem produxi, qui ex eo uel ex codice eius persimili fluxit.

Addo haec editionum et commentationum in apparatu critico laudatarum sigla:

Ascensius (1510) = Aegesippi historiographi — Historia de bello Iudaico — a Diuo Ambrosio Mediolanensi antistite e Graeca Latina facta. Ed. Iac. *Faber* Stapulensis. Parrhisiis, in aedibus *Ascensianis*, 1510.

Gronovius = Ioh. Frid. *Gronovii* Obseruatorum in scriptoribus ecclesiasticis Monobiblos — Dauentriae, typis Iohannis Columbi, MDCLI.

---

[1]) Cf. *Wiener Studien* XVI (1894), p. 102 et Ussani, *Studi italiani di filologia classica* XIV (1906), p. 317; *Casinensia* p. 610.

Gualtherus = Hegesippi — libri quinque. Accesserunt — annotationes — per Cornelium *Gualtherum* Gandauensem. Coloniae, apud Maternum Cholinum, MDLXXV.

Interpres Syrus = Das sechste Buch des Bellum Iudaicum nach der von Ceriani photolithographisch edierten Peschitta-Handschrift übersetzt und kritisch bearbeitet von H. *Kottek*. Berlin, 1886.

Mazochius = Aloisii Symmachi *Mazochii* Commentarii in marmoreum Neapol. Kalendarium Volumen tertium. Accedit in Egesippi Historiam Ambrosio uindicandam disquisitio. Neapoli MDCCLV. Ex officina Nouelli de Bonis.

Noldius = Christ. Noldii Historia Idumaea seu De uita et gestis Herodum. Franequerae, Sumptibus I. Arcerii, 1660.

Vogel = De Hegesippo, qui dicitur, Iosephi interprete. Scripsit Fridericus *Vogel*, Erlangae, A. Deichert, MDCCCLXXXI.

Weber = Hegesippus qui dicitur siue Egesippus De bello Iudaico ope codicis Cassellani recognitus. Edidit Carolus Fridericus *Weber*. Opus morte Weberi interruptum absoluit Iulius *Caesar*, Professor Marburgensis. Marburgi, Elwert, MDCCCLXIV.

b) Ad textum:

3, 5 propheticus] philosophicus *mauult G. Morin* (Revue Bénédictine XXXI, 83 sqq.), *qui de Passione Maccabaeorum quadam cogitat ab eodem homine conscripta, qui hanc historiam De bello Iudaico composuit. contra mihi* propheticus sermo *i. q.* Scriptura sacra *uidetur significare et scriptor duo tantum opera composuisse: alterum, quo res gestas regum Iudaeorum historiae in morem complexus est, alterum, quo hanc historiam De bello Iudaico et de rebus gestis Maccabaeorum*, cf. *Casinensia*, p. 604 sq. — 8, 2 sq. refrigebant] refrigerebant *O. Stählin* (Phil. Wochenschrift 1924, lat. 361); *scil.* refrigerabant. — 9, 26 inaequalem] inualidum *mavult O. Stählin* (Phil. Wochenschr. 1924, 361); *sed cf.* H. Rönsch, *Romanische Forschungen* I (1883), p. 303. — 12, 2 sollicitudines, sauciabant. — 13, 20 orta] *adde* de. — 18, 7 missa] *lege* remissa. — 19, 11 parere] *lege* parare *cum omnibus codd.* — 22, 17 infracti] *adde* de. — 42, 1 et] ei. — 46, 4 Dosis] Doris *mauult O. Stählin* (Phil. Wochenschr. 1924, 362); *sed* dosis *etiam Latinus* (Vat. Lat. 1992); *Iosephus Hebraeus, qui arte cum Hegesippo est colligatus, praebet* Dosithea; cf. *Casinensia* p. 611. — 55, 8 eorum, qui. — 64, 22 ne] *scribe* me. — 78, 6 corporis] *adde* pariter. — 81, 29 accedite; quos. — 85, 4 Hydaspen] Histaspen. *cum Hydaspis et Histaspis nomina nonnunquam confundantur in codicibus (cf. Appar. ad Lactantium, CSEL. XIX p. 634, 15 et 17; 640, 12)*, Hydaspen *praetuleram*, Histaspen *tamquam doctam correctionem reiciens. sed lectionem* histapsen in *codd.* γ *repperi, Lat.* (Vat. 1992) dario hystaspi filio *habet*. — 87, 4 contentu] *lege* concentu. *iniuria antiquiorum librorum lectionem praetuli*; *cf.* 309, 6 et *BI* I 495 στῖφος ποιήσας τῶν συγγενῶν. *Lat.* collecta propinquorum caterua. — 90, 15 circumferens] *lege* circumfremens *cum codd. HB* (γ); *cf. BI* I 502 τούτοις περικομπήσας, *Lat.* talibus increpans.

101, 15 indubie] *lege* indubiam *cum codd. HB*α*V, quibus codd.* γ *adstipulantur. BI I 552 habet:* Ἀντιπάτρῳ ἀδήριτον ἔχοντι τὴν διαδοχήν, *Lat.* (Vat. 1992) Antipatrum cum iam sine controuersia successorem (*lege* successionem) regni speraret, *IS* (*Berendts*) 'Antipater unabänderliche Erbfolge hatte'. *quid in exemplari legerit interpres, coniectura assequi non potuit Grass (cf. ad loc.).* — 101, 22 sq. Mariammes filiae] cf. 104, 3 sq. et *BI* I 563. — 102, 26 puellae *sed mg.m1* pupillae *T.* —

109, 9 sq. ego, mulier, a. — 141, 8 Hierosolyma] *scribe* Hierosolymam. — 146, 20 gemant. — 149, 21 seruatorem] *lege* scrutatorem *cum Webero*. *BI* II 359 exhibet ἐρευνήσαντα *Lat.* (Vat. 1992) asiam perscrutatum, *IS* (*Berendts*) 'Agesilaos, welcher Asien erforscht hat'; *cf.* Grass *ad locum*. — 161, 1 arte] *scribe* acer *cum codd. HBZαV*; *cf.* *BI* II 433 σοφιστὴς δεινότατος, *Lat.* callidissimus rhetor. — 165, 3 pactio. cuius. — 167, 19 Aegyptiorum] *lege* Assyriorum; *cf.* *AI* XX 234. — 173, 5 Cedaei] *scribe* Ce⟨ne⟩daei. *cf.* *CVA*. — 192, 15 urbis, porrecta. — 195, 10 campo maximo] Campo Maximo.

205, 3 fluere ducis. — 213, 24 animas?] *scribe* animae? — 234, 24 uisibilli] *scribe* uisibili. — 261, 10 dominationem] *scribe* dominatione; *u. Ind. uerborum*. — 266, 1 Amathus] *scribe* amathus. — 277, 10 sq. *distingue:* elegantissimo. septimo a ciuitate stadio terebinthus. — 283, 12 hesperam] uespera *uel* uesperam *fortasse praeferas collatis Plinio HN. XVIII 215* ad uesperam iacentes terras *et Amm. Marcell.* XXII 15. 2 a uespera Issiaco disiungitur mari. *Lat.* (Vat. 1992) ab occidente .. aridam libyem habet obiectam. — 298, 22 est, qui.

306, 10 clementer] *si* dementer *cum A legere uelis, fortasse* ue⟨he⟩menter *emendes*; *cf.* *BI V 111* εἰρήνην ἐβόων, *Lat.* clamore pacem implorabant. — 338, 14 foris] *lege* focis. — 341, 17 Magassarus, Adiabenus] *ita distinxi, ut aut* Adiabenus *cum* Agiras *coniungatur, ut in BI, aut nomen hominis sit et quattuor habeas bellatores, ut apud Iosephum Gorianis* (*Breithaupt, Gagnier*). — 342, 14 *corrige* militiae. — 352, 2 sqq. filio] *lectio tradita retinenda est, quod Septuag. exhibent* (IV Reg. 24, 17): τὸν Μαθθᾶν υἱὸν αὐτοῦ. — 387, 26 partis] *lege* partus. — 399, 13 *seclude* uobis. *nam* ipsi (l. 12) *datiuus est, i. e. Antiocho.*

c) Ad apparatum criticum.[1])

3, 2 persecutus *B*; 13 fretis *H*; 20 honori *BZ*. — 4, 5 maxime *deest T*; 22 matthatias *H*. — 5, 5 se *H*. — 6, 4 impie *TH*, *Ba.c.m2*; 14 congressusque *Ta.r.*; 28 rursum *H* rursus *V*. — 8, 18 inponere sibi *Z*; 22 (*non* 23) qua *Z*. — 9, 8 (*non* 9) quod *T*; 12 emolliuit *Tp.c.m2*; 22 scenophegia *H*. — 10, 21 decorem *Vp.c.m2*. — 11, 5 eteius *Ta.c.* — 12, 1—2 praec. cure ac *H*; 26 uomat *T*. — 13, 11 mortem *BZ*. — 14, 9 in *non om. H*; 10 qui *H*. — 15, 25 exercitatus *a.c.* (*mg.* ł excitatus) *B*. — 16, 16 elusit *Z*; 22 arabias *Ta.r.*, arabia *p.r.*; 26 Ant.] *add.* uidens *TZ*. — 17, 7 coelesyriae *Z*; 12 gerasan *Va.c.m2*; 12—13 teod. possess. *Tp.c.m2*. — 18, 7 exerceretur *Z*; 20 omn. fruct. *V* fruct. omn. *Z*; 21 peruenirent *H*. — 19, 11 parare *TH*; 16 patrando flagitio *H*; 23 urbem *H*; 24 auerteret *ZV*; 25 armen. *V*. — 20, 17 conuentus *Ba.c.*; 26 incesseret *H* incesserat *Z*. — 21, 6 (*non* 5) et ubi *TZ*; 7 cederet *T*; 21 intutus *Z*; 28 armeniam *V*. — 22, 7 aduersum *BZ*; 11 collegit *T*; 13 *sq.* antipatris *H*. — 23, 14 scytop. *H*. — 24, 22 accurrit *Vp.c.m2*. — 25, 1 mollius (*s.* mollibus) *B*; inflexit *M²*. — 28, 3 potitus *HB*, *Zp.c.*; *cf.* 276, 26; 6 intus *Va.c.m2*; 12 neotoriis *Vp.c.m2*; 18 ipso *H* uel *est in H*. — 29, 3 pluribus *H*; 6 exsubole (s *s.l.*) *H*; 14 dorotea (e *s.l.*; et ea *om.*) *Z*; 20 ł an *s.* non *m2B*. — 31, 12 hierosolymis *Za.c.*; 13 *sq.* gadaram *B*; gadoram *Va.c.m2*; 18 releuandum *V*. — 32, 1 summis miscere *H*; 3 cepe-

---

[1]) In lectione codicum *HBZ* accurate restituenda, quorum collationes antea habueram, postquam a praefectis bibliothecarum impetravi, ut ii ad me mitterentur, Caesar Giarratano, professor litterarum Latinarum in Athenaeo Pisano, singulari mihi humanitate adfuit. cod. *V* I. Mazzini, scriptor Vaticanae bibliothecae, contulit.

rat *sine ulla rasura H* accep. (?) *V* occep. *Vp.c.m2.* — 33, 6 filius *s. l. B*; 18 orsanen *Z*; 22 detrai *H.* — 35, 10 apiam *Ba.c.*; 12 uinclis *Va.c.m2*; 16 infectum *V*; 24 scipiognei (ei *a m2*) *V* scipio gnei magni mandatis *Z.* — 37, 5 iam se *Z*; 14 est *om. Z*; 16 oppidaneis *Za.r.*, *Bp.c.m2.* — 38, 12 supra *V.* — 39, 23 susciperim *H.* — 42, 24 hinc *H.* — 43, 2 propiorem *V*; 4 liberos *B*; 7 legem *Z*; 14 serioribus *Va.c.m2* (*s.* l seniori-bus) *B*; 18 tamen *V*; 24 retractando *Z.* — 44, 2 adipisceretur *B.* — 46, 13 bythiniam *Z*; 24 deseruientem *H.* — 47, 4—5 affectu conueniente *Va.c.m2*; 8 gabinio *H.* — 48, 18 abarzafranen M^2. — 49, 6 profecto *V*; 8 ultum *Vp.c.m2* ultui *Za.r.* — 50, 14 quilibet horum exitus princ. hab. spiritus ferocioris *mg.m1 B.* — 51, 13 rinochori *Vp.c.m2*; 25 pamfyl. *Z.* — 52, 8 thethrarcen *Vp.c.m2.* — 53, 5 urbem *codd.*; *corr. Weber.* — ptolomaidam *B*, ptholemaidem (*prius* e, *alt.* m *m2*) *V*; 7 uenditio *Vp.c.*; 10 abhorrente *H*; 13 uenditius *Vp.c.*; 22 dein *Va.c.* — 54, 8 sibi *deest in V.* — 55, 18 usu aduersus *B* usum adu. *Z*; 25 in *non add. V.* — 56, 2 inermes *Vp.c.m2*; 4 exureret *V* exurerent *Vp.c.m2.* — 57, 19 pertransierunt *V.* — 58, 11 et *om. H*; 21 custodiam *V.* — 59, 1 superesset *V*; 12 dono *B.* — 61, 3 iuuaret *BZ* in *s. l. Z*; 9 arabes *B.* — 62, 3 aestimabimus *H*; 16 et] *add.* in *H*; 23 praerogatiua uictoria *V* praerogatiuam uictoriae *Vp.c.m2.* — 64, 12 copularat *Z.* — 65, 12 canophea *Bp.c.m2.* — 66, 3 *prius* in *non alt. om.* M^2*a.c.m3*; 13 ex consorte *Vp.c.m2*; 14 ne *V*; 19 remunerabimur (s *s.* r *tert.*) *B*; 23 caesar *non add. Z.* — 68, 3 domus *V*; 13 uile *B*; 23 antri *B.* — 69, 10 libi *Za.c.*; 25 caesari *B* caesariae ditiore *Va.c.m2*, editiore *Z.* — 70, 1 olympii *B*; 16 arriannem (*alt.* n *m2*) *V.* — 71, 16 posset *Va.c.m2*; 15 exercitato (ae *s.* o *m2*) *B.* — 72, 5 ariannes *V* ariannae *Vp.c.m2*; 21 prodidisset (t *in ras.m2*) *V*; 27 *inde a* cui forma B^s. — 74, 6 (*non* 10) filios suos B^s; 20 hospitis *B*; 28 a∗rianne *V.* — 75, 28 ferunt] *add.* tendisse *Ba.c.* — 76, 24 insimulationem *Z.* — 78, 6 corpori] *add.* pariter M^2 *HBZ*, *Va.c.m2*; 12 abnuerit *Va.c.m2.* — 79, 5 conuenerant] *add.* et *BZ.* — 82, 23 sui *BZ.* — 83, 4 tertio *Bp.c.* — 86, 27 aliquantum *B*; 29 syllaeo *Z*, *Vp.c.m2.* — 88, 18 poena eluderetur *HBZ*, *Va.c.m2.* — 89, 7 potensimos *Ba.c.* patri *non corr. B.* — 90, 6 disposui *Z*; 13 et *habet Z*; 17 una animo *Va.c.* — 91, 7 uersutiis *HV* insidiis *om. H*; 8 labefactus *H*; 24 spem *non habent BZ*; 26 suo *Vp.c.* — 92, 24 quo de *H.* — 94, 21 antipatro *Z.* — 95, 7 fraudari *H*; 23 debere *Va.c.m2.* — 96, 4 eurycles *V*; 11 repperiuntur *H.* — 97, 1 euacueretur *Vp.c.m2*; 11 pepigisset *B.* — 98, 22 contum. iniuriarumque *B*; 27 erumniosior *B.* — 99, 9 affectaretur *H*; 12 etenim *Z*; 22 transmittit *αV*; 25 metu *B.*

100, 20 tyrone *CV.* — 101, 12 strangulabantur *Zp.c.* — 102, 1 hac *H*; 14 (*non* 13) mihi *om. H*; 16 errauerint *B*; 19 illis *B.* — 104, 21 diuelli *V.* — 105, 19 syllei *BZ.* — 107, 22 sermoni *B.* — 108, 7 feroram *B*; 8 commendauisse *B*; 22 acerba *B.* — 109, 25 ueneni *V.* — 110, 2 mariammę *H* mariamme filia *Z*; 3 praeparentur *Z.* — 112, 3 tharentii *V.* — 113, 26 offensionem *Ba.c.*; 27 regis *add. HZ.* — 114, 16 posse *Vp.r.*; 19 aduersus *V.* — 115, 9 fastidiendo *Ba.c.*; 14 potestatem *V.* — 116, 4 somni *B.* — 118, 15 *sq.* inuidia succederet *Z*; 16 sic *Z.* — 119, 2 praesens es *BZ.* — 122, 7 acmes *Z*; 25 minus *BZ*; septuaginta *Ba.c.* — 124, 12 cuiuis *HZ*; 15 iordanen *B* sed *non habet Z.* — 125, 7 in *non habet Z*; 14 neque negarent *s. l. B*; 18 agme *Zp.c.* — 126, 7 sepeliri *Z.* — 127, 21 supra quae *H.* — 129, 24 circumfusum *B.* — 131, 7 competeret *B*; 10 inrepsisse *BZ*; 24 gratia *B.* — 132, 5 arcesseretur *H.* — 133, 9 discessionis *H*; 15 eas *H.* — 134, 11 *neque* ob *neque* propter *praebet Z*; 13 opesque eius *B*; 18 lybiae *B*; 22 mariammen *B* glafyram *Z* substitueret *Z.* — 136, 2 qui *B*; 17 herodem *B.* — 137, 7 imperante *H*; 13 insidiis *B* isidis *Bp.r.*, *Z*; 20 exigit *Hα*, *Bp.c.*; 23 eidem *BZ.* — 138, 8 promisso *H*; 16 defraudaret *Z*; 20 in-

lusum *B*. — 139, 13 ascendentem *B*; 24 ioha. *B*. — 140, 9 exsecutor—legis *om. H*. — 141, 23 consulit *H*. — 142, 5 dissensionis *Z*; 25 delitiscebat *Z*. — 143, 8 dum *non habet H* iactabat *H*; 13 praetendebant *B*; 27 iudeis *H*. — 145, 21 uilitate *V*. — 147, 18 alleunt *Va.c.m2*. — 148, 8—9 belli—belli *om. P*; 11 relinquendus *BZ*. — 149, 11 commeantum *Vp.c.m2*; 12 captiuitate *Pp.r.*; 13 uero (i *s.* o) *P*; 14 salaminam *non in ras. P*. — 151, 6 reni *BZ*; 12 (14) renum *P*; 17 fluento *eras. B*; 21 praemium *Vp.c.m2*. — 152, 24 quinquagena *Z*; 25 alexandrie *Pp.c.m2*. — 153, 1 *sq.* lachedem. *P* lacedem. *Z*; 5 filenis *Z*. — 155, 9 et] ex *P*; 12 repleuerunt. — 156, 17 speritis *P* spernitis *Pp.c.m2*. — 157, 24 restitui testatum *Va.c.m2* testamentum *Ba.c.* — 158, 16 turbatio (*exp.* r *et* tio) *B*. — 159, 15 saltim *Vp.c.m2*; 18 commissa grauiora *αV*. — 160, 2 multitudo numeros *Ba.c.*; 19 ueronicis *V* ueronichis *Vp.c.* — 161, 17 metellius *Z*. — 162, 17 cum *Z*. — 163, 27 iterum *om. etiam codd. γ*, *Hieronymus, De uiris ill.* 13; *cf. Casinensia*, p. 612 *sqq.*, *R. Eisler, The Messiah Jesus ... according to Flavius Josephus' recently rediscovered "Capture of Jerusalem" and the other ... sources*, London 1931, *p. 60 adn. 13*; *p. 62 adn. 1*. — 165, 10 secessioni *V*; 21 tibi licet *V*. — 166, 3 sacerdotii *B*; 3 sq. sacerdotii principatum *Z*; 6 *add.* principatus (*non* -m) *exp. B.*; 7 liceret *ZαV*; 19 a $\overline{\chi\rho\sigma}$ gratia *codd. γ* aris tota gratia *Paris. 12512 (saec. IX. p.c.m1) aliique recentiores*; *cf. Casin.* p. 610. — 167, 10 filiometoris *Za.c.*; 18 *sq.* regressio ∗∗∗ (nis *s. l. m2*) *Z*. — 168, 30 filias *B* filius *Bp.c.* — 169, 25 illa *Z*. — 173, 5 qui] *add.* errantes (*non post* 7 adgressi) *Z*; 15 phoebam *V*. — 175, 21 sui *Ca.c.m3*; 22 eo] est *V*. — 177, 17 inhabitauerant *Z*. — 178, 4 hierosolyma *B*. — 179, 18 tribulae *Vp.c.m2*. — 180, 12 fide *B*. — 183, 7 stipendia militaria regno *B*; 20 *de adnotatione mg. in cod. B cf. Ussani, Casin.* p. 606, *R. Eisler*, Ἰησοῦς Βασιλεὺς οὐ βασιλεύσας I p. 133, adn. 1, *idem Die slavische Übersetzung der* Ἅλωσις τῆς Ἱερουσαλήμ (*Byzantino-Slavica* II/2, Prague, 1930, p. 315). — 184, 27 occaepit *V*. — 185, 18 exercitans *B*. — 186, 28 adfigeretur *Bp.c.* — 187, 8 enim *habet Z*; 10 deduceret *BZ*; 19 coeperant *Z*. — 188, 12 latrociniis *Z*. — 189, 2 (*non* 1) ipse (*s.* miles) sua *B*. — 190, 23 sefforis *Vp.c.* — 193, 1 impedimentum *Za.c.*; 13 urbe *Za.c.*; 15 repulsorium *Z*; 16 discribendis *HCA*; 24 reddit M^2. — 194, 1 tholomaidem *B*; 2 et habitantes *B* sefforam (*s.* rim) *B*; 18 pholomais *V* pthol. *Vp.c.m2* ptholomais *B*; 22 ipene *B*. — 195, 4 dextro *Z*; 12 quo ad *Z*; bacate *Euch. E*. — 196, 27 iordanen *Z*. — 197, 1 occasum *HB a.c.* — 199, 1 sefforitanis *B*.

200, 18 forte ut *B*. — 201, 11 accelerandi *Bp.c.*; 21 missibilibus *V*. — 204, 11 euirare *BZ*; 25 eicere *V*. — 205, 3 ducis fluere *αV*; 11 ultra *Z*; 16 confesti *Z*; 19 succendebantur *Z*. — 206, 3 (*non* 2) troianumque ..; 19 populus *est in B*. — 208, 25 defatigatos *Vp.c.*; 27 extincti *B*. — 209, 1 iafaeiotapatae *B* iotapae *Z*; 2 superioris *B*. — 210, 2 nescius *Z*; 27 uicerint *Z*. — 211, 16 degener *Vp.r.*; 20 ionatha *Z*. — 213, 16 moyses *B*. — 214, 8 (*non* 9) bellum *Va.c.m.2*. — 215, 25 fortasse *Z*. — 216, 7 periculosum *B*; 25 inuenerint *Z*. — 218, 17 est et *Z*. — 219, 2 se *praebet V*; 17 praeuaricabo $M^2\alpha$, *Vp.r.*; 20 si *eras. V*. — 220, 18 fore qui *Va.c.m2*; 25 ita *Z*. — 221, 18 ptholomaidam *B* ptolemaidem *Z*. — 222, 4 conditoris *B*. — 223, 4 maris *B*; 8 ipsae *Z*; 19 in *alt. om. (non s.l.) B*. — 224, 5 sedebant *Z*; 9 quatiebat *B*. — 225, 14 feriebantur *Z*; 27 *adde ante* tantum. — 227, 1 disiluit *B*. — 228, 5 proeliabantur *BZ*. — 230, 1 (*non* 229, 29) pugnam (*s.* fugam) *B*; 2 usque ad finem in aduersis *Z*; 11 partum (*mg.* pactum) *B*; 16 diurnus *Z*. — 231, 6 (*non* 5) patri *αV*. — 233, 8 accelerandi (ac *s. l. m2*) *B*. — 234, 9 defiola *Z* deriuatur *Z*; 23 non latenti iam *Z*. — 235, 18 dactylos *Z*; 26 uniuersae (-a *p.c.*) *Z*. — 236, 6 procreauerint *V*; 13 inriguus *Z*; 21 saluti *Ba.c.* — 237, 24 separata *B*. — 238, 5

uenundedit *CV*; 9 hippeni *Z*; 11 uiolauissent *B*. — 242, 18 inruitis *B*. — 244, 1 plebis *Z*; 6 defuerit *Z*; 13 audiendum *Z*. — 246, 25 sunt *Z*. — 248, 12 quid *B*; 23 sacerdotio *V*; 26 sacerdotum *Z*. — 249, 7 eniachim *V* eliachim *Z*; 6 unam (*ex* unum) *B*; 19 insidere *CV*. — 252, 24 fuerint (*s.* fuerunt) *Z*. — 253, 18 contextione *B*. — 254, 31 repperitis *Z*. — 256, 1 cessit ihs *Z*. — 257, 11 salutis *Z* inspiratae *Za.c.*; 14 repererant *Z*. — 259, 18 nostrone aut *B*; 24 praeponderare medium *Va.c.*; 26 hannibalem *Z*. — 260, 11 parata (*non* paratam) *B*. — 261, 7 paene *non habet,* et *ante* obligare *del. B*. — 262, 8 reperiebant *BZ*. — 263, 21 ruebant *V*. — 264, 27 baethesmot *Z*. — 265, 17 reper. *Z*; 21 apatorem *B* capartorem *Z*. — 266, 2 termae *B*; 16 asphaltios *V*. — 267, 9 humi *V* arido *B*; 20 heliseus *V* helisseus *Vm2*. — 268, 17 bibentum (*s.* uiuentum) *B*; 20 reduntior *Ba.c.* — 269, 9 distillans *Z*, *Va.c.m2* destillans *Ba.c.m2* sermone *Z*; 11 reper. *B*; 21 egredientium *B*. — 271, 10 uiciniam *sine corr. m2 V*. — 272, 2 species *V*; 3 rachemos *Vp.c.m2*; 19 omnia *V*. — 273, 4 decimo *B*; 28 propria mors sua (*ex* -o); *postea* sua *et* propria *exp. B*. — 274, 20 pia erga *om.* patriam *scribit B*; 26 cuius *Ba.c.* — 276, 5 futurae] purae *B*; 21 antesignanus *Z*; 23 uidit *non praebet Z*. — 277, 3 diripuit *Z*; 18 proterebat *V* constit∗erat *Z*; 20 lucustis *Z*; 23 aud∗ebant *Z*. — 278, 12 perterriti facti *Z*; 16 othone (*exp.* ne) *Z*; 20 cecinno *Bp.c.*; 23 uictorque] uictor itaque *αV*; 24 utrique *Z*. — 279, 6 sq. captiuorumque *Z*. — 280, 1 reper. *Z*; 8 at iabeni (*s.* ł idumei) *Z*. — 281, 3 uitelli *Za.c.*; 11 se *habet B* mercennarios *B*. — 282, 7 expectamus an *Z*. — 284, 13 praecipitis *Za.c.* — 285, 14 dextra *B*. — 286, 4 fragoribus *BZ* exasperatur *B*. — 287, 10 (*non* 8) ille] is *T*; 17 caecinam *ut infra B*. — 289, 19 diuersae *B*; 27 uitellii *Vp.c.m2*. — 290, 2 ipsi *B*. — 292, 4 nec iudaeis *B*. — 293, 6 iuda *B* ezeronis *B*. — 294, 5 commisso — perimebantur *m2 mg. B*. — 295, 1 domosque *B (non Z)*.

301, 24 aulonam *rursus Vp.c.* — 303, 1 sq. dubitandum *Bp.c.* — 309, 15 eo *B*. — 310, 19 ut *B*. — 314, 24 erat *om. B*. — 316, 16 caueret *Bp.c.* — 317, 17 tantum *B*. — 324, 3 rediit *B*. — 327, 18 uilitas *V*. — 329, 4 esaiam *B*. — 330, 15 bellandi *B*; 17 adhuc] *add.* me *B*. — 331, 24 non *om. B*. — 334, 31 cibus *non om. V*. — 335, 10 pudiendis *CVa.c.*

d) Ad testimonia.

Nonnullos locos (inprimis Ambrosii, Ciceronis, Isidori, Sallustii, Vergilii), qui antea me fugerunt, recepi in *Indicem locorum,* quem in mox sequente uolumine II. publicaturus sum. ibidem menda quaedam mea aut typothetarum emendaui. hic tamen mihi liceat fateri me uerborum consonantiam secutum superflua quaedam in adnotationes recepisse, ut p. 196, 20 Solini et p. 164, 3 sq. Const. Apostol. (V 7, 13, non VII) locos laudatos. p. 68, 25 pro *IV 26, 13 et sqq.* pone *p. 234, 1 sqq.* p. 272, ubi Orosii locus *I 5,* adfertur, lege *I 5, 10*; p. 327, 26 pro *et 87* pone *27, cf. II Reg. 12, 30 sq.*

Romae Nonis Sextilibus MCMXXXI.

V. Ussani.